

no
a. M. 7
8

Proci
dros.

Platonis
opera
omnia
IV.
1.

No 389.

40

2

At

No
57
BIBLIOTHECA GRÆCA

VIRORUM DOCTORUM OPERA RECOGNITA

ET

COMMENTARIIS INSTRUCTA

CURANTIBUS

FRIDERICO IACOBS

ET

VAL. CHR. FR. ROST.

B.

SCRIPTORUM

VOL. XIX.

CONTINENS

PLATONIS OPERA OMNIA VOL. IV.

ED.

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.

SUMPTIBUS HENNINGS.

(LONDINI D. NUTT 156. FLEET STREET.)

IV 53
PLATONIS

OPERA OMNIA.

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.



VOL. IV. SECT. I.

CONTINENS

P H A E D R U M.

III 17
EDITIO SECUNDA

MULTO AUCTION ET EMENDATIOR.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLVII.

SUMPTIBUS HENNINGS. *106*

(LONDINI D. NUTT 158. FLEET STREET.)

At

PLATONIS

P H A E D R U S

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS
INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO SECUNDA MULTIS PARTIBUS AUCTION ET
EMENDATIO.

GOTHAE ET ERFORDIAE,

SUMTIBUS HENNINGS.

MDCCLVII.

PROLEGOMENA

ad

PHAEDRUM.

Phaedrus Myrrbinusius, qui modo a Lysia venit, rhetore et orationum scriptore nobilissimo, cuius mirifice delectabatur scriptionibus, Socrati, cui forte obviam venit, magna cum voluptate narrat perpulcram ac scitam orationem ab illo secum esse communicatam. Fuisse autem eam argumenti amatorii, quandoquidem rhetor lepidissime demonstraverit, ei qui non amet potius quam amantibus esse gratificandum. Socrates summa rei accuratius audiendae cupiditate simulata continuo rogat hominem, ut, quantum memoriter fieri possit, plenius enarrare velit quae tanta cum animi oblectatione audiverit; neque enim sese ullo modo dubitare, quin, quum Lysiae artem tanti aestimet, totam illam paene edidicerit. Reluctatur Phaedrus modeste ac facit delicias. Tandem Socrates eum animadvertit libellum aliquem sub laevo tenere brachio. Ecce! ipsa est Lysiae declamatiuncula, quam ille nunc tanto minus recusat Socrati recitare, quo certius sperat futurum esse, ut huic non minus quam sibi placeat. Quocirca iam considentes ad consecratas diis ripas Ilissi sub umbra platani patulis diffusae ramis, explosa per occasionem sophistarum et rhetorum perversitate, qui in fabularum interpretatione argutiore plurimum operae ponebant, sui ipsorum cognitionem negligebant, summa otii suavitate Lysiae opus pertractare instituunt (p. 227 — 230 E.).

Recitat igitur Phaedrus Lysiae orationem audiente Socrate. Qua recitatione absoluta ille: Quid tandem, o Socrate, tibi de hoc opere videtur? Estne plane divinum et summa cum arte elaboratum? Cui Socrates urbanissima cum irrisione: Mehercle, inquit, prorsus obstupui, praesertim te intuens, qui inter legendum videbaris interdum singulari exsultare gaudio et furore nescio quo concitatus esse. Quocirca vix me continui, quin una tecum, o carum caput, et ipse debaccharer! Hic vero sentiens Phaedrus, se ab illo leniter rideri ac perstringi, serio sciscitatur, equem Graecorum putet ullo tempore de uno eodemque argumento tam multa atque praeclara disputavisse? Respondet Socrates, sese, etsi ad elocutionem potissimum atque formam orationis animum adverterit, tamen in ea esse opinione, ut sententias ne ipsi Lysiae quidem esse satisfacturas suspicetur, praesertim quum orator easdem res iterum iterumque inculcare non dubitaverit. Ac, si verum quaeratur, dudum a poëtis atque poëtriis meliora multo in lucem esse prolata, quorum recordatione repletum semet ipsum ait id esse effecturum, ut Lysia nec peiora nec pauciora dixisse videatur. Quibus auditis Phaedrus, tam inexpectata libri censura paene indignatus: Istud vero tu si perfeceris, o bone, in templo Iovis Olympii aureum te collocabo (p. 230. E. — 236. B.).

Itaque statim ab initio in mediam quasi rem perducimur. Audimus enim orationem Lysiae de amore scriptam; audimus item iudicium Socratis, de eius praestantia et virtute nequaquam sentientis honorifice. Nimirum insunt profecto in illa magna vitia miris modis cumulata. Nam primum quidem offendit nimia ieiunitas et putidum argutiarum frigus, quod eo est molestius, quo plus adest obscuritatis e verborum delectu et iunctura impeditiore enatae. Deinde nec vis et natura amoris certo constituta est, quum tamen neglecta eius definitione fieri nullo modo possit, ut ipsa disputatio via et ratione procedat. Praeterea etiam iusta desideratur partium descriptio ac lucidus ordo sententiarum. Denique quae de amore oratione satis impedita et confusa explicantur, ea manifesto iudicant Lysiam de eo declamantem unice de vulgari et humiliore amore cogitare; sublimioris ac diviniore amoris notitiam habere nullam. Quae

omnia certissime arguunt, totam illam Lysiae scriptio- nem ita esse comparatam, ut, sive forma eius sive argumentum spectetur, ne vestigium quidem ullum subtilioris philosophiae in ipsa extare iudicari oporteat.

Atque hoc quidem est initium libri, quod pertinet usque ad p. 236. B. Audiamus iam continuo, qua ratione res porro agatur.

Accepta igitur rhetoris celebratissimi declamatione Socrates a Phaedro permovetur, ut illi vicissim suam aliquam opponat orationem. Quoniam autem in Lysiana scriptio- ne indicaverat neque omnia, quae dici potuissent, explicata esse, nec eo illustrata ordine, quem res et ratio postuleret; ante omnia instituit de illo ipso argumento, quod tractaverat Lysias, orationem aliquam declamitare. Quam ob causam quia retinere coactus est vulgarem illam, quam Lysias suae subiecerat disputationi, amoris notionem, obvoluto capite se dicturum profitetur, ne pudore praepeditus in perorando ruat aut vacillet. Nimirum ita se significat nec sine verecundia de rebus tam humilibus verba facturum et invitum ad eam rem accedere. Docet igitur item, quod Lysias efficere studuerat, ei, qui non amet, potius esse gratificandum quam amanti. Sed est eius oratio omnibus iis insignis virtutibus, quae vitiis in Lysia notatis sunt contrariae. Adest subtilior rei, de qua agitur, definitio; sententiae ipsae dilucidae et perspicuae, nec temere disiectae aut perturbatae; facilis verborum copulatio et iunctura; denique omnia ita instituta, ut singula appareat prudenti consilio ad causam obtinendam delecta et adornata esse. Etenim exorsus Socrates ab amoris definitione, quem vult esse cupiditatem, quae sine ratione atque mente incitate feratur ad voluptatem e corporis pulcritudine redundantem, deinde usque ad p. 241. D. ostendit, quantum ille tum animis amicorum (p. 239. B. C.) tum corporibus (p. 239. C. D.) tum etiam externis vitae conditionibus, hoc est, fortunae (p. 239. E. 240. A.) et vitae suavitati atque iucunditati (p. 240. B. — 241. C.) nocere soleat.

Iam vero Socrates, absoluta oratiuncula illa, quam ad Lysianae orationis similitudinem comparatam pro eadem causa habere instituerat, tandem, ut ait, admonitus a daemonio suo, ut stolidum istum et im-

pium sermonem, quo numen amoris divinum violasset, quam primum expiet, continuo parat palinodiam, atque superiori declamationi pulcherrimam opponit orationem, qua divini vis amoris non minore subtilitate quam elegantia illustratur. Cuius orationis argumentum quia magnum momentum facit ad libri sententiam et omnem fere Platonis philosophiam recte percipiendam, paulo copiosius enarravisse non erit inutile aut a nostro instituto alienum.

Quod igitur Socrates superiore disputatione pronuntiaverat, amorem ideo esse damnandum, quia contineretur insania quadam et furore, id nunc ante omnia retractandum censet, ideoque docet, furorem divinitus inflatum multo esse potiolem ac praestantiolem humana prudentia ac temperantia vel maxima. Obtingunt nobis utique, inquit, maxima bonorum per furorem divino quodam munere hominibus impertitum, et ipsa *μαρτυρία* nomen invenit a *μαρία*, quasi *μαρτυρία* quaedam. Eiusmodi autem furoris quum quattuor genera distinguere liceat, augurationem, initiationem et expiationem, poetarum enthusiasmum atque divinum amorem, tum quartum omnium est praestantissimum ac nobilissimum. Continetur enim hoc furoris genus in amore, quo pectus eius movetur et concitatur, qui conspicatur id, quod pulcrum est. Cuius rei causae ut intelligantur, res altius repetenda est atque vis et natura animi humani ac divini diligentius consideranda (p. 245. B.).

Et primum quidem animum omnem apparet esse immortalem, propterea quod principium motus sui in se ipso habet (p. 245. C. — 246. A.). Sed quae sit eius species, id quia patefacere est difficillimum, imaginis involucro uti licebit. Sit igitur animus omnis simillimus bigis alatis cum auriga. Et deorum quidem equi et aurigae omni ex parte perfecti sunt. Alia autem ratio est ceterorum vehiculorum, quibus unus equus bonus est iunctus, alter malus et contumax, ut aurigae imperium multo plus habeat difficultatis. Ex quo intelligitur, qui factum sit, ut humani animi olim labem contraxerint. Magnum enim intercedit discrimen inter mortale animal atque immortale. Nam animus omnis natura sua curat atque gubernat ea, quae sunt inanimata, totumque mundum alia atque alia forma indutus permeat. Quamdiu igitur manet

perfectus et alatus, sublimis fertur, rerumque universitatem gubernat; sed alis amissis cadit deorsum, donec nactus sit aliquod corpus, in quo sedem quasi suam ac domicilium figat. Itaque animum cum corpore copulatum animal mortale intelligimus; sed animal immortale informamus Deum, quanquam eius notitiam, si verum quaerimus, habemus nullam (p. 246. A. — D.).

Quonam autem modo eveniat, ut humani animi et una cum diis immortalibus olim in rerum divinarum contemplatione versati sint, et nihilominus a pristina illa fortuna sua atque dignitate defecerint, id Socrates deinceps magnifica declarat imagine.

Dii immortales, inquit, quoniam ita sunt beatissimi, ut facillime ac saepissime conspiciant ipsam iustitiam, sapientiam, pulchritudinem in loco supra coelum evecto collocatam; duodecim dii maiores una cum suis agminibus, relictis sedibus suis, sola Vesta in illis remanente, summum coeli verticem petunt: quo in itinere magnus ille in coelo dux Iuppiter curru alato primus vehitur; ceteri dii suo quisque ordine subsequuntur. Et huius quidem spectaculi longe beatissimi, quoniam a diis omnis abest invidia, etiam animi humani olim participes esse potuerunt. Quanquam inter hos atque deos plurimum intercedit discriminis. Nam deorum equi maxima facilitate illuc proficiscuntur; ceteri, quia disparis naturae sunt, magno labore et contentione eodem enituntur, feroci et contumaci equo ad inferiora ruente et vi alarum fatiscente. Et ii quidem animi, qui sunt perfecti, ubi in coeli dorsum pervenerunt, ibidem consistunt, et in orbem circumacti quaecumque in se sunt absoluta atque divina in regionibus illis superioribus intuentur. Locum autem illum, ipso coelo excelsiorem, nemo quisquam aut adhuc descripsit, aut ullo unquam tempore pro dignitate celebraturus est. Habet enim omne id, quod nec colorem aut formam aliquam refert, neque ullo sensu percipitur, sed ab uno animi auriga conspici, cognosci et intelligi potest. Haec igitur ubi conspexit animus, continuo iis mirifice delectatur, nutritur, corroboratur, nec unquam ab eorum consideratione avertitur, usque dum ad eum circumactus est locum, unde initium ceperat rerum per se spectatarum beata contemplatio. Hinc vero aeterno

nutritus pabulo in sedem suam revertitur, ubi auriga equis suis ambrosiam atque nectar praebet. Haec vero deorum vita est (p. 246. D. — 247. E.). Aliorum autem animorum, qui deos sequuntur, varia est conditio atque multiplex. Nonnulli enim, qui quidem deos optime sint secuti, verum item conspiciunt, quamquam ea in re propter mali equi ferociam nequam fruuntur placida illa deorum securitate et tranquillitate. Alii, ab equis vehementius perturbati, hic et illic tantum caput ad sublimiora extollunt, ideoque ipsam rerum veritatem partim vident partim non vident. Multi denique perpetuo intra coeli verticem versantur, nec umquam ad magnificum illud spectaculum perveniunt: qua in via magno cum tumultu agitati aurigarum vitio vel alas amittunt, vel crura frangunt, vel aliis modis violantur ac debilitantur. Causa autem, quamobrem animi tanto desiderio campi aeternae veritatis lustrandi capti tenentur, haec est. Lex factorum stat immutabilis, ut, qui animus in coelesti illo itinere veri aliquid viderit, is ad alteram usque periodum omnis mali expers maneat; qui autem nihil veri perceperit, aut oblivione occupatus vel pravitate corruptus alas amiserit ideoque deorsum ad terram delapsus fuerit, is in terrestria corpora includatur. Quamquam animi in prima quidem generatione non in bestiarum, sed in hominum migrant corpora, ea conditione, ut rerum species discernere didicerint. Est autem fortuna eorum pro varietate scientiae et cognitionis, quam olim adepti sunt, admodum varia ac diversa. Nam qui plurimum veri in regionibus coelestibus vidit animus, is in sapientis, honesti et sapientiae atque amoris studiosi corpus migrat. Ab hoc proximo distat intervallo qui regis corpus invadit, legibus et imperio nobilitati. Tertium tenet locum qui descendit in hominem civitatis familiarumque regendae et rei faciendae peritum. Quartus est ordine et dignitate qui in viro laboris patiente et in exercendis sanandisque corporibus occupato figit domicilium. Quinti ordinis animi vitam nanciscuntur in vaticinando aut in initiis mysteriorum occupatam: sexti poëtas, septimi opifices et operas, octavi sophisticas aut factiosas atque populares, noni denique tyrannos intrare coacti sunt. Atque hi animi omnes, ubi morte e corporibus suis rursus discesserunt, in

locum vel poenarum vel praemiorum perveniunt, et exactis millenis annis accipiunt potestatem eligendi sibi nova corpora et nova vitae genera sive hominum sive bestiarum. Nec tamen una eademque omnium fortuna est. Nam qui animus ter sibi, exacto millenorum annorum spatio, vitam philosophi vel viri pueros cum philosophia amantis (*παιδευαστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας*) elegerit, is absolutus iam pennas denuo recuperat, quibus, ut antea, ad sublimia evehi, deum aliquem consecrari, et contemplari coelestia queat. Qui autem sunt in numero octo classium reliquarum animi, hi absoluta demum decies mille annorum periodo in primam illam conditionem restituntur (p. 247. E. — 249. B.).

Iam vero illustrata animi humani natura ac vita coelesti Socrates denique ad illud accedit, cuius causa totam hanc disputationem susceperat, hoc est ad vim et naturam amoris philosophi explicandam. Pergit igitur ita disputare.

Homini natura atque indoles, inquit, ita fert, ut quae in rebus singulis quasi dispersa cernuntur rerum genera, ea mente sua comprehendat et tamquam in unum colligat. Quo quidem continetur recordatio eorum, quae olim animi nostri in coelesti illo deorum consortio spectaverunt. Quocirca philosophi animus citius recuperat alas, ut qui perpetuo versetur in recolenda atque instauranda divinarum rerum memoria. Quod si qui reprehendunt tanquam dementiae argumentum, ii quid rei sit, ne suspicari quidem videntur. Nimirum idearum notitiam animi nostri e vita anteacta secum hanc in vitam attulerunt: quae tamen notitia quoniam eorum lapsu quasi obscurata est, philosophi hoc unum agunt maxime, ut vero investigando atque perquirendo amissam cognitionem, quantum fieri possit, recuperent. Atque hoc loco iam tandem ad illud furoris genus pervenimus, quod continetur amore. Etenim philosophi revera divino quodam agitantur spiritu, qui eos semper ad coelestem illam evehit pulcritudinem, quam in vita superiore conspexerunt. Quae si sub oculos esset subiecta, profecto admirabiles excitatura esset amores sui. Verumtamen quum veri, boni, iusti, sancti effigies in his terris nulla cernatur, nam cogitando tantum et ratiocinando ea assequimur; tamen pulcrum, quod

illic summo splendore lucebat, hic habet splendida sui simulacra. Nam pulcra percipiuntur sensibus, et vero etiam visu, hoc est sensuum acutissimo. Quocirca conspecto hic apud nos pulcro aliquo veri illius recordamur pulcri, olim in deorum consortio conspecti, ideoque continuo illuc evolare gestimus. Quo studio qui inflammati sunt, ii recte appellantur amatores. Neque tamen omnes rebus pulcris conspectis verae illius atque divinae pulcritudinis recordantur. Unde fit, ut qui illius sunt immemores, ad pulcrum, si quem vident, incitate ferantur et pecudum ritu, nulla eius reverentia tacti, unice corporis voluptates quaerant. Qui est amor ad libidinem proclivis. Qui autem more philosophorum mente et cogitatione sua perpetuo versatur in eo, quod per se verum, bonum, pulcrum est, contemplando, is conspecto aliquo pulcri quasi simulacro continuo recordatur veri illius pulcri, quod olim in coelesti spectaverat vita, ideoque hominem pulcrum intuens summa inflammatur rerum divinarum cupiditate, in qua cupiditate nihil plane inest libidinis aut turpitudinis, sed una cernitur coelestis pulcritudinis reverentia atque studium. Quocirca talis amator eum, quem amore suo complectitur, tamquam deum aliquem colit adeoque studet omni cumulare honore et beneficio. Habet autem hic amor [cuius (p. 251 — 252. C.) egregia exhibetur descriptio] eam vim, ut homines evehat ad deorum immortalium imitationem ac similitudinem. Nam unusquisque amantium quaerit et sectatur aliquem similem ei deo, quem ipse olim in pristina illa vita praecipuo coluit studio. Quem ubi invenit, et semet ipsum et amatum formare atque componere studet ad illius similitudinem. Atque hac ratione intelligitur, qui fiat, ut et diversus sit amandi modus, nec amor omnibus similiter prosit. Nam qui Martem olim secuti sunt, ii et ipsi sanguinolenti sunt, et talem item sibi exoptant amicum; pariterque reliqui prouti Iunonem, Apollinem, Bacchum, alios deos olim coluerunt, ita Iunonios, Apollineos, Bacchicos, pueros in deliciis habent. Perfectissimi autem omnium et sanctissimi amatores sunt qui olim Iovem, hoc est *πῶν βασιλέα*, summam rationem, omnia in rerum universitate sapientissimis consiliis moderantem atque gubernantem, sunt sectati. Hi enim diligentissime

considerant, num amicus, quem sectantur, philosophus sit natura et ad imperandum natus: et ubi talem invenerunt, eundem omni studio et reverentia prosecuntur, eoque ipsi quoque in memoriam redeunt eorum, quae olim in Dei consortio versantes divina cum oblectatione spectaverunt (p. 249. C. — 253.). Nec vero ad generosum hunc divinumque amorem sic statim ac sine labore et contentione virium pervenitur. Nam conspecto pulcro adolescentulo inter equos et aurigam animorum oritur fere certamen vehementissimum. Quippe pravus ille et contumax equus, cuius vel externa species arguit libidinem, tum continuo omnibus viribus ad voluptatis fructum contendit, ita ut vel optimus eius ferociam aegerrime perdomet. Sed fit tamen aurigae prudentia et constantia atque alterius equi bene morati fortitudine, ut ille et freno coërceatur et aurigae pareat. Quod sicubi factum est, quo ipse amator incaluit amore, eodem iam incenditur etiam alter, qui amatur. Nam quemadmodum ille ex hoc per oculos hausit effluvium pulcritudinis, quo quidem incaluit ita, ut germinare in animo inciperent alae; sic amantis desiderium imaginis instar in amati animo repercutitur, eumque ita emollit et irrigat, ut in eo item alae succrescant. Qua ratione evenit, ut alter alterum mutuo amplectatur amore, atque ambo beatam et concordem degant vitam, cui summa praemia sunt proposita. Etenim amor eorum prorsus est philosophus, nec libidinis turpitudine commaculatus. Sin autem amantes et amati non quidem philosophiae virtute insignem, at tamen ambitiosam et honoris laudisque studiosam agunt vitam, quae a malae existimationis nota aliena sit, fit sane interdum, ut incauti ac praeter delibaratam voluntatem ad amoris minus generosi fructum abripiantur. Sed his nihilominus haud parvum amatorii illius furoris praemium obtingit, quum non turpi libidini fuerint dediti, sed sibi ab ea pro viribus temperaverint. Etiam si enim e vita discedentes nondum alas recuperaverint; tamen iamiam in eo versantur statu, ut eorum alas mox progerminaturas esse sperare liceat. Qui autem eius utitur consuetudine, a quo non redamatur, huius fortuna longe est tristissima. Nam eius animus, posteaquam e corpore excessit, per novem millia annorum in his terris te-

mere volutatur atque sine ratione apud inferos oberat (p. 253 — 256. E.). His omnibus denique Socrates hunc subiungit Epilogum. Haec tibi, dilecte Amor, inquit, palinodia pro virium mearum modulo exsoluta est ac dicata: quam ut hoc modo caneremus et verbis proferremus poëticis, a Phaedro coacti sumus. Tu vero et iis ignoscas, quae antea dicta sunt, et haec propitius a nobis accipias, quamque mihi largitus es artem, eam ne unquam auferas neve imminuas. Si vero hactenus aliquid vel a Phaedro vel a me dictum est numine tuo indignum, Lysias tamquam eius rei auctor accusandus est, quem tandem averte ab huiusmodi sermonibus et totum ad philosophiam converte. Nam ita etiam Phaedrus hicce, eius amator, mutabit mentem, atque in amoris et sapientiae studio vitam transiget (p. 257. A.).

Hoc igitur est tertiae orationis argumentum. In qua sive elocutionem sive res et sententias consideres, nihil profecto desiderabis, quod ad summae artis laudem ac praestantiam requiratur. Sed haec ipsa res quoniam altioris est indaginis, nunc in argumento libri enarrando continuo perrexisse iuvabit.

Phaedrus igitur, audita praeclara illa Socratis oratione sese dubitare fatetur, num Lysias unquam eiusmodi orationem in medium prolaturus sit, si cum Socrate velit de virtutis ac laudis praestantia contendere. Praeterea etiam sese dicit magnopere vereri, ne rhetor clarissimus in posterum plane a scribendo absteat, propterea quod nuper admodum a viro quodam civili invidioso τὸ λογογράφου nomine appellatus sit. Quo audito Socrates tum Lysiam carpit leniter propter scribendi intemperantiam, tum data occasione etiam viros civiles urbane ridet lepideque cavillatur, quandoquidem homuncionem istum arbitratur neutiquam sibi videri orationum scribendarum studium ex animo vituperavisse; nam istiusmodi homines, qui versentur in tractanda republica, plerumque nihil ardentius optare solere, quam ut aliquod ingenii sui monumentum, veluti legem aliquam vel edictum nomine suo insignitum, ad posteritatis memoriam proderet liceat. Quo iudicio tum vana et inanis superbia istiusmodi hominum notatur, tum scriptioni isti civili tamquam per occasionem suam statuitur pretium utpote a sapientiae studio plane aversae. (p. 257. D. — 258. D.). Parant

vero haec omnia transitum ad eam, quae deinceps agitur, quaestionem. Nam inde a p. 258. D. instituitur disputatio de recta ac vitiosa scribendi dicendique ratione. Ad quod quidem argumentum considerandum quum Phaedrus promptus paratusque sit, quippe inde voluptatem vere ingenuam redundaturam esse existimans, tum Socrates venuste et urbane etiam cicadas ait in vicinia cantantes ipsos adhortari videri, praesertim quum eae Calliopae et Uraniae nuntient, quinam inter homines philosophiam colant et in tractanda arte musica occupati vitam degant (p. 258. E. — 259. E.). — Instituitur autem harum rerum disputatio sic, ut una eademque opera simul binae quaestiones pertractentur, sicuti haud obscure p. 277. B. — E. Cap. LXII. et LXIII. indicatum est. Nam dum disquiritur, quam conditione scriptio librorum laudibilis et quando turpis existimanda sit, simul etiam illud ostenditur, quod et ipsum ad rem praesentem vel maxime pertinet, quid in rerum ac sententiarum tractatione artis rationi consentaneum esse censeri debeat. Itaque ubi primum suscepta est de optimo scribendi genere disputatio, principio quidem (p. 259. E. — 262. C.) graviter copioseque docetur, ad veram germanamque dicendi laudem omnino requiri veritatis scientiam, sine qua ne ea quidem consistere possit rhetorica, quae unice accupetur speciem verisimilitudinis. Ex quo perspicuum esse debet, primum quidem doceri hoc, rerum inventionem, quam rhetores vocant, totam ducendam esse ex philosophiae scientia et cognitione. Hoc autem demonstrato deinde etiam ulterius proceditur. Ostenditur enim luculentissime, accuratius Lysianae orationis censura instituta, scientiam et philosophiam etiam ad duas alias eloquentiae partes requiri, quandoquidem non modo τὸ ἐπτεχνον, quod in apta sententiarum dispositione atque coniunctione cernatur, inde suspensum sit (p. 262. C. — 268. A.); verum etiam vis ipsius et efficacitas in animis legentium vel audientium ex eadem pendeat; ad utrumque enim opus esse arte dialectica, qua rhetores arguuntur vulgo male carere, cuiusque ratio data rei opportunitate in illustriore luce collocatur (p. 268. A. — 274. B.). Quocirca toto hoc

loco imprimis id agitur, ut philosophiam etiam ad definitionem et dispositionem rerum ac sententiarum requiri doceatur, qua maxime vera ipsius laus contineatur, atque praeterea etiam illud demonstretur, vim eloquentiae in animis hominum sive persuasionem ita demum existere, si eloquentia rerum scientia et cognitione sustentetur. His autem expositis reditur tandem rursus ad quaestionem ab initio propositam de descriptionis laude atque dignitate recte aestimanda, *ἐν προεπειᾷ γράφης περὶ καὶ ἀπροεπειᾶς*, (ut est p. 274. B.). Quo quidem loco, rhetorica rursus cum dialectica in certamen commissa, scriptio iudicatur utilis quidem esse admonitionis causa, sed vivo sermoni nequiquam aequiparanda, quippe qui ad animos erudiendos et sapientiae opibus locupletandos longe plurimum valeat (p. 274 B.). Ex quibus omnibus denique efficitur, ut *artis ratio in scriptura* ibi demum agnoscenda sit, ubi primum quidem veritatis scientia et cognitio suppetat; deinde clara atque evidens rei, de qua scribatur, definitio et explicatio reperitur, notionum generibus atque formis subtiliter distinctis atque coniunctis; denique varia scribendi genera animi indole et natura accurate cognita animorum varietati sapienter attemperentur. Dignitas autem atque laus scribendi ex eo pendere iudicatur, ut quis non temere dicat vel scribat, superbiens etiam iudiciorum suorum firmitate aut perspicuitate, sed cum scientia agat, veritatis per omnia quam maxime studiosus (p. 277. B. — 278. E.). — Haec igitur est ratio ac descriptio disputationis uberrimae deinceps explicatae; qua investigata iam ad singula lustranda accedimus.

Suscipiens igitur Socrates quaestionem de recta scribendi dicendique ratione (p. 259. D.) ante omnia docere instituit, iis, quae bene pulcreque dicta futura sint, necessario hoc proprium esse oportere, ut is, qui verba faciat, naturam eius rei cogitam perspectamque habeat, de qua explicare constituerit. Itaque rhetoricam censet veri scientia et cognitione nullo pacto carere posse. Quod quidem primum est, quod in ea requiritur. Quibus ita positis deinde ea sententia ita confirmatur, ut quae contra dici possint, subtiliter examinentur atque refellantur. Quamobrem falsum esse arguitur quod vulgo statuatur fieri posse, ut

quis vel non perspecto vero, bono, iusto, honesto, bene dicendi laudem adipiscatur, quia scilicet rhetorica non tam veritatem, quam veritatis speciem consecratur, ideoque non vere bona et honesta, sed ea tantum, quae multitudini videantur, curare soleat. Quod si recte ita iudicatur, inquit Socrates, rhetoricam apparet non solum perquam ridiculam fore, ut quae veritatis rationes, etiamsi maxime essent apertae atque evidentes, perverteret (p. 260. B. C.), sed etiam perniciosam, quippe quae boni et mali, turpis et honesti, utilis et inutilis discrimina temere negligeret petulanterque confunderet. (Ibid. C. D.). — Iam vero si forte ad eius defensionem afferatur, ipsam certe neminem impedire aut prohibere, quominus verum cognoscere studeat, sed nihilo secius ita esse comparatam, ut bene dicendi laudem sine veritatis cognitione tueri possit, in promptu sunt argumenta validissima, quibus ea sententia refutetur. Est enim ars oratoria sine dubio *ψυχαγωγία τις διὰ λόγων*, ars quaedam animos oratione flectendi atque ducendi (p. 261. A. coll. p. 271. D.), regnans illa non solum in iudiciis et conventibus publicis, sed etiam in privatorum hominum circulis et pariter res leves atque magnas gravesque tractans. Quae quum speciem tantum ac verisimilitudinem sectetur ideoque id agat, ut audientes vel legentes in fraudem et errorem inducantur, sponte intelligitur, hoc ipsum munus suum si recte obire velit, nihil ipsi magis esse necessarium quam recti verique scientiam et cognitionem. Nam qui quem fallere ac decipere conatur ipseque sibi ab errore cavere studet, eum certe necesse est rerum similitudines ac dissimilitudines accurate discernere. Quod certe nullo modo fieri potest ab eo, qui non cuiusque rei naturam bene cognitam habeat, qua demum intellecta alterum poterit callide a vero ad contrarium abducere, dum ipse fraudem sollerter declinet. Itaque consequens est, ut is, qui neglecta veritatis scientia opinionibus tantum indulgeat, ridiculam quandam rhetoricam factitaturus sit, adeoque omnis artis expertem (p. 259. D. — 262. D.). — At nimirum quum ipsa materia arti oratoriae subiecta rerumque ac sententiarum inventio ea sit, quae sine veritatis scientia iudice Socrate revera nihil ad dicendi laudem tuendam sustinen-

damque valeat, tum etiam illud ipsum, quod modo attigit, τὸ ἐντέχνον, sine veri cognitione nullo modo consistere posse arbitratur. Quod quidem planum facit exercendo de Lysiae oratione iudicio, cui additur etiam censura artificiorum illorum, quae rhetores vulgo mirum quantum iactare solebant, ita quidem ut simul quanta sit hoc in genere dialecticæ præstantia, clarissime ostendatur. Arguitur igitur Lysias primum eo nomine inertiae, quod eam rem, de qua verba facienda essent, ab initio non defini- verit (p. 264. E. sqq.). Etemim quum duplex sit rerum genus, alterum certarum et evidentium, alterum ambiguarum atque incertarum, arti rhetoricae, etiamsi fallere conetur, tamen hoc propositum esse oportere statuitur; ut cognito utriusque generis discrimine eam rem definiat accuratius, de qua suscipiatur oratio. Quare Lysiae ostenditur ante omnia amoris vim ac naturam definiendam fuisse, quum manifestum extet amorem esse rem perquam ambiguum neque hominibus vulgo satis cognitam, id quod etiam orationes superiores satis demonstraverint. Praeterea vero Lysias etiam ideo reprehenditur et castigatur, quod nullo servato sententiarum ordine per totam orationem omnia temere proiecerit confuseque miscuerit, ut nulla plane intelligatur causa et ratio, cur singula hoc vel illo loco ab eo posita sint neque sese alio exceperint ordine (p. 264. B.). Quippe consentaneum esse iudicatur, unamquamque orationem oportere comparatam esse similiter atque animal bene a natura fabricatum, ut corpus habeat, quod nec capite nec pedibus sit truncatum, et extremas partes referat tam inter se quam cum toto corpore apte convenientes. Nempe causam utriusque vitii omnique inertiae modo animadversæ Socrates in eo quaerendam esse censet, quod a Lysia neglecta sit ars illa notiones cernendi atque coniungendi, qua dialectica continetur. Quae quidem qualis sit, deinceps ita explicatur, ut omnem eius vim rationemque exinde cognoscere videamur. Describuntur enim iam celeberrimae illae διαρῆσεις et συναγωγαί, disiunctiones et conductiones, sine quarum usu Platone iudice nec verum falsumve diiudicari nec consequentia cerni nec repugnantia animadverti nec ambigua distingui possunt; de quibus quidem rebus

(p. 265. D. — 266. C.) haec fere disseruntur. Duplex est, inquit Socrates, artis ratio, quae in cognoscendis iudicandisque rebus longe valet plurimum. Primum enim ita fieri potest, ut quis ad unam speciem atque formam a se cognitam et perspectam referat et conducatur quae multifariam dispersa sunt, ita quidem, ut definiendo declaret ac patefaciat, quidnam illud sit, de quo dicere animum induxerit. Quod ipsum antea in amore animadvertimus, cuius definitione demum exhibita fieri poterat, ut oratio in eius virtutibus aestimandis iudicandisque recte ac sollerter versaretur. Sed suppetit etiam alia via et ratio eaque illi contraria et adversa. Quae quidem locum habet, quum quis illud, quod in unum coniunctum est, secundum species atque formas rite disiungit et articulatim dividit, nec vero malorum coquorum more violenter diffringit. Cuius dividendi rationis exemplum supra ipsi proposuimus, quo loco varia furoris genera enumerabamus, usque dum tandem, quem quaerebamus, reperiremus furorem divinum. Hae vero divisiones et conductiones tam ad cogitandum quam ad dicendum plane sunt necessariae; ac si quis unum illud et multa (ἐν καὶ πολλά) h. e. genera et formas idearum s. notionum, recte potest discernere et coniungere, is merito dialectici nomine insignitur et tamquam sapiens vere divinus summis laudibus ornari debet. Haec igitur Socrates (p. 265. D. — 266. C.) de dialectica, quibus apertum est methodum disserendi analyticam atque syntheticam, quam hodie vocant, elegantissime illustrari. Expositis autem his dialecticis praeceptionibus vir sapientissimus rursus revertitur ad artem rhetorum, quos quidem copiosa disputatione eademque festivae urbanitatis salibus maxime referta ostendit a dialecticae laude adeo esse alienos, ut unice haereant in artificii istis suis mero usu collectis et a ratione alienissimis (p. 266. C. — 268. ff.). Quippe arguuntur illi non dialecticam, non veri reperiendi artem, non denique rerum scientiam et cognitionem tenere, sed unice usurpare artificia quaedam ex vitae communis usu repetita, quae licet ad persuadendum subinde aliquid valeant utpote ad opinionis speciem comparata, tamen ad veri scientiam et cognitionem nihil quidquam conferant. Quorsum referuntur quae vulgo in rhetorum

scholis praecipiantur de prooemiis, de narrationibus, de verisimilibus, de testimoniis et probationibus, de argumentorum confutatione, de laudationibus et vituperationibus, de affectuum movendorum auxiliis, de tropis et figuris, de elocutione, aliis id genus rebus similibus. Nimirum ista omnia quum oratori nota esse debere facile concedatur, tamen eadem iudicantur neutiquam ad ipsam rhetoricam pertinere, sed esse potius *τὰ πρὸ τῆς τέχνης ἀναγκαῖα μαθήματα* (p. 269. B.). Quocirca carpuntur atque vellicantur dehinc rhetores et sophistae, qui in istis omnia inesse rati istiusmodi artes non sine fastu iactavissent, Theodorus Byzantius, Evenus Parius, Tisias, Gorgias, Prodicus, Polus, Protagoras, Thrasymachus Chalcedonius, Lysias, denique universa cohors rhetorum ac sophistarum, qui sese in isto campo exercuissent. Reiectis vero et explosis pravis istis opinionibus de arte rhetorica susceptis (p. 268. A.) quaeritur porro subtilius, quamnam et quando ista omnia habeant vim et efficaciam (*τίνα καὶ πότε ἔχει τὴν τῆς τέχνης δύναμιν*) ad persuasionem in animis efficiendam. Etenim vim dicendi Socrates censet minime posse istis rhetorum artificiis tuto comparari. Quemadmodum enim nemo possit artem medicam factitare, quia quaedam noverit medicamenta, corporis natura non perspecta, aut artem exercere tragicam, quia quasdam orationes lamentabiles declamitare didicerit, aut harmoniae peritus haberi quoniam sciat chordam acutam atque gravem moderari ac temperare, quandoquidem ista omnia nihil sint nisi parva quaedam disciplinae universae initia, neque ipsam artem medicam, tragicam, musicam conficiant; ita etiam bella ista rhetorum artificia nondum efficere arbitratur, ut oratio in animis audientium vel legentium iustam vim habeat planeque ad persuadendum fiat accommodata (p. 268. A. — 269. C.). Si igitur quaeritur, inquit, unde et quomodo veri rhetoris et vi persuadendi pollentis ars comparari queat, omnino quidem responderi potest, quod verissime ita statuitur, ad perfectam eloquentiam haec tria requiri: ingenium, doctrinam, et exercitationem; id quod etiam de aliis rebus ita iudicari solet. Sed quantum ex his ad dicendi artem rationemque pertineat, neutiquam ex Tisiae aut Thrasymachi praeceptis iudicandum est,

verum intuendum potius exemplum Periclis oratoris perfectissimi. Quippe habent omnes omnino artes praeclarae atque magnae hoc sibi proprium, quod sibi quasi deponunt abstrusiorum philosophiae quaestionem subtilioremque pervestigationem naturae, ex qua una demum nascitur celsum illud, magnificentum atque efficax, quod eloquentiae quoque propositum esse debet. Quod quum Pericles acute pervidisset, continuo sibi persuasit ad praeclaram naturae indolem, qua fuit ornatus, accedere oportere etiam doctrinae et rationis conformationem. Quum igitur incidisset in Anaxagoram, acutum talium rerum scrutatorem, istiusmodi quaestionibus ac meditationibus adsuefactus et ad cognoscendam mentis et amentiae naturam per illum deductus fecit profecto quod ad comparandam eloquentiae laudem sine dubio plurimum valere iudicari debet. Traduxit enim ex philosophia Anaxagorae ad artem oratoriam quaecumque ad eam colendam ornandamque maxime conducere viderentur. Quippe est sane artis oratoriae plane eadem ratio, quae est artis medicae. In utraque enim naturam cognitam perspectamque habeas plane necesse est, siquidem ars medica corporis, ars oratoria animi notitiam accuratiorem requirit. Qua si quis careat, is certe numquam ex arte aget, sed mero usu sine ratione collecto corpori valetudinis causa medicamenta, animo autem ad efficiendam persuasionem orationes adhibebit. Quod quam sit perversum et calamitosum, nemo est quin sponte animadvertat. Iam vero animi naturam quis quaeso est qui sibi persuadeat sine universi cognitione posse perspicere et intelligi? Enimvero Hippocrate quidem iudice ne corpus quidem sine illius adiumento satis noscitur, ut profecto nullo negotio intelligatur, eandem ad animi notitiam multo etiam magis necessariam esse. Ex quibus omnibus apertum esse debet, ad consequendam dicendi laudem atque virtutem etiam propterea opus esse philosophia, quod vis et efficacia eloquentiae inde pendet, ut orator animos moveat atque flectat; id quod certe sine interiore mentis animique notitia fieri non potest. — His vero de philosophiae scientia ad eloquentiae usum necessaria disputatis ostenditur deinde etiam, qua via et ratione ei versandum sit, qui aliis persuadere velit, quandoquidem ipsi non modo naturae scientia, qua-

lem philosophia suppeditet, sed etiam dialectica subtilitate opus sit. De qua re inde a p. 270. C. — 272. B. fere haec disputantur. In explicanda cuiuslibet rei natura, inquit Socrates, ante omnia quaeratur necesse est, simplex an multiforme sit id, in quo voluerimus et ipsi artificiosi esse et alios artis peritos efficere; deinde si simplex sit, vis eius exploranda est videndumque quid cuique natura facere et quid a quoque pati queat. Sin autem multiplex sit ac plures species habeat, has dinumerari oportet et in unoquoque, sicuti in singulis, considerari, quid cuique facere et quomodo a quoque per naturam suam affici possint. Quod ipsum imprimis etiam oratorem ita facere oportet, quippe qui exploratam habere debeat animi naturam, cui orationes adhibiturus sit. Describendus igitur ipsi omni diligentia et quasi in conspectu ponendus animus est, ut appareat, utrum natura sua unus ac similis sit, an secundum corporis figuram multiformis; deinde vero etiam videndum, quid animus cuique rei inferre et quid a quoque natura sua pati possit. Quo duplici munere peracto sequitur deinde tertium quiddam. Dispositis enim orationum (*λόγων*) pariter atque animi generibus cognitisque variis eorum affectionibus etiam omnes causae persequendae sunt, ita ut sua cuique attribuatur, eoque modo demonstrandum, qualis animus qualibus orationibus quam ob causam necessario ad persuasionem vel adducatur vel non adducatur. Neque enim aliter fieri poterit, ut quid ex arte vel dicatur vel scribatur. Nam quum vis orationis (*λόγων δύναμις*) sit flexanima (*ψυχαγωγία*), rhetorem certe novisse oportet, quotnam animus tamquam species et formas habeat, earumque proprietates tamquam in numero habere. Quibus ita distinctis idem etiam varia orationum genera discernet, quibus animi hominum, pro sua quisque indole ac natura, ad persuasionem moveantur. His omnibus autem via et ratione cognitae oportet ipsum denique etiam ad vitae veritatem rerumque usum accedere diligenterque observare, quomodo res sese habeant vel fiant, quo facilius discat intelligere et animadvertere, quid et locis et temporibus et hominibus conveniat; alioquin enim solis confidet magistrorum praeceptionibus usu carentibus. Quicumque igitur iudicare potest atque di-

cere, qualis homo qualibus orationibus ad persuasionem adducatur, praesentemque perspicere sibi ipse potest indicare, hunc esse talem vel talem, eique adhibendas esse has vel illas orationes, quique praeterea tenet opportunitatis notitiam, qua dicendum et tacendum, itemque breviloquentia, affectuum commotione, aliis orationis formis utendum sit, eum fatebimur utique artem dicendi pulere ac perfecte tenere; sin autem horum aliquid desit, aliter certe existimari oportebit. Quod negotium quum sit handquaquam leve, profecto ea via et ratio perficiendi operis ineunda est, quae, vitatis ambagibus ac difficultatibus non necessariis, proxime ad finem propositum perducatur (p. 270. C. — 272. C.). — Iam vero his ita disputatis etiam hoc nomine rursus subiungitur iudicium de vulgaribus rhetorum studiis. Pergit enim Socrates deinceps sic fere disserere. At enim vero nostri quidem rhetores, inquit, hos tantos labores in condiscenda arte oratoria omnino opus esse negant. Quippe versantur illi in ea opinione, ut veri scientiam et rerum vel etiam hominum curam nihil ad se pertinere existiment. Nam in iudiciis quidem rerum veritatem minime curari solere; unam spectari probabilitatem et verisimilitudinem, cuius solius ratio duenda ab eo sit, qui artificiose ac sollerter dicere velit. Etenim ne ea quidem, quae revera facta sint, veritati convenienter esse referenda; captanda potius esse probabilia aut verisimilia (*τα εἰζοτα*) tam in accusando quam in defendendo, veritate rerum valere iussa. Quod quidem etiam Tisias ita statuit, qui neutrum litigantium iubet verum confiteri sed utrumque callidis ac fallacibus uti mendaciis. In quo illi rursus non vident, quod res ipsa loquitur, ad efficiendam verisimilitudinis speciem veritatis cognitionem unice esse necessariam, sine qua nec id, quod sit verisimile aut veridissimile, ullo modo reperiri aut iudicari queat. At enim vero qui tam humiliter de rhetorica sentiunt, ii certe nec vident, quid ei denique sit propositum. Nam qui in ea discenda atque colenda nulli labori atque operae parcendam esse arbitrantur viri sapientes, ii certe non hoc consilio ita faciunt, ut dicant et agant apud homines, sed illud potius spectant, ut diis grata possint dicere atque facere pro viribus. Neque

enim vir sapiens sibi putabit in eo elaborandum esse, ut iis, qui revera una cum ipso servi sunt, gratificetur, sed illud potius aget, ut dominis bonis et a bonis oriundis, hoc est diis, semper gratus et acceptus sit vereque placeat. Quae quidem artis oratoriae virtus ac praestantia quum tanta sit, ut ipsa nihil maius et excellentius fingi aut cogitari liceat, certe nec moleste ferendum est, si qua ipsius ratio ac disciplina, utpote cum veri investigatione coniuncta, plus operae ac laboris sibi deponat, quam quis expectaverit. Nam pulchra expetentibus profecto honestum et gloriosum videri debet fortiter et constanter perferre quae illorum caussa subeunda ac toleranda sint (p. 272. C. — 274. B.).

Atque his quidem expositis finitur aliquando disputatio de eo, quod in orationibus sit arti conveniens quidve ei contrarium. Quo facto tandem suscipitur disputatio, cum altera illa artificiose iuncta et copulata, de recto scripturae usu, disquiriturque subtilius, qua conditione scribendo operam dare deceat et quodnam pretium litterarum scriptioni statuendum sit. Enimvero adumbrata ac descripta specie et imagine perfecti rhetoris, qui idem sit perfectus dialecticus, utpote optimam tenens veri reperendi et explicandi rationem cum veritatis studio arctissime coniunctam, sanequam etiam suscipienda fuit huius rei explicatio. Neque enim rhetorica ista, quae taxatur, una dictione continebatur, sed vel maxime pertinebat etiam ad orationum scriptionem, neque dialectica absolvebatur sola veritatis commentatione, verum etiam docendo et sermocinando prodesse studebat. Accedit huc, quod omnis disputatio profecta est a scripta quadam Lysiae oratione, ut plane consentaneum sit, sermonem denique rursus reverti ad scribendi studium, quod inter rhetores maxime vigeat. Quocirca vel has ob caussas harum rerum quaestio nunc institui debuit, ut taceamus de aliis. Redit autem summa disputationis fere huc.

Revertamur, inquit Socrates, aliquando ad id, unde superior artis oratoriae censura cepit initium. Quaeramus enim, quemnam usum scriptio litterarum habeat et quibus ea finibus regenda sit. Et usum quidem eius quod attinet, iuvabit ante omnia narrationis cuiusdam meminisse,

quae de Theutho Aegypto atque Thamo, Thebarum Aegyptiarum rege, memoriae prodita est. Audivi enim, Naucrati, urbe Aegypti, fuisse aliquem de priscis illius terrae diis, nomine Theuthum, qui quum numerum, computandi artem, geometriam, astronomiam, calculorum ac tesserarum lusum, tum etiam litteras scribendique artem invenisse narratur. Quum autem illis temporibus totius Aegypti rex esset Thamus, ad hunc Thebas venisse ferunt Theuthum ipsique artes ostentasse a se inventas. Ibi vero quum de aliarum artium utilitate multa in utramque partem disputata essent, Theuthus, de litterarum quoque utilitate interrogatus, hoc dedit responsum. O rex, inquit, litterarum scientia Aegyptios sapientiores magisque memores efficiet; memoriae enim et sapientiae erit subsidium. Quo facto rex, illi adversatus, Tu vero, artis a te inventae captus amore, iusto benignius de eius usu videaris statuere. Etenim ista quidem scientia animis sine dubio afferet oblivionem propter memoriae neglectionem, quippe quum homines scripto confidentes extrinsecus per aliena signa, non intrinsecus per se ipsos recordaturi sint, ut non memoriae, sed recordationis adiumentum inveneris; sapientiam vero discipulis opinatam, non veram subministras; multa enim percipientes sine disciplina et institutione videbuntur multarum rerum scientes esse, quamvis revera maximam partem inscii sint, ac molesta etiam erit cum iis consuetudo, quippe qui opinati, non veri et germani sapientes evasuri sint (p. 274. B. — 275. B.). Haec igitur Socrates, significans praeterea, in eiusmodi narrationibus antiquitus proditis non temere offendendum, sed unice illud spectandum esse, quid in ipsis veri contineatur (p. 275. B. C.). Nimirum indicat ille hac narratione sua, litterarum usurpatione liberam mentis ingeniique agitationem, qualem philosophia exigat, utique auferri et impediri adeoque in animis vanam sapientiae opinionem procreari, quae verae scientiae intus in animo oriundae plurimum officiat, ut facile appareat, philosophiam, hoc est liberam veritatis investigationem et agnitionem, ab ipso scripturae ut externo cuidam scientiae vel potius recordationis adiumento ac subsidio tanquam e regione poni. Quibus ita expositis pergitur etiam ad aliud quid, quandoquidem docetur, scriptam orationem, si ad vivi ser-

monis institutionem comparatur, non adeo magni faciendam esse. Scripta enim oratio, ut ait Socrates, similis est picturae. Huius enim fetus, licet vivi videantur, tamen, si quid eos interrogas, affectata cum gravitate egregie tacent. Eadem vero ratio est etiam scriptae orationis. Haec enim quum intelligentiae speciem prae se ferat, tamen omnino muta est; unum idemque semper dicit, et quum versetur inter intelligentes pariter atque eos, ad quos nihil pertineat, nec loqui scit nec tacere, ubi deceat. Quin etiam si quando male taxatur iniusteque reprehenditur, eget semper defensore parente suo, quandoquidem ipsa se tueri ac defendere non potest. Multo aliter vero existimandum est de vivae orationis usu, quae natura sua est longe melior descriptione longeque praestantior. Habet enim illa eam vim, ut scientia et cognitio in discentium animis tanquam inscribatur, estque plane idonea ad causam suam defendendam, praesertim quum et loqui et tacere sciat apud quos debeat. Nimirum scriptam orationem patet denique nihil esse aliud quam vivae orationis adumbratam quandam imaginem, quae ab illius praestantia longissime distare existimanda est. Quemadmodum igitur prudens agricola semina ea, quae velit esse frugifera, haudquaquam serio in hortos Adonidis inarabit, quo scilicet ea intra octo dies videat lacte progerniantia, sed istud lusus tantum et oblectationis gratia faciet, illa autem semina, quae serio curet, ei solo committet, cui ipsa committi conveniat, atque satis habebit, si octavo mense post ad maturitatem pervenerint; ita etiam is, qui iusti, boni, honesti habet cognitiones (*επιστημας*), non serio illa in aqua scribet ac per orationes atramento propagabit, quae nec vera perspicue explicare nec iudiciorum suorum rationem reddere queant, sed potius, sicuti facile iam existimari potest, liberalioris oblectationis gratia hortulos quasi litterarios conseret ac, si quando scribet, ita scribet, ut sibi condat commentarios, quo appropinquante obliviosa senectute et sibi et aliis omnibus eadem studia persequentibus habeat quo lactetur, hortulos istos suos tenera fronde virentes conspiciens. Nimirum quod tempus alii tribuunt ludis, computationibus, aliis similibus voluptatibus, id ille honestae oblectationis gratia ad scribendum conferet eoque

modo quasi ludens liberaliter vitam deget. Verum enim vero quum res longe pulcherrima sit, de iusto, bono, honesto sermonibus tanquam ludere scribentem, tum multo pulchrius erit quod ad has res conferetur studium, si quis utens arte dialectica, ubi animum nactus fuerit idoneum, plantet ac serat cum scientia sermones, qui et ipsi sibi et satori auxiliari possint nec steriles sint, sed semen in se continent, unde alii recentes in aliis ingeniis progerniant, qui, illud nunquam ut intereat, efficiant eiusque participi tantam afferant felicitatem, quanta maxima mortali nato obtingere possit (p. 275. C. — 277. A.). — Haec igitur Socrates hactenus. Quae quorsum pertineant, nemo, opinor, facile dubitabit. Quemadmodum enim in superioribus descriptionis ratio atque dignitas comparata est cum libera mentis cogitatione, ita hoc loco scriptae orationis institutio contenditur cum vivi sermonis efficacitate, quae scriptae voci longissime anteponitur. Nimirum pertinent haec omnia denique item ad illustrandam dialecticae praestantiam ac virtutem. Quippe continetur illa non una tantum tacita mentis cogitatione, sed multo latius patet, quandoquidem, sicuti vel nomen eius indicat, etiam sermocinando, colloquendo, disserendo prodesse atque veri, boni et honesti scientiam et cognitionem aliis impertire conatur. Quo nomine vel imprimis arcta necessitudine cum amore philosophiae continetur, cui tanquam ars quaedam amatoria suppetias fert planeque famulatur. Quocirca ei librorum scriptio opponitur, sicuti antea ipsi rhetorica e regione collocata est. Ex quo et ipso virtus eius et praestantia clarissime elucet. Quamquam tota haec pars disputationis videtur etiam ad aliud quid spectare, siquidem Plato in ea tecte significavit, quamnam esse vellet scriptorum suorum cum viva oris institutione coniunctionem ac necessitudinem. Verum istud quidem in praesenti mittamus, de quo alio loco disputandi occasio erit. Pergamus potius in enarrando dialogi argumento, cuius postrema particula fere huc redit (p. 277. A. sqq.).

Posteaquam enim finita est disputatio de descriptione et vivae vocis institutione, Socrates nunc demum decerni atque iudicari posse ait, quid quum de laude scribendi operae, tum de ipsis ora-

tionibus vel ex arte vel sine arte scriptis existimari oporteat. Et artis quidem rationem, sicut modo demonstratum sit, in eo positam esse censet, ut quis primum quidem veram rei naturam, de qua dicturus aut scripturus sit, perspectam habeat; deinde ut ipsam universam definire (genus eius indicare) definitamque rursus in species atque formas ad individuum usque naturam dividere ac cernere possit; tum ut et animi naturam pariter explorare formamque orationis cuique animi naturae convenientem reperire queat; denique ut sciat orationem cuiusque animi naturae attemperare, animo multiplici multiplices et varias, simplici contra simplices orationes adhibens (p. 277. B. C.). Laudem vero ac turpitudinem orationum sive dicendarum sive scribendarum item ex iis, quae antea disputata sint, nullo negotio aestimatum iri arbitratur. Nam sive Lysias sive alii ita scribant, ut, quum nihil certi de iusto aut iniusto, de bono aut malo, aliis rebus similibus, noverint, tamen in scriptis suis multum inesse certi ac perspicui opinentur, hoc omnino longe turpissimum atque vere probrosum censi oportere existimat. Sin autem aliquis de scriptis orationibus, cuiuscunque eae generis sint, ita sibi persuadeat, ut sicuti per lusum quendam scriptae ac litteris mandatae sint, ita nec magno studio dignae habendae videntur, quandoquidem vel optimae earum scientibus non nisi recordationis causa sint destinatae; atque contra existimet, in iis unis atque solis, quae docendi atque instituendi causa fiant et proposita veritatis persuasionem revera in animis de iusto et pulcro et bono inscribantur, clarum quiddam et evidens et perfectum inesse, easque oportere quasi filias cuiusque germanas coli, utpote in ipsius animo natas, cuius filiae et sorores sint habendae quae in animis aliorum sint procreatae; hunc vero virum talem esse arbitratur, cuius similis ut ipse iuxta cum Phaedro aliquando existat, intimo pectore optandum videatur (p. 277. A. — 278. B.).

Atque his omnibus ita dilucidatis postremo, sicuti par fuit, disputatio rursus ad Lysiam revertitur, a quo ab initio progressa erat. Quod quidem ita fit, ut celeberrimo oratori iam omnis philosophiae laus eripiat atque simul significetur, quam spem adhuc

Lysias fefellerit, eam postero tempore impleturum esse Isocratem, in quo eluceat ingenium ad philosophiae laudem egregie comparatum. Qua ratione manifestum est rursus rhetoricam et philosophiam inter se opponi et quodammodo in certamen committi, quandoquidem Lysiae ut rhetori a philosophiae studio alieniori opponitur Isocratis iuvenis (*ῥέος*), qui spem faciat ita aliquando futurum esse, ut rhetorica cum philosophia concilietur. Qua ratione quod supra disserendo est expositum, iam duorum clarorum rhetorum — nam Isocratis quoque nomen tum satis celebratum fuit — illustri exemplo confirmatur. Disputat autem Socrates hunc fere in modum. Sed satis iam, inquit, lusum esto super sermonibus. Et tu quidem, o Phaedre, nunc i atque dic Lysiae, descendisse nos ad Nympharum fontem et museum ibique sermones audivisse qui nos iuberent nunciare Lysiae et cuiuscunque alii orationum scriptori, sive poetae sive legum civilium conditori, eum, qui cum veritatis scientia scripta componeret, et si qua de iis interrogaretur, iis quae dixisset auxiliari ac patrocinari posset, ita quidem, ut etiam profiteretur, ea, quae litteris consignavisset, admodum levia esse atque vilia ad illa comparata, hunc igitur minime ab iis, quae scripsisset nominandum esse, sed ab illis, ad quae serio studium suum contulisset quaeque mente animoque suo meditatus esset. Nam licet ipsum appellare sapientem nefas videatur, quoniam hoc nomen in unum deum convenit, tamen aut philosophi (amantis sapientiae) aut simili aliquo nomine ornandus erit. Eum vero, qui nihil habet praestabilius quam quae multum diuque sursum deorsum vertens ac modo addens modo demens aliquid scripserit, iure poetam vel orationum scriptorem vel legum auctorem nominabimus. Quibus verbis apertum est philosophiae scriptori principem locum vindicari; poesi, arti oratoriae et scripturae civili locum assignari aliquanto inferiorem. Haec vero posteaquam Phaedrus iussus est Lysiae, amico suo, nunciare, hic vicissim ad Socratem: „Quid vero? tu quomodo facies? neque enim par est Isocratem, amicum tuum, silentio transmittere. Huic igitur tu quid tandem renuntiabis?“ Cui Socrates respondet: „Iuvenis adhuc, o Phaedre, Isocrates est; quid tamen augurer de ipso, lubet dicere. Videtur enim

esse meliore natura et ingenio, quam ut cum Lysiae orationibus comparatur, ut minime sit mirandum, si, quum aetate procedente in hoc ipso orationum genere, cui nunc studet, magis quam viri pueris, praestet iis omnibus, qui unquam orationes attigerint, et diviniore instinctus spiritu ad maiora usque eluctetur; inest enim, o bone, philosophia quaedam in viri mente. Haec igitur ego horum decorum iussu Isocrati ut deliciis meis renuntiabo, tu vero ista Lysiae ut tuis. — De qua re posteaquam inter colloquentes convenit, denique Socrates, priusquam iam domum revertantur, deos precandos censet, coram quibus sermones superiores instituerint. Itaque extremo sermone has facit preces: O care Pan et quotquot hic estis dii, detis mihi hoc, ut pulcer fiam intus, externa vero omnia quae habeo interioribus amica sint et respondeant. Utinam vero copia tanta mihi obtingat, quantam secum portare et abducere nemo quisquam possit nisi vir bonus ac sapiens. Neque enim pluribus mihi opus est. His dictis colloquium denique finitur et ambo discedunt (p. 277. H. — 279. C.).

Enarravimus quanta maxima fieri potuit perspicuitate libri argumentum. Sequitur iam, ut quaerendum sit, quidnam universo operi ut summum et extremum propositum putari debeat, ad quod denique omnia atque singula, quae in eo exposita leguntur, tanquam ad commune quoddam principium referantur. Neque enim supremo totius sermonis fine non perspecto fieri unquam poterit, ut singulae ipsius partes aut recte percipiantur aut prudenter aestimentur.

Dici autem non potest in quam diversas partes omni fere aetate ea de re disputatum sit. Nam de veterum quidem criticorum variis sententiis et opinionibus si quaerimus, audivisse iuvabit Hermiam, saeculi quinti fere medii p. Chr. n. philosophum Alexandrinum, de quo v. Photius Biblioth. 242. p. 341. ed. Bekker. Is enim in Commentariis in Phaedrum p. 62. ed. Ast. haec narrat: *Συνελόντες οὖν, inquit, τὸ ὑλικὸν τοιοῦτον· περὶ ἔρωτος, φασί, προσηγομένως ὑφηγεῖται, καὶ καθ' ὃν ἂν τις τρόπον τοῦτο, ὃ εἴτε φυσικὸν εἴτε θεῖον κίνημα τῆς ψυχῆς, τὸ ἐρωτικὸν λεγόμενον, ἐπιστρέψῃ ἐπὶ τὸ κρεῖττον καὶ παραπαιδαγωγήσῃ εἰς ὠφέλειαν ἑαυτοῦ καὶ*

*τοῦ κοινωνοῦντος, καὶ πῶς χορῆ βιώναι. οἱ δὲ περὶ ῥητορικῆς, καὶ προτρεπτικὸν εἶναι Φαῖδρον εἰς φιλοσοφίαν, κ. τ. λ. — ὡς οὖν εἰς μεγάλα μέρη τεμεῖν, εἰς δύο ταῦτα διέλοι ἂν τις τὸν σκοπὸν, ἐν μὲν περὶ ἔρωτος, ἐν δὲ περὶ ῥητορικῆς, κ. τ. λ. — ἐπεὶ δὲ εἰσὶ τινες οἱ πλείους λέγοντες καὶ διαφοροῦς τοὺς σκοποὺς. οἱ μὲν γὰρ εἰρήσασσι περὶ ψυχῆς, οἱ δὲ περὶ τὰ γαθού, — οἱ δὲ περὶ τοῦ πρώτου καλοῦ. πάντες οὗτοι μέρων τινῶν τῶν ἐν τῷ διαλόγῳ δραξάμενοι περὶ τούτων ἀπεφῆναντο τὸν σκοπὸν, ἕνα δὲ πανταχοῦ εἶναι τὸν σκοπὸν, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα παρελήφθαι, ἵνα ὡς ἐν ζώῳ, πάντα τῷ ἐνὶ συντάττεται. διὸ περὶ τοῦ παντοδαποῦ καλοῦ φησὶν ὁ Ἰάμβλικος εἶναι τὸν σκοπὸν, ὡς ἐφεξῆς ἐροῦμεν. et p. 64. οἱ μὲν περὶ ῥητορικῆς εἶναι τὸν διάλογον ἀπεφῆναντο, εἰς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ μόνην καὶ τὰ τέλη ἀποβλέψαντες· οἱ δὲ περὶ ψυχῆς, ἐπειδὴ περὶ ἀθανασίας αὐτῆς μάλιστα ἐνταῦθα ἀποδείκνυσιν· οἱ δὲ περὶ ἔρωτος, ἐπειδὴ καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἀφορμὴ τοῦ λόγου ἐκ τούτου γεγέννηται, κ. τ. λ. Haec igitur Hermias de veteribus criticis. Cuius narrationi fidem faciunt etiam secundariae tituli inscriptiones vel in codd. mss. vel etiam apud veteres scriptores, qui Phaedri mentionem faciunt, repertae. Nam multi libri mss. post *Φαῖδρος* addunt ἢ *περὶ ἔρωτος*, ut est etiam apud Diogen. Laert. III. 58. secundum Thrasyllum; alii subiungunt ἢ *περὶ ψυχῆς*, quod ipsum etiam Clemens Alex. habet Strom. V. p. 678; alii adiciunt ἢ *περὶ καλοῦ*, quod praeter alios tuetur praestantissimus Platonis codex Clarkianus (Bodleianus); alii etiam aliter. Recentiorum autem interpretum et criticorum iudicia si quis requirit, sunt illa tam varia tamque diversa ac multiplicia, ut omnia atque singula vel memorare longum sit, nedum ut ea referre aut percensere consultum videatur. Quamobrem satis erit, opinor, indicavisse eos, qui de his rebus nuper ita disputaverunt, ut vel quid ipsi de Phaedro sentirent, vel quid aliis placuisset, exposuerint subtilius et copiosius. Adeundi igitur hoc nomine imprimis sunt Fr. Schleiermacher Prolegom. ad Opp. Plat. Vol. I. 1. p. 48. sqq. et Praef. ad Phaedr. Vol. I. p. 53. sqq. Jos. Socher De Scriptis Plat. p. 301. sqq. Fr. Ast. De Vita et Script. Plat. p. 82. sqq. Phil. von Heusde Init. Phil.*

Plat. Vol. I. p. 133. sqq. Car. Fr. Hermann Gesch. d. Plat. Philos. I. p. 515 sqq. cum ann. Aug. Bernh. Kriche, Ueber Platons Phaedrus. Götting. 1848. p. 133. sq. C. Steinhart, in libr. Platons Werke übersetzt von Hier. Müller mit Einleit. begleitet von C. Steinhart. Leipz. 1848. Vol. IV. p. 18. sqq. Franc. Susemihl, Genetische Entwickel. der Plat. Philos. P. I. p. 68. sqq. et p. 55. sqq. Aug. Arnold, Platons Werke einzeln erläut. u. in ihrem Zusammenhange dargestellt Erf. 1855. Part. II. p. 1—29. Jul. Deuschle Comment. in Caesars Zeitschrift für Alterthumswissensch. a. 1854. Vol. I. fol. 4. 5. et 6. p. 26. sqq. et in libello: Ueber Platonische Mythen etc. Hanau, 1854. 4. Eduard Zeller in opere Pauly: Realencyclopädie der class. Alterthumswissenschaft Vol. V. p. I. 691. ut alios taceamus. Nimirum ab his omnibus facile discas, recentiore quoque aetate similiter ut olim de Phaedro indicatum esse diversissime, quandoquidem alii philosophum nihil nisi id egisse censuerunt, ut rhetoricam reprehenderet et exagitaret, utpote carentem dialecticae praesidio et adiumento; alii ipsum staturunt hoc imprimis spectavisse, ut, quanta esset dialecticae vis in scribendo ac docendo, certius intelligeretur; alii eum iudicarunt ostendere voluisse divinum idearum amorem ac diviniore vitae studium ad studia humana omnia regenda, ornanda et nobilitanda plurimum valere; alii etiam alia in medium attulerunt *).

*) Iuvabit, opinor, duumvirorum praestantissimorum sententiam hic paucis retulisse, quos multi nuper tamquam egregios quosdam duces hac in caussa sequuti sunt, ut profecto multum referat, quid illi senserint, aliquatenus saltem cognovisse. Etenim Fr. Schleiermacher, qui de Phaedro tum Prolegg. ad Opera Plat. Germ. Vol. I. p. 48. sqq. tum Praef. ad Phaedr. Vol. I. p. 55. sqq. copiose disseruit, argumentum totius libri atque summam denique eo redire censeat, ut artem dialecticam doceatur unam esse rectam cogitandi atque disserendi magistram (die Kunst des freien Denkens und Mittheilens) ideoque reliquarum artium omnium imprimisque oratoriarum parentem atque procreatricem. Hoc autem quum illud sit, ad quod denique omnia tamquam ultimum atque summum contendant, tum eadem opera etiam ideas illustrari arbitratur, ut ad quas dialectica spectet et ex quibus suspensa sit. Quae quidem ideae quod splendidissima quidem oratione illuminentur, sed tamen ostententur tantummodo fabulari arte in coelesti sede collocatae,

Verum enim vero quum nullo non tempore mirum quoddam studium in tractanda huius rei quaestione eluxerit, siquidem omni aetate probe intellectum est de eo Platonis opere quaestionem agitari, quod ad omnem viri sapientissimi doctrinam et rationem

vult illud ita fieri propterea, quod philosophus eas, utpote recens inventas, tum primum tamquam flagranti quodam novi amoris ardore descripsit et repraesentaverit, quandoquidem Phaedrus dialogus a Platone admodum adolescente necdum satis in dialecticis exercitatio scriptus putari adeoque pro ipsius primitiis haberi debeat. Unam rhetoricam autem censeat cum dialectica in certamen committi, non poesin aut alias artes liberaliores, propterea quod ea exempli loco commodissime proponi potuerit, quia rhetores ac sophistae maxime vim dicendi et persuadendi iactaverint. De qua viri praeclari ratione ne quid dubitationis relinquatur, non a re alienum erit ipsius verba apposuisse, unde illa maxime cognoscitur. Scripsit igitur Praefat. ad Phaedr. p. 65. sq. haec: « Auf solche Art also werden wir immer weiter getrieben bis zur innersten Seele des ganzen Werkes, welche nichts anderes ist, als der Inbegriff jener höhern Gesetze, nämlich die Kunst des freien Denkens und des bildenden Mittheilens, oder die Dialektik. Für welche hier alles Uebrige nur Zurüstung ist, um sie auf socratische Weise entdecken zu lassen durch Aufzeigung ihres Geistes in einem bekannten Einzelnen, und zwar dem, worin fast ausschliesslich wissenschaftliche Form theils allgemein anerkannt war, theils leicht aufzuzeigen. Nicht nur aber als die Wurzel jeder andern abgeleiteten Technik will Plato uns diese Kunst rühmen, sondern in allen andern Künsten zwar sollen wir sie erkennen, sie selbst aber soll dann Jedem als etwas viel höheres und ganz göttliches erscheinen, welches keineswegs etwa um jener willen, sondern nur um sein selbst und um des göttlichen Lebens willen soll gelernt und geübt werden. Der ursprüngliche Gegenstand der Dialektik aber sind die Ideen, welche er daher auch mit aller Wärme der ersten Liebe aufstellt, und so ist die Philosophie selbst und ganz dasjenige, was Plato hier als das Höchste und als Grundlage alles Würdigen und Schönen anpreiset, für die er allgemeine Anerkennung in diesem Besitze siegreich zu fordern weiss. Und eben weil die Philosophie hier ganz erscheint, nicht nur als immerer Zustand, sondern als ihrer Natur nach sich äussernd und mittheilend, so musste auch der Trieb zum Bewusstsein gebracht und dargestellt werden, welcher sie von innen herausdrängt, und welcher eben nichts anderes ist, als jene ächte und göttliche Liebe, die sich über jede andere auf irgend einen Nutzen ausgehende eben so weit erhebt, als die Philosophie ihrer Natur nach jene untergeordneten Künste übertrifft, die sich auch mit einer Lust oder einem Gewinn spielend begnügen.

esset longe gravissimum; tamen nondum inventum esse videtur, quod sublatis omnibus dubitationibus praestantissimi libri intelligentiam omni ex parte aperiret aut communibus haec in caussa hominum expectationibus plane satisfaceret. Ambigunt enim

Dem so sehr auch die gelungene Befriedigung jenes Triebes da: Werk der Kunst sein muss und der anordnenden Besonnenheit; so erscheint doch der Trieb selbst als ein ursprüngliches, immer reges in der Seele des Gebildeten und Vollkommenen, seinen Gegenstand ausserhalb suchende, also als Leidenschaft und göttliche Eingebung. Hierdurch also lösen sich alle Aufgaben, und dieses bewährt sich als die wahre, alles hervorbringende, belebende und verknüpfende Seite des Werkes. Cum his conferas quae idem disputavit Prolegg. in Plat. Opp. Vol. I. p. 48. sqq. Itaque virum egregium apparet Phaedro hoc tamquam summum atque ultimum propositum esse censuisse, ut vis et efficacitas dialecticas, qualem Plato informavit, in artium liberalium usu perspicua luculentius demonstraretur; id quod mirabiliter sane praeteriit Suckowium in libro multa mirabilia continente *„Die wissenschaftliche und künstlerische Form der Platon. Schriften. Berlin 1855. S. p. 196. sqq.* quamvis ille sese Schleiermachers mentem praeter ceteros scilicet perspexisse gloriatur adeoque profiteatur, se ab illius sententia profectum in praeclara illa inventa incidisse, de quibus fuse exposuit. Secuti autem sunt summi viri auctoritatem quum alii multi, tum A. B. Krischius in libro supra laudato, qui verissime perspecta Schleiermachers sententia p. 133. haec scripsit: *„Als Kern der ganzen Gesprächs erscheint also die Lehre von der Dialektik als der Kunst des Denkens und des Seins der von der Methodik des Wissens und dem Inhalte desselben, welches beides sich ächt sokratisch (minime vero!) in dem Begriffe der Dialektik durchdringt.*“ Sed haec de sententia Schleiermachers; de qua quid existimemus, perspicuum fiet ex his, quae de universi Phaedri argumento et consilio disputavimus. Neque enim dialecticae explicationem pro primaria operis parte ducimus, nec rhetoricam putamus omnium artium liberalium vices sustinere, nec idearum doctrinam obiter aut leviter censemus illustratam esse, nec Phaedrum habemus pro opere juvenili, denique nec artem essendi, ut cum Scholasticis loquamur, ullam cogitari posse censemus. Sed festinamus ad cognoscendam alterius Platonicae sapientiae arbitri sententiam. Quod dum facimus, tristis sane mentem subit recordatio. Luxerunt enim nuper Caroli Friderici Hermanni obitum praematurum omnes communiter, quotquot studia antiquitatis vel colunt vel diligunt; luximus imprimis etiam nos, qui Platoniorum studiorum communiōne ista ab anno 1828

virī doctissimi ad hunc usque diem vehementer de rebus maximis, unde iudicium de universi operis argumento, arte et compositione, vel maxime suspenditur, imprimisque incerti sunt et consilii inopes haerent de necessitudine et coniunctione, quae inter

coniuncti cum eo viximus, praesertim quum nulla umquam inter nos in maxima saepe sententiarum discrepantia animorum dissensio exorta sit. Nempe et ille pro humanitate sua facile ferebat dissensionem amici, et ego vii omnia veritatis amore cum indefesso litterarum studio coniuncto metientis eiusque et ingeniosissimi et animo liberrimi auctoritatem ita reverebar, ut quidquid tandem pronuntiasset, id solerem diligentius usque expendere, priusquam ipsi quidquam regerem. Ita viximus *συμφιλολογούντες* prope annos triginta, coniuncti studiis, coniuncti animis, ab inani ambitione et invidia procul remoti. Huius igitur amici sententiam ita exponemus, ut simul gratam eius memoriam pie recolamus. Perspexit igitur Hermannus pro eo, quo erat ingenii acumine, nullo negotio, hominum doctorum de Phaedro iudicia ideo potissimum tam varia ac diversa extitisse, quia quae essent tantummodo singularia atque nihil nisi partem aliquam universae disputationis efficerent, accepta essent pro communibus, ita ut inde etiam dialogi summa defineretur. Itaque ipse celsius quiddam atque altius indagandum statuit, quo invento quum omnibus ac singulis dialogi partibus iusta dignatio impertiretur, tum etiam perspicua fieret universi operis ars et compositio. Quamobrem ipse studium aeternae veritatis vel idearum illud esse iudicavit, in quo totius sermonis tamquam cardo verteretur. Statuit igitur in Phaedro denique hoc doceri, omnia studia et consilia humana ad divinae veritatis cognitionem et intelligentiam tamquam summam agendi legem atque normam dirigi et gubernari oportere, siquidem futurum sit, ut tum a turpi lubricitate tum ab humili et sordida sentiendi ratione tuta et immunia praestentur, idque imprimis etiam de amore et arte oratoria ita existimandum esse, ex quibus ille naturalem sectetur pulcritudinem, haec vero propositam habeat artificiosam venustatis gratiam. Sed audivisse iuvabit etiam luculentissime: *„Suchen wir das geistige Band auf, das im Sinne des Urhebers beide Theile (de amore et de rhetorica) aus demselben Ganzen hervorgehen liess, so ist dieses kein anderes als die Richtung nach Oben, nach dem Begriffe und der in diesem enthaltenen Wahrheit, die durch alle irdischen Bestrebungen hindurch gehen soll, um sie vor Willkühr und Gemeinheit zu bewahren, und die namentlich auch denjenigen Thätigkeiten des Menschen, die auf natürliche oder künstlerische Schönheit gerichtet sind, Weihe oder Maas verleihen muss, während Liebe sowohl als Schönrederei verwerflich werden, sobald*

doctrinam amatoriam in priore sermonis parte explicatam atque disputationem prope per reliquum dialogum de artis rhetoricae vilitate et inertia agitatam intercedere existimanda sit. Ex quo profecto manifestum esse debet omnibus, rei admodum difficilis quaestionem nondum satis profligatam et ad exitum perductam esse. Id quod tanto confidentius ita statuere licebit, quod ipsum Platonem extremum quiddam atque summum ob oculos habuisse clarissime ex eo apparet, quod p. 264. omnem orationem, hoc est omne artis oratoriae opus, censuit simillimum esse oportere animalis corpori bene structo atque fabricato, ut unum quasi corpus efficiat omnibus numeris absolutum atque singulis membris suis apte secum conveniens. Itaque sperare sane audemus facilem nobis veniam impertitum iri, si data hac opportunitate experiamur, num qua rei admodum difficili et obscurae aliquid novae lucis affundere possimus. Videmur enim quaestione eius identidem repetita animadvertisse, suppetere utique viam aliquam atque rationem, qua densae istae tenebrae adhuc libri intelligentiae offusae si non omnes, at certe maximam partem dispellantur. Quocirca nobis licebit, quid de tota caussa sentiamus, pro viribus explicare. In qua tamen explicatione propter huius editionis legem ea tantum proponemus, quae ad universum librum pertinent, ampliores singulorum locorum dilucidationem, ex interiore philosophiae penu depromptam, alio loco atque tempore daturi. Iuvabit autem primum hic in principio disputationis paucis indicavisse, quaenam sit nostra de re admodum controversa opinio. Quo facto ordine deinceps explicabimus, quae ad eam illustrandam opus fuerint. Videtur enim nobis Plato, quum ipsorum temporum opportunitate

sie als Brücke zum Begriff und zur Befriedigung der Genußsucht dienen und diese zum höchsten Maasstabe nehmen, so dass Plato, indem er scheinbar nur vor zwei ganz heterogenen Verirrungen seiner Zeitgenossen warnt, zugleich in der richtigen Anwendung beider Triebe den Weg zu gleichem Ziele zeigt. Haec igitur ille; quem certe omnis posteritas grata fatebitur quum de omni antiquitatis doctrina, tum imprimis etiam de Platonis interpretatione praeclare meritum esse.

ad illustrandam philosophiae dignitatem et praestantiam invitatus esset, in hoc libro litteris exarando id consilii sequutus esse, ut, dum rhetoricam abiectae humilitatis pariter atque turpis inertiae a philosophiae neglectione profectae convinceret, eadem opera reclusis ultimis sapientiae fontibus, in diviniore animi vita positus, luculente demonstraret, unam philosophiam, utpote natura sua in idearum appetitu atque comprehensione et in commentatione dialecticaa (*im dialektischen Denken*) contentam, certissimam esse et alte magnificeque cogitandi et recte iudicandi, dicendi atque docendi magistram, rhetorica ista, quae se unam dicendi docendique artificem iactaret, longe superiorem. Quam sententiam etiam simplicius sic exprimere licebit, ut Platonem dicamus falsam rhetoricam vanitatis coarguendo philosophiam docuisse natura sua unquam esse scientiae tam adipiscendae quam propagandae et tradendae procreatricem. Simplicissima profecto sententia, quam quis vix crediderit homines doctissimos tam diu fallere ac latere potuisse; sed eadem tam artificiose ac sollerter a Platone tractata, ut ob id ipsum diligentiore explicationem utique videatur requirere. Quamobrem licebit quae posuimus singula ordine deinceps exponere dilucidius. Censuimus autem primum coniunxisse Platonem cum rhetoricae reprehensione philosophiae laudes. Deinde eum id sic instituisse iudicavimus, ut illas ex ultimis fontibus ac principiis philosophiae duxerit. Denique eum pravam atque falsam rhetoricam impugnasse significavimus. Quocirca primum quidem breviter explicabimus de artificio, quo philosophus rhetoricae reprehensionem cum philosophiae illustratione coniunxerit. Deinde disquiremus de fontibus ac principiis philosophiae, ex quibus ipsius virtutem ac praestantiam declaraverit. Tum ostendisse iuvabit, quaenam vigerint illis temporibus inter Athenienses artis oratoriae studia. Quibus expositis postremo considerandis potioribus universi operis partibus id efficere studebimus, ut quibus causis et rationibus nostra

de totius operis argumento sententia nitatur, quam clarissime appareat. Quae tamen omnia quo plus etiam lucis accipiant, denique etiam quaestio de temporibus suscipienda erit, quibus Phaedrum litteris consignatum esse verisimile sit. Haec igitur omnia ordine deinceps exponere conabimur, in qua quidem re versabimur ita, ut simul universum Phaedri argumentum veluti obiter collustretur et ad pleniorum intelligentiam provehatur.

Itaque primum quidem diligenter tenendum est, quo non animadverso iudicia hominum de Phaedri arte et compositione sane mirifice perturbata sunt, Platonem in hoc opere condendo eodem usum esse artificio, quo in plurimis aliis sermonibus artificiosius elaboratis usus esse reperitur, ut duo simul argumenta pari opera pertractaverit, quorum alterum ad communem hominum vitam eiusque mores, instituta studia, consilia denique, aestimanda atque iudicanda refertur, alterum versatur in ratione ac doctrina sapientiae explicanda atque illustranda, ita quidem, ut utrumque denique ad eundem omnino finem pertineat, communique scribendi consilio inserviat. De qua quidem philosophi sollertia quoniam explicatius diximus in Prolegomenis ad Opp. Plat. Vol. I. P. I. p. XLI. sqq. ed. 3. ed. Goth., non est cur hoc loco uberius exponamus. Etenim in Phaedro quum ars rhetorica inscitiae et inertiae arguatur, ita ut ipsam argumentis subtilissimis demonstraretur sine philosophiae praesidio et adiumento nullo pacto consistere posse utpote a studio veritatis plane aversam, tum etiam philosophiae virtus ac praestantia eo modo illuminatur, ut reclusis ultimis ipsius fontibus, in animi vita divina et nativa indole positus, principia eius atque elementa vel in infinita quadam idearum appetitione et primitiva earum comprehensione vel in dialecticae commentatione quaerenda esse ostendatur atque indidem etiam doceatur, quanta quamque admirabilis ipsius vis et efficacitas sit in hominibus ad veri scientiam et cognitionem erudiendis atque instituendis. Nimirum utrumque argumentum, quantumvis primo ad aspectu diversum sit, tamen, ubi rem diligentius consideraverimus, tam arcto vinculo contineri fatendum est, ut ad summum ultimumque finem universae scriptio- nis propositum planissime accommodatum habeatur. Nam

quod philosophiae tamquam species quaedam et imago exhibetur, unde non modo dignitas ipsius et maiestas, sed etiam utilitas atque vis salutaris cognoscatur, valet hoc profecto item ad arguendam demonstrandamque rhetorices quum humilitatem tum vanitatem atque inertiam. Quod autem longo copiosoque sermone ostenditur, quam nihili facienda sit ars ista oratoria, quae vulgo summis extollatur laudibus et multis videatur plane admirabilis, id vicissim eiusmodi est, ut ad illustrandam philosophiae praestantiam et excellentiam egregie comparatum sit, praesertim quum isto pacto etiam clarius intelligatur, quantam ipsa in dicendo quoque atque docendo vim et potestatem habeat. Etenim est sane utriusque rei tam arcta necessitudo, ut adeo dubitare liceat, utrum argumentum pro potiore ducendum sit. Nam disputationem de rhetoricae pretio ac dignitate institutam vel ideo pro primaria operis parte habendam putaveris, quia huic uni omnis dialogi scena et quasi apparatus adaptatus est, ut non tam de philosophia quam de rhetorica agi videatur. Ubi autem consideraveris rerum ipsarum, quae tractantur, magnitudinem atque gravitatem, certe item ambiges, num iis potius, quae de philosophia sunt disputata, primarius locus attribuendus sit, quandoquidem quae de immortali animorum vita, de divinae veritatis amore, de idearum resuscitandarum facultate, de sapientiae in animis hominum propagandae studio, de dialecticae natura, usu et exercitatione, aliis id genus rebus, explicata sunt, certe tam sunt gravia et ponderosa tanquam arcte cum omni philosophiae doctrina et ratione coniuncta, ut reliqua omnia, quae ad artem rhetoricam taxandam referuntur, prae iis admodum levia ac minuta videri debeant. At nimirum pertinent denique omnia communiter, ut diximus, ad summum illum finem, in illustranda virtute et praestantia philosophiae conspicuum, ad quem utique universi operis scriptio referenda est, videturque philosophus prudentissimo consilio speciem et formam dialogi rerum rhetoricarum disputationi attemperavisse, quia ipsa tempora, quibus liber scriptus est, ita tulerunt, ut imprimis artis rhetoricae ratio ducenda videretur; de qua re infra disputabitur explicatius. Verum satis de his. Pergimus ad alterum illud, de quo supra

diximus hoc loco explicari oportere. Considerandum est enim, qualem Plato philosophiae rationem animo informaverit, et quaenam voluerit esse eius tamquam principia atque elementa. De qua re paulo uberius exposuisse iuvabit ipso argumento postulante.

Discessit autem Plato in informanda philosophiae notione longissime ab hominum nostrorum more et consuetudine. Neque enim philosophiam voluit esse doctrinam aliquam ex rerum certarum scientia et notitia conflata et certo quodam ordine compositam ac descriptam. Imo totam illam, ipso philosophiae nomine viam monstrante, in uno sapientiae, hoc est rerum per se absolutarum sive idearum intelligentiae et cognitionis studio, ad quod animi nostri divino beneficio destinati essent, quaerendam esse iudicavit. Etenim plenam certamque rerum divinarum et natura sua sempiternarum scientiam et cognitionem philosophus in unum tantum Deum, numen perfectissimum, convenire censuit; in hominis naturam cadere negavit, quippe cuius ea esset imbecillitas et infirmitas, ut ipsam rerum vim naturamque penitus perspicere nullo modo posset. De qua re v. Parmen. p. 134. C. Phaedr. p. 278. D. ibique ann. Itaque mortalibus nihil nisi studium cognoscendae absolutae veritatis eiusque rei facultatem quandam tribuit, ipsam scientiam veritatis eripuit; in illo ipso autem veritatis studio philosophiae munus et officium contineri arbitratus est. Haec igitur natura et vis philosophiae est, quam Plato animo informatam tenuit; haec est notio eius, quam mente sua effinxit; haec denique est sententia, a qua profectus omnem eius doctrinam eleganter explanavit. De qua re praeclari sunt loci De Rep. II. p. 375. E. sqq. V. p. 474. C. Phaedon. p. 64. A. sqq. Gorg. p. 482. A. sqq. Phaedr. p. 276. A. sqq. 278. D. Symp. p. 204. A. De Rep. V. p. 485. B. ubi inter alia leguntur haec: *τὸν δὲ δὴ εὐχέρως ἐθέλοντα πάντος μαθήματος γενέσθαι καὶ ἀσμενως ἐπὶ τὸ μανθάνειν ἴόντα καὶ ἀπλήστως ἔχοντα, τοῦτον δὲ ἐν δίκῃ φήσομεν φιλόσοφον.* His vero ita exploratis nec illud iam habebit explicationem difficilem, de quo nunc potissimum quaerere attinet, quidnam tandem sit, in quo denique ultimus philosophiae fons summumque principium contineatur. Facile enim intelligitur, istiusmodi stu-

dium scientiae et cognitionis, in quo vir sapientissimus philosophiam cerni iudicavit, si non omnino vanum futurum sit, duo sibi tamquam elementa deponere: alterum acriorem quemdam veritatis sensum vehementioremque appetitum, quo animus quasi ultra se elatus perpetuo ad veritatem amplexandam excitetur, moveatur, auferatur; alterum instrumentum quasi quoddam, cuius usu fieri queat, ut nativa ista sciendi aviditas, quantum fieri possit, expleatur et ad scientiae perspicuitatem perducatur. Etenim alterum sine altero esset profecto mancum ac debile, siquidem nec nativus ille animi appetitus per se solus cognitione veritatis cum conscientia veri potiri posset, nec artis usus a veri cupiditate seiunctus ad sapientiae possessionem satis efficax foret. Hoc igitur acumen Platonis haudquaquam praeteriit. Itaque continuo ac supremo ipsius principio manantem duplicem esse, naturalem quemdam mentis animique motum et appetitum, quo usque ad veri scientiam et cognitionem auferamur, atque artem homini item a natura tributam, qua illi desiderio animi plenius possit satisfieri. Nimirum ille quidem est tamquam ignis quidam atque fomes, in quo sapientiae studium accenditur et inflammatur, quo extincto aut non bene nutrito ipsa animi vita sanequam periclitaretur. Haec autem, ipso illo excitata animi impetu et effecta, est quasi illius perfectio et absolutio, quippe quum igni tamquam lucem intelligentiae ac scientiae afferat. Et appetitum quidem illum philosophus amoris nomine insignivit; artem autem ei tamquam ministrantem dixit dialecticam, res prima quidem specie multum diversas, sed re ipsa indissolubili vinculo nexas et sociatas, quae coniunctae demum omnem philosophandi vim et rationem absolvunt. Quippe ambo ista philosophandi principia denique in unum coeunt eo, quod primitus in aeterna animi vi ac natura sunt posita, qua ille non modo inde a primordiis suis proprio atque libero motu viguit, sed etiam idearum comprehendendarum facultate ornatus et instructus fuit. Id quod liquido apparet ex Phaedro, ubi animi humani eo ipso, quod sempiternas rerum species in vita coelesti ac divina intueri potuerint, etiam artis dialecticae participes facti esse, hoc est, ideas com-

prehendisse, dicuntur; de qua re v. p. 246. sqq. et p. 249. C. Itaque Plato prudentissime in Phaedro ita instituit, ut utrumque istud philosophiae principium tamquam in unum coniunctum describeret et illustraverit, non quo duas res inter se diversas explicare voluerit, sed quod acutissime pervidit, esse hunc fontem philosophiae, quamvis re et usu duplicem, tamen vi et natura sua unum eumque talem, ex quo omnis philosophiae ratio ac disciplina proficeretur.

Sed quo clarius etiam intelligatur, quoniam summi philosophi de his rebus sententia fuerit, age utrumque illud, in quo origines atque causas philosophiae quaerendas censuit, consideremus seorsum. Quo modo etiam id effectum iri speramus, ut ad ea, quae in Phaedro de his rebus tradita leguntur, rectius intelligenda atque iudicanda tamquam aditus aperiatur.

Itaque Plato primum quidem philosophiae principium voluit esse nativum quemdam animi sensum et appetitum, quo homines sapientiores identidem ultra vitae mortalis conditionem mente animoque suo elati infinito quodam cum desiderio scientiam et cognitionem divinae veritatis appetant; quem animi habitum et affectum amorem dixit. Quapropter ante omnia id nobis erit agendum, ut quoniam sit amoris istius indoles et natura, diligenter exquiramus, quandoquidem alioquin vix futurum erit, ut quorsum haec philosophiae Platonicae pars omnino pertineat aut quomodo sit accipienda, plane intelligamus. Retulit autem philosophus, si quid iudicare possumus, amorem suum neutquam ad teneriorem aliquem animi affectum, qui inter amantes atque amatos intercedat, eosque diviniore quodam beatitatis sensu perfundat, qualem hodie fere intelligunt, qui amorem Platonium in ore habent. Imo totum illum voluit pertinere ad absolutae veritatis studium, quandoquidem eum, ut modo diximus, nihil aliud esse censuit, quam interiorem quemdam animi instinctum et quasi furorem animis divinitus ingeneratum, quo sapientiae studiosi ad veritatis aeternae admirationem atque contemplationem cieantur atque rapiantur. Quem quidem animi habitum et affectum quod amorem et dixit et revera esse iudicavit, id etiamsi nobis primo aspectu mirum accidat, tamen sedulo cavendum est, ne pro inani

luxuriantis ingenii commento habeamus. Repetendum enim rei iudicium est primum ab honestis illis amoribus, qui inter adultiores et adolescentes in Graecia vulgo colebantur quique virtutis civilis adjuvandae atque roborandae gratia suscepti non modo non turpes habebantur, verum etiam publicis legibus et moribus commendati et permissi erant; de quibus praeter alios consulas Frider. Jacobs: *Vermischte Schriften*. Vol. III. p. 214. sqq. Ottfr. Müller: *De Doriensibus*. Vol. II. p. 290. sqq. Meier in Erschii et Gruberi *Encyclop. Sect. III. Vol. IX. p. 149. sqq.* Krause in *Agon. et Gymnastic. Graecor.* Vol. II. p. 943. sqq. Bernhardt *Hist. litter. Graec.* Vol. I. p. 42. sqq. Cramer *Geschichte des Unterrichts im Alterthume*. Vol. I. p. 194. sqq. Nec vero in hac causa negligendum est exemplum aut Socratis, qui artem amatoriam profitebatur, aut Pythagoreorum, quorum sodalitia ad philosophandi consuetudinem comparata erant; a quibus quid Plato profecisse videatur, paucis declaravimus in Prolegg. ad Symposium p. LXIX. sqq. ed. Goth. tert. Sed clarissima lux rei primo aspectu satis mirabili affundetur, ubi diligentius perpenderit Platonis de ideis sententiam, quam qui non percepissent, ii nec fieri potuit quin doctrinae philosophi parum aequi et idonei iudices existerent. Quapropter ea de re exponere non a proposito alienum putamus. Statuit igitur Plato, posteaquam certiora aliquando atque firmiora iecerat doctrinae suae fundamenta, praeceuntibus Parmenide, Empedocle, aliis, quorum doctrinam ad suam accommodavit rationem, mundum esse tamquam duplicem, alterum idearum, qui complecteretur aeternas rerum species, sive ideas, una tantum mente comprehensibiles, sensibus non subiectas, quas quidem videtur intellexisse aeternas numinis divini cogitationes rerum omnium vim et veritatem in se continentes, quarum animi quodammodo possent fieri participes vel capaces; alterum rerum adspectabilium, qui ad intelligibilis mundi exemplum esset compositus et conformatus. Et illi quidem proprium tribuit hoc, quod haberet ea, quae perpetuo vi sua constarent, sempiterna essent, nec ullam unquam subirent naturae suae mutationem, quae vocavit τὰ ὄντα, τὰ ὄντως ὄντα, vel τὰ ἀληθῶς ὄντα. Huius autem cum Heraclito eam rationem iudicavit esse,

ut quae ad eum pertinerent, ea non esse (*εἶναι*) sed fieri (*γίγνεσθαι*) dicenda essent, quippe quae numquam certo consisterent, sed perpetuo quasi flumine agitantur. De qua ipsius sententia v. Phaedon. p. 80. A. B. sqq. Tim. p. 28. A. 52. D. De Rep. VI. p. 507. C. sqq. Sympos. p. 211. A. C. Phileb. p. 15. A. 53. D. sqq. Quorsum pertinet imprimis etiam praeclarus ille locus Phaedri p. 247. A. sqq., ubi quod species sive ideae in coeli superficie eaque non aenea, sicuti quibusdam visum est, sed potius aetherea et liquida, spectandae proponuntur, vehementer iudicio suo falsi sunt qui id proprio sensu acceperunt, quum ex toto loco appareat, philosophum ideas ibi non alio modo finxisse adspectabiles, quam quo alibi etiam verba *θεᾶσθαι*, *ὄραν*, *βλέπειν*, al. ad animi mentisque contemplationem transferuntur; de quo usu loquendi v. Ast. ad Politiam p. 573. et Creuzer. ad Plotin. De Pulcritud. p. 36. et 210. Verum hoc tamquam per occasionem; redimus ad propositum. Distinxit igitur philosophus duplicem mundum, alterum intelligibilem, alterum adspectabilem. Hoc vero mundi discrimine constituto consequens esse iudicavit, ut veritatis scientia et cognitio nomine suo digna (*ἐπιστήμη*) ex unis ideis repetenda esset; rebus adspectabilibus atque sensuum perceptioni subiectis nihil nisi opinio (*δόξα*), quae esset quasi illius umbra, relinqueretur. v. Tim. p. 28. A. Phaedon p. 65. D. 74. B. sqq. De Rep. p. 477. Phileb. p. 15. A. 59. C. Symp. p. 211. A. — C. Phaedr. p. 247. E. sqq. A. p. 250. E. al. Neque vero ad veritatis scientiam arbitratus est ab aliis perveniri posse nisi ab iis, qui perpetuo in rerum aeternarum memoria instauranda atque recolenda versarentur. Id autem ideo fieri posse censuit, quia animi humani, priusquam in hoc mortali corpore includerentur, olim in vita diviniore una cum diis immortalibus versati essent, in qua ipsis rerum divinarum spectandarum oblata esset opportunitas. v. Phaedon. p. 73. A. 75. B. sq. 79. D. 102 — 107. C. Phaedr. p. 249. E. 250. A. 247. C. De Rep. VII. p. 534. B. C. Tim. p. 30. B. Quod quomodo interpretandum sit, in aprico est. Quippe animi humani Platonis iudicio ex numine divino tamquam delibati primitus diviniorem liberamque a mortalitatis

imbecillitate degerunt vitam. Quocirca ipsis a divino ortu adhuc recentioribus etiam propior ad divinarum rerum cognitionem accessus patuit. Inde igitur philosophus fieri posse iudicavit, ut animi, utpote olim divinarum rerum notitia imbuti, postea quoque in illarum redeant memoriam adeoque admirabili quadam earum contemplandarum cupiditate incendantur, quae affectum amoris referat. v. Phaedr. p. 247. D. sqq. coll. Phaedon. p. 75. E. Iam vero hoc si dubitetur quomodo ita fieri queat, ipsa idearum vis ac natura secundum Platonem ita comparata est, ut fieri non possit quin animum earum noscendarum cupidum simili amori affectu cieat atque moveat. Quippe propria est ideis summa perfectio et absolutio, nihil ut illis fingi aut cogitari queat excellentius. v. Phaedon. p. 78. D. 80. B. Theaet. p. 205. D. E. Sophist. p. 245. A. al. Quamobrem etiam quidquid in rerum natura extat, ad earum exemplum ac similitudinem expressum et conformatum est, refulgetque earum species etiam in rebus adspectabilibus, ita ut hae, quamvis natura sua sint imperfectae, tamen eatenus veritatis et essentiae, quam dicere licebit, participes fiant, quatenus idearum referunt similitudinem. v. Tim. p. 28. A. C. 29. A. 30. A. Phaedon. p. 30. B. 75. A. sqq. Phaedr. p. 250. B. Sophist. p. 246. B. Theaet. p. 186. C. al. Sed quum ideae hac virtute sua conspicuae sint et illustres, tum eadem etiam immensa quadam excellunt pulcritudine. Quidquid enim bonum est ac perfectum, idem secundum Platonem etiam pulcrum sit oportet, quandoquidem bonum et pulcrum tam arcta continentur necessitudine, ut alterum ab altero nullo modo seiungi ac divelli queat; de qua philosophi sententia v. Phileb. p. 64. D. Tim. p. 87. C. Hipp. mai. p. 296. A. — 297. D. Symp. p. 261. C. D. Lysid. p. 216. D. Protag. p. 358. B. Men. p. 77. B. Lgg. V. p. 728. A. IX. p. 859. D. Pulcritudo enim ipsius iudicio nihil est aliud, quam summae absolutaeque perfectionis species animis contemplantium ita obiecta, ut suavitatis ac voluptatis sensum cieat, et ineffabilem quandam pariat oblectationem et admirationem. v. Tim. p. 87. D. De Rep. VI. p. 486. E. Phileb. p. 64. E. sqq. Politic. p. 284. B. al. Quapropter pulcritudo in iis omnibus cernitur, quae naturae suae perfectione

splendent, imprimisque enitet e iam in animi virtute ac sapientia, ut ille pulcherrimus censi debeat, in quo boni honestique animi decor cum externa eius specie atque forma expressus cernitur, v. De Rep. III. p. 402. D. IV. p. 444. D. Theaet. p. 176. C. Symp. p. 212. A. Haec igitur quum sit idearum virtus, certe non est mirandum, quod earum contemplatio in animis hominum vehementissimum ciet amoris affectum. Nam quidquid pulchrum est, idem etiam amorem sui excitat (Phaedr. p. 238. C.), quemadmodum vicissim amor omnis ad pulchrum contendit. Quippe alterum semper oritur atque gignitur ex altero, quoniam pulchritudo amorem procreat, amor autem sicuti pulchro nascitur, ita etiam semper ad pulchrum refertur adeoque ex pulchro pulchrum gignere conmittitur. v. Sympos. p. 202. sqq. et 210 — 212. Iam vero pulchritudinis species non modo est perfectissima, verum etiam longe evidentissima et lucidissima. Habet enim ea hoc sibi proprium et peculiare, quod, quum aliae ideae non cernantur oculis, tum ipsa in rebus adspectabilibus clarius expressa conspicitur. v. Phaedr. p. 250. B. — D. coll. 249. D. E. Ex quo efficitur, ut ea animum moveat utique vehementius maximumque sui excitet desiderium. v. Phaedr. p. 250. B. — D. coll. p. 249. D. E. 251. E. 254. B. Haec vero quum Platoni ita placuisse exploratum habeatur, perspicuum inde esse debet, quidnam tandem illud sit, in quo amor philosophus secundum eius sententiam denique contineatur. Positus enim est in interiore quodam animi desiderio rerum divinarum per earum pulchritudinem, etiam in rebus adspectabilibus enitentem, excitato. Ex hoc ipso autem intelligi item licebit, quidnam discriminis philosophus inter amorem vulgarem atque celsiorem illum vereque divinum intercedere voluerit. Plurimum enim referre iudicavit, num ii, qui amore incensi sint, in conspectu pulchritudinis e corporibus elucentis simul memores fiant pulchritudinis divinae, an huius immemores una maxime corporum venustate sensibus percepta oblectentur. Nam hoc quidem qui faciunt, ii etsi ipsi quoque pulchritudine moventur, tamen quia sensibus tribuunt omnia, amorem colunt vulgarem et ad turpitudinem lubricitatis abiectum, non coniunctum illum cum scientiae studio v. Phaedr. p. 243. C. 251. E. 256. A. sqq. Sympos. p. 180.—185.

Quocirca illos tantum sapienter colere amorem arbitratur, qui pulchra conspicati non haereant in una corporum venustate admiranda, sed animis suis altius evolantes divinam recordentur idearum pulchritudinem ideoque earum studio ita incensi sint, ut etiam pulchritudinem in corporibus radiantem cum sancta quadam reverentia intueantur divinae vitae memores. Atque hoc ipso studio adipiscendae veritatis intelligentiae et instaurandae idearum recordationis vita animi vere divina et immortalis absolvitur. Eo enim efficitur beatissimus ipsius animi concentus, siquidem eo omnes ipsius vires in concordiam rediguntur, quum iracundia et cupiditas rationi, quae est pars eius praestantissima, obediunt et obtemperant, unde vera virtus et sapientia efflorescit, ut philosophia recte dici possit maxima musica et philosophus idem sit vere *μουσικός*. v. Phaedon. p. 61. A. ibique ann. et Phaedr. p. 248. D. ubi vid. commentar. coll. p. 249. A. sqq. Indidem etiam nascitur generosa quaedam animi altitudo, quae spreta et contenta sensuum et cupiditatum humilitate usque celsa tantum et magnifica spectat, quandoquidem animus ad ideas conversus numquam humi abiectus est, sed alte sentit atque cogitat ideoque omnia studia et consilia ad leges diviniore sapientiae gubernat et moderatur. Est enim homini tali studio dedito similitudo (*μοιωσις*) cum deo proposita, ut nec in dicendo nec in agendo aliud quid sequatur, quam quod deo gratum et acceptum sit, adeoque vere pie sancteque vitam agere studeat. v. Theaetet. p. 176. B. — E. De Republ. IV. p. 500. C. D. X. p. 613. A. Legg. IV. p. 716. B. C. Phaedon. p. 64. A. 69. B. 81. A. Phaedr. p. 273. E. Quamquam ad hanc tantam amoris virtutem ac praestantiam ipso Platone iudice non statim, sed pedetentim demum pervenitur, ut quasi gradus quidam sint, per quos ad illam paulatim escendi debeat. De qua re praeclarus est locus Sympos. p. 206. B. — 212., ubi Diotima describit viam et rationem, quae ineunda sit, quo paulatim a singulorum corporum contemplatione ad ipsam pulchritudinis speciem omnibus numeris absolutam perveniatur; memorabiles item loci sunt Phaedr. p. 249. A. sqq. 250. A. — 253. E. coll. Legg. VIII. p. 837. B. — D. De Rep. IV. p. 403. A. sqq. VI. p. 490. A. B.

Et hactenus quidem amorem Platonicum vidimus consistere in aestu quodam ac fervore animi, quo sapientiae studiosi ad amplectendam divinam veritatem fere inscii auferantur. Sed neququam amor ille his unis continetur finibus; imo patet etiam aliquanto latius. Neque enim valet tantum ad suscipiendum et fovendum proprio pectore sanctum istum sensus ardorem, quem modo descripsimus, sed pertinet etiam eo, ut in aliorum quoque animis idem veritatis studium, quo quis ipse flagret, incendatur atque inflammatur. Quippe est haec, iudice Platone, omnino amoris vis et natura, ut pulcrum non solum appetat, verum etiam ex pulcro generare cupiat. Quamobrem qui amant more philosophorum, ii non modo fetus sapientiae suis ipsorum animis fovent ac suscipiunt, sicut docetur Phaedr. p. 249. C. — 253. E. coll. De Rep. VI. p. 490. B., verum etiam pulcrum prolem ex pulcro gignere et procreare gestiunt, illis consimiles, qui pulcrum corpus amantes pulcros fetus inde gigni cupiunt. De qua re praeclare disputatur a Diotima in Sympos. p. 204 — 209. D., qui locus ad rem obscuriorem dilucidandam omnium est uberrimus. Pertinet igitur amor divinus, qualem Plato informavit, etiam ad vitam mortalium communem, habetque eam vim et efficacitatem, ut studium sapientiae etiam inter homines quam maxime adaugeatur et amplificetur. Fert enim ipsius natura sic, ut qui eo incensi et inflammati sint, ii nihil studiosius expetant nihilque vehementius concupiscant, quam ut non modo ipsi sapientia augeantur, verum etiam in animis aliorum quam praestantissimos eius fetus gignant atque procreent. Atque haec ipsa caussa Platoni visa est esse, cur amatores philosophi usque sollicite anquirant curioseque circumspiciant et indagant adolescentes ad eam rem idoneos, hoc est tales, quorum in animis sperare liceat sapientiae semina feliciter ad bonam frugem esse perventura. Quales sicubi invenerunt, continuo eos sectantur, amant, diligunt, ac memores divinae pulchritudinis studiosissime id agunt, ut eos ab ignorantiae tenebris liberatos ad coelestis veritatis lucem traducant. v. Phaedr. p. 251. sq. Itaque philosophus, etiam habita philosophiae ratione, iuniores statuit naturae quadam lege ab adultioribus ad maiorem prudentiam et sapientiam insti-

tuendos esse. In quo quum puerorum amorem inter populares suos civilis virtutis et prudentiae caussa cultum ob oculos habuerit, tum rem omnem pro-
vexit etiam aliquanto ulterius, quandoquidem inde philosophiae latius propagandae rationem atque disciplinam repetiit. Beatissimam vero iudicavit eorum conditionem, qui isto pacto coniuncti vitam degant. Nam si illi amatores, inquit, quanto ipsi studio amatum amplectuntur, tanto vicissim ab eo redamantur, utriusque profecto maximae potiuntur felicitatis fructu, siquidem utrinque fiunt laetissimi in virtutis ac sapientiae studio progressus. Quo ipso efficitur, ut ambo pulcri amore incitati atque sustentati in hac vita mortali non modo divinarum rerum contemplatione ineffabili cum voluptate fruuntur, verum etiam eam nanciscantur virtutem, ut animus ipsorum ad celsiora erectus rursus eius felicitatis particeps fieri queat, qua olim in vita diviniore usus fuit. v. Phaedr. p. 246—256.

Atque haec quidem de amore Platonis, quem iam satis, opinor, apparuit nihil esse aliud nisi divinum quendam mentis animique instinctum et appetitum, quo sapientiae studiosi perpetuo ad absolutae veritatis studium concitentur et a rerum humilium cogitatione avocati ad magna, celsa, divina convertantur.

Pergimus ad dialecticam, quam Plato sicuti cum coelesti idearum spectatione natam esse censuit, ita etiam cum amore divino arctissime cohaerere arbitratus est.

Vidimus igitur in animis divino amore instinctis et concitatis largissimum contineri philosophiae fontem, unde primitus omnis eius vis atque copia manare existimanda sit. At enim vero etiamsi huius amoris maxima sit ad illam utilitas uberrimusque fructus, siquidem per eum sapientiae desiderium perpetuo in animis cietur adeoque idearum beata contemplatio efficitur; tamen opus item est arte aliqua atque facultate, qua fieri possit, ut animus eorum, quae amare, appetere et cum voluptate intueri didicerit, conscius sibi fiat. Talem vero artem et facultatem Plato censuit esse dialecticam. De cuius quidem caussis et originibus ubi quaerimus, orta est ipsa item in vita coelesti una cum idearum spectatione, sicuti perspicue docetur Phaedr. p. 249. B. sqq., ubi lege divina ita constitutum esse iudicatur, ut non alii

animi humana corpora intrare possint, quam qui iam in vita divina hauserint idearum notitiam, quandoquidem homini divinitus id muneris sit imperitum, ut rerum species et formas non modo intueri, sed etiam iungere ac discernere queat. Nimirum significatur isto modo, indolem ac naturam animi humani iam primitus eam extitisse, quae dialecticae esset capax atque particeps; v. etiam Phileb. p. 16. C. et de iis, quae divino munere dicuntur hominibus obtigisse vel obtingere, commentar. ad Phaedon. p. 85. C. D. edit. 3. Quod autem eadem etiam vitae humanae obtigit, eius rei causa summi philosophi iudicio haec est. Etenim animi humani licet olim divinae vitae participes facti sint, tamen propter naturae suae infirmitatem, qua deos neutiquam aequarunt (Legg. X. p. 903. B. sqq.), fatiscante paulatim nativa rerum divinarum appetitione, quae in Phaedro alis curri adscriptis denotatur, (v. p. 246. C. D. E. p. 248. B. C. p. 249. A. al) atque saeviente usque vi cupiditatis (sive equi ferocientis) in hanc vitam mortalem delapsi sunt. Qua quidem status sui mutatione quum orbatu essent pristina illa idearum spectatione, continuo factum est, ut in oblivionem eorum venirent, quae olim in divina vita didicissent. Relicta tamen ipsis est facultas quaedam pristinae scientiae et cognitionis rursus instaurandae. Potest enim animus in se collectus et a corporis communione avocatus diligenti rerum divinarum meditatione idearum memoriam quodammodo redintegrare. Quod ipsum munus dialectices est, quod in mortali hac vita obire licet. v. Phaedr. p. 249. B. coll. Phaedon. p. 75. B. — 76. E. Men. p. 86. A. Tim. p. 30. B. De Rep. VII. p. 534. B. C. Quod quum uni maxime philosophi agere soleant, quippe qui in iis, quae vi sua constant et natura sua aeterna sunt, considerandis atque discendis, praeter ceteros studiose versari soleant, iidem merito habentur dialectici. v. Sophist. p. 253. E. Phaedon. p. 65. A. 67. B. De Rep. V. p. 475. B. 59. — 477. A. p. 479. A. — 480. A. VI. p. 484. B. 485. B. 486. A. VII. p. 534. C. IX. p. 582. C. al. Quamobrem dialectica revera etiam omnium artium regina quasi atque princeps habenda est, quum ea mentem divinae luce veritatis collustret. v. Phileb. p. 57. E. sqq. Theaet. p. 176. C. De Rep. VII. p. 531. D. et 534.

E., quo postremo loco ea omnium doctrinarum ad liberalem mentis animique cultum necessariorum apex sive *θρογγός* appellatur. Iam vero si quaerimus de materia ipsi subiecta, tota illa pertinet ad τὸ ὄν vel τὸ ταύτων, estque plane ἡ περὶ τὸ ὄν καὶ τὸ ὄντως καὶ τὸ κατὰ ταύτων ἀειπειρυστὸς ἐπιστήμη, quemadmodum describitur Phileb. p. 58. A. Quocirca neutiquam confundenda est cum arte logica nostra, quae meras rimatur cogitandi formas atque notiones, vera essentia, quam dicere licebit, carentes et inanes. Subiectas enim sibi habet ideas (*ιδέαι, εἶδη*), quae veram rerum vim et naturam continent, quamquam eae mentis notionibus utique sunt convenientes, v. De Rep. VI. p. 511. B. VII. p. 532. A. X. p. 596. A. Sophist. p. 218. C. Parmen. in., ut nec a metaphysica, quae vocatur, diversa sit, sicuti dudum perspexerunt Cassiodor. De Artibus c. 3. Isidorus Orig. II. 24. alii multi. Quin etiam valet ad cognoscendam singularum rerum cum tota rerum universitate coniunctionem ac necessitudinem, sine qua quum nulla omnino disciplina tum nec ars rhetorica ullo modo consistere potest. v. Phaedr. p. 259. C. D. et 261. C. sqq. Itaque ipsi omnino proposita est scientia et cognitio eorum, quae sempiterna sunt quaeque vi ac natura sua perpetuo constant, nulli subiecta rerum adspectabilium vicissitudini ac mutationi. De ratione autem atque via ubi sciscitatur, qua doctrina praestantissima secundum philosophi sententiam in obeundo munere et officio suo utitur, proprium ipsi hoc esse iudicatur, ut rerum genera ac formas rite discernat, distinguat, iungat, copulet, eoque modo efficiat, ut rei cuiusque natura quam accuratissime pervestigetur, exploretur, intelligatur. Ex quo oriuntur celeberrimae illae *διαρρέσεις* et *συναγωγαί*, disiunctiones et conductiones, quarum Plato tantam vim esse iudicavit, ut sine iis nec verum falsumve diiudicari nec cerni consequentia nec repugnantia animadverti aut ambigua distingui posse existimaverit, quae quidem quum alibi tum maxime in Phaedro p. 263. E. — 266. C. et p. 270. C. — 272. D. et p. 276—279 illustrantur. Nimirum sunt hae divisiones et conductiones ad cogitandum pariter atque ad dicendum plane necessariae, ac si quis potest unum et multa, *ἐν καὶ πολλά*, h. e. genera et partes, recte discernere, is merito habetur dialecticus

atque adeo sapiens vere divinus. Quippe pendent inde etiam variae concludendi atque argumentandi rationes, quibus vel verum investigatur atque comprobatur vel falsum arguitur et refellitur, ut ex illis unis maxime omnis artis usus suspensus videatur. conf. Phileb. p. 16. D. sqq. 57. E. 59. B. C. Politic. p. 285. A. sqq. Sophist. p. 253. B. D. E. 254. D. sqq. Theaet. p. 146. E. Parm. p. 135. D. 136. D. Cratyl. p. 390. C. De Rep. V. p. 454. A. VI. p. 511. B. VII. p. 532. B. — D. p. 533. C. 534. E. Sympos. p. 209. B. sqq. Praeterea vero dialectica etiam quaerendo, sciscitando, sermocinando, disserendo efficit, ut in animis gignatur veri rectique intelligentia, valetque hoc in genere tantum, ut vivae vocis institutionem, qua utitur, omni librorum scriptioni longissime anteposendam esse unicuique largiendum sit. De qua re longo et copioso sermone explicatur Phaedr. p. 274. C. sqq., quocum loco contendas etiam Phileb. p. 57. E. sqq. Theaet. p. 176. C. De Rep. VII. p. 531. D. Atque ex his omnibus sponte iam intelligitur, quam coniunctione ac necessitudine nobilissima ars cum divino amore, antea adumbrato, contineri existimanda sit. Nimirum est ea profecto ars vere amatoria dicenda. Nam primum quidem amori illi divino subvenit in comparanda rerum scientia et cognitione, cuius cupiditate animi eorum incensi sunt, qui dediti sunt sapientiae studio; v. Phaedr. p. 250. B. — D. coll. 249. D. E. 251. E. 254. B. Deinde eundam adjuvat etiam eo, quod qui tali amore incaluerunt, ii etiam scientiam et sapientiam, ut fert amoris natura, in aliorum animis propagare cupiunt; v. Symp. p. 204. — 209. C. Phaedr. p. 249. C. — 253. E. De Rep. VI. p. 490. B. Est enim etiam in dicendo vis eius maxima efficitque una hoc, ut vulgaris rhetorica ipsius demum ope fiat, quod alioquin frustra fieri studeat, *ψυχαιγωγία*, cuius praesidio et adiumento conversantium animi ad verae sapientiae laudem instituuntur; v. Phaedr. p. 261. coll. p. 271. D. Haec vero omnia quum ita sese habeant, sequitur profecto, ut philosophus item sit non modo dialecticus, sed etiam *ἑρωτικός*. Amat enim et consuetatur non solum quaerendi sed etiam disserendi et colloquendi opportunitatem, quo amori subveniatur, adeoque lubentissime usurpat sermones,

non quidem tales, quales vulgo scriptis probantur, sed potius vivos et animatos, quibus in animis colloquentium tamquam viva veritatis scientia generetur atque alatur. Etenim nihil profecto est laudabilius, nihil excellentius, nihil denique magnificentius, quam si quis idoneum nactus ingenium sermones in eo cum scientia serat, qui semina reddant fecunda ac frugifera. Ad quam operam minime comparandus est labor eorum, qui in scribendis orationibus vel libris versantur. Nam quae litteris sunt perscripta, etiamsi valeant ad commonitionem et vacillanti memoriae subveniant, tamen ad mentis ingenique eruditionem parum ac prope nihil prosunt; de quibus rebus copiosissime explicatur Phaedr. p. 276. — 279. C.

En habes iam descriptionem initiorum philosophiae, qualem Plato informavit, quae vel in animo divinae veritatis amore pleno vel in artis dialecticae usu atque facultate posita esse intelleximus. Quae quidem omnia quid momenti faciant ad Phaedri sententiam atque artem recte intelligendam atque aestimandam, postea apparebit. Nam priusquam accedamus ad huius rei disputationem, paucis adhuc explicandum est de studiis rhetoricis, quae Athenis viguerunt, quaeque in Phaedro reprehendi et exagitari meminimus. De qua quidem re haec fere exposuisse satis erit.

Constat igitur artem rhetoricam Athenis maxime inde a Periclis aetate excultam esse. Nam licet eloquentia dudum inter Graecos viguisset, tamen olim ea ab solo ingenio profecta artis cultu caruerat, neque, teste Cicerone in Bruto c. 7., Athenis ante Periclem ulla littera extitit, quae ornatum aliquem haberet et oratoris esse videretur. Etenim ex quo tempore civitas nobilissima populari potentia et litterarum studiis laetius florere coeperat, factum est, ut etiam eloquentia ad maiorem quandam perfectionis laudem perduceretur et imprimis a Pericle, qui usus erat Anaxagorae Clazomenii disciplina et institutione, ad maiorem sententiarum ubertatem proveheretur. v. Phaedr. p. 278. E. sqq. Cuius aetati qui fuerunt suppres, Alcibiades, Critias, Theramenes, idem illud sequuti sunt, ut inanium verborum flumine tamquam inhibito nervose dicerent, quo maior

appareret vis sententiarum. Fuerunt enim, Cicerone iudice, grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, subtiles, acuti et sententiis magis quam verbis abundantes (De Orat. II. 23.). Itaque tum dicendi ratio Athenis utique in melius est mutata, et quodammodo primum nata atque educata. Hoc autem dum ita accidit, singulari fortuna evenit, ut eodem fere tempore ratio ac disciplina rhetorices in Sicilia nasceretur, qualem nec Athenis superiora tempora vidissent. Etenim invaluit tum in illa terra imprimis Syracusis, tyrannide Thrasybuli Olymp. LXXVIII. 3. — 466. a. Chr. n. sublata, democratia et restituta maior populi libertas, quae libertas publica, ut fit, etiam crebriorem dicendi usum peperit. Cuius rei causae peculiare secundum Aristotelem narrantur a Cicerone Brut. c. 12. §. 3. sqq. De Orat. III. c. 38. §. 8. sqq., quocum consentit etiam Diod. Sicul. XI. 87. qui imprimis genus dicendi iudiciale studiosius excultum esse memoriae prodidit. Narratur autem hoc in genere primus excelluisse Corax quidam, a tyranno secundus, licet etiam Empedocles Agrigentinus circa artem dicendi sive rhetoricen aliqua movisse, h. e. inchoasse, feratur, sicuti testatur Quint. III. 1, 8. Diog. Laert. VIII. 57. et Sext. Fmp. p. 370. ed. Fabr. Corax enim ille dicitur primus in comitiis populi habuisse orationem ad certas quasdam artis regulas a se inventas compositam; quum autem pristino honore per invidiam adversariorum esset spoliatus, privatis in scholis artem illam fertur tradidisse atque τέχνην ῥητορικὴν litteris consignavisse, quae bene ornateque dicendi praecepta complecteretur. v. Cic. Brut. c. 12. Quint. Institut. Or. III. 1, 8. et de τέχνη Coracis Aristot. Rhet. ad Alex. c. 1. Quocirca ille communi prope omnium consensione pro rhetorices inventore habetur, quippe qui primus orationis artificiose conformandae praecepta tradiderit. Inter huius vero discipulos maxime inclaruisse narratur Tisias, qui sese item dicendi magistrum professus est ac primum Syracusis, deinde Thuriis in scholis docuit eloquentiam, ubi eum audivit etiam Lysias, quo tempore is Thuriis commoratus est. v. Plutarch. Vitt. X. Orator. p. 835. D. Cic. De Orat.

I. 20. Brut. 12. Sext. Emp. adv. Math. II. 96. p. 306. ed. Fabr. Suidas s. v. Ἀσσίας. Photius Cod. 262. p. 289. ed. Bekk. Idem postea etiam Athenas est profectus, ubi inter auditores etiam habuit Isocratem v. Dionys. Hal. De Isocrat. I. Pausan. VI. 17, 8. coll. Spengel. Artium Scriptt. p. 37. sqq. Scripsit vero hic quoque τέχνην sive artem rhetoricam, magistri aemulatus exemplum; v. Plat. Phaedr. p. 267. A. 269. D. 273. A. ibique ann. Sed accuratiorem artificiosae eloquentiae notitiam princeps in Graeciam pertulit Gorgias Leontinus, de cuius legatione ad Athenienses pro civibus suis Olymp. LXXXVIII. 1. quarto anno belli Peloponnesiaci suscepta narrat Diod. Sic. XII. 33. Quamquam idem fortasse iam antea Graeciam peragraverat, de qua re v. ann. ad Plat. Gorg. p. 52. ed. 2. Goth. Cum quo quod in Phaedro non uno loco (p. 267. B. 273. B. C.) simul memoratur Syracusanus Tisias, videtur id quum ad studiorum rhetoricorum communionem tum ad itineris in Graeciam suscepti societatem pertinere; v. Pausan. VI. 17. Ab hoc vero tempore rhetorica, artis praeceptis exornata, ab Atheniensibus singulari plane studio videtur celebrata esse. Quippe capiebantur illi tanto magis ipsius illecebris ac lenociniis, quo magis vigente imperio populari sperari poterat maxima inde in res privatas emolumenta atque commoda redundatura esse. Quod ipsum magis etiam incendit et inflammavit studia eorum, qui eam factitabant, imprimis sophistarum, qui ei operam dare studiosius coepissent. Coluerunt enim eam Thrasymachus Chalcedonius, Hippias Eleus, Alcidas Elaeites, Evenus Parus, Polus, Licymnius, Prodicus, alii, de quibus v. Quintil. III. 1. 8. Plat. Phaedr. p. 261. B. — 267. D. ubi v. ann. Quamquam ea statim ab initio etiam multiplici labe fuit affecta, ut eo nomine Platoni imprimis valde displicuerit. Quippe praecepta illa, quae tradebantur, licet callidissime essent excogitata, tamen non erant a ratione ducta, sed mero usu collecta, ut ad sapientiae disciplinam parum aut nihil valerent. Studia porro et consilia ipsius non ad veritatem sed ad verisimilitudinis speciem, etiam cum fraude coniunctam, referebantur, unde ipsi rhetores fere τὰ εἰζότα iactabant, id quod iam Tisias et Gorgias, artificiosae istius eloquentiae

principes, ita fecisse narrantur; v. Plat. Gorg. p. 454. A. B. 455. A. 459. sqq. Phileb. p. 58. Phaedr. p. 261. B. C. et p. 267. A. Accedebat ad haec, quod sophistae artem suam, qua argute et speciose in contrarias partes disputare solebant atque captiosis utebantur verborum pariter atque sententiarum praestigiis, cum arte oratoria consociabant, unde iam Gorgias palam se paratum professus est ad respondendum et dicendum de qua re quisque audire vellet; v. Plat. Gorg. p. 447. C. Men. p. 70. C. Schol. ad Phaedr. p. 267. B. Aristot. Rhet. III. 17. Denique inani artis et ingenii splendori tribuebantur omnia; rebus ipsis atque veritati et recte cogitandi rationi parum aut nihil, ita ut nativa Atticae eloquentiae sanitas per eam utique non mediocriter corrumpereetur atque recta et lucida elocutio adventiciis artificiosi ornatus veneribus non una ex parte laborare inciperet. Sed haec quidem de rhetorices ratione et usu, quatenus ad dicendum spectabat. Explicandum iam est etiam de usu ipsius in scribendo. Etenim ex quo artificiosa ista dicendi disciplina in medium prodit, Athenis etiam factum est, ut mos orationum scribendarum invalesceret, quae ad artem ingeniique virtutem ostentandam comparatae essent, et in quibus de industria varia orationis ornamenta tamquam constiparentur; v. Cic. Orator. c. 11. et 12. coll. c. 61. §. 207. sqq. In quo genere Gorgias videtur tamquam signifer atque princeps extitisse; v. Cic. l. c. Philostr. p. 500. coll. Westermann. Histor. Eloquent. Gr. I. p. 44. sq. quem mox etiam alii ducem sequuti sunt, ut Alcidas, Thrasymachus Chalcedonius, Licymnius (v. Westerm. l. c. p. 46. sq.) quum interim alii in una artis ratione ac doctrina colenda subsisterent; v. Phaedr. p. 261. sqq. Extitit vero non ita multo post Gorgiam, qui istum orationum scribendarum atque evulgandarum morem proveheret etiam ulterius. Fuit is Antiphon Rhamnusius. Hic enim princeps fuisse narratur, qui aliis iudiciales orationes scriberet, quibus ipsi uterentur in iudicio, si qua fortunae eorum atque caput in periculo versarentur; v. Cic. Brut. c. 12. Quint. Instit. III. 1. Philostrat. p. 500. Photius s. v. *Ἀντιφῶν*. coll. Ruhn. Opusc. I. p. 156. ed. Bergm. Quamquam idem ille, ne videretur scilicet aliis ulla

in parte esse inferior, etiam sophisticas composuit declamationes, ut cum genere scribendi iudiciali etiam alterum illud, in quo uno maxime Gorgias excellisset, vitatis tamen inanibus rhetorum Siculorum artificiiis, coniunxisse videatur. Quorsum sine dubio pertinet, quod Cicero Brut. c. 12. postquam Gorgiam narravit paratos habuisse locos communes, quum singularum rerum laudes et vituperationes conscripsisset, deinde etiam Antiphontem Rhamnusium affirmat similia quaedam conscripta habuisse; pertinent item verba Platonis Phaedr. p. 269. A. ubi ille, *μειλιχρὸς Ἀδραστός* appellatur, et alia quaedam reconditiora, de quibus v. Ruhnken. l. c. p. 158. et Meier. Commentat. III. De Andocidis Orat. contra Alcibiad. p. 12. Ex quo tempore *ἡ λογογραφία*, quam Plato vocat Phaedr. p. 257. E. et 258. B. utroque in genere videtur nacta esse non paucos admiratores, evenitque sic, ut tam rhetores quam sophistae in ea factitanda studiosius elaborarent; v. Plat. Euthydem. p. 289. C. D. E. Inter eos vero, qui hanc laudis viam ingressi sunt, postea procul dubio praeter ceteros excelluit Lysias, orator Atheniensis longe clarissimus, de quo ut hoc loco breviter exponatur, ipsum Phaedri argumentum postulat *).

Natus est igitur Lysias Athenis vel potius Syracusis archonte Philocle, Olymp. LXXX. 2. vere anni 458. a. Chr. n. Quam temporum rationem, Dionysii, Plutarchi, Photii (Cod. 260.) auctoritate firmatam, ponderatis rerum omnium momentis etiam unice veram putamus, licet nuper extiterint, qui eam vocarent in controversiam **). Pue-

*) Pluribus de eo disputavimus in Commentat. Lysiaca ad illustrandas Phaedri Plat. origines. Lips. 1851. 4. ubi p. 18. de loco Plutarchi quae scripsimus, ea sic accipias, ut nihil iam nisi *ἐκατόν* cum Meursio in *δέκα* mutandum censeamus.

**) Fr. Vater in Klotzii Annal. phil. et paed. Suppl. T. IX. p. 165 — 196. et Ant. Westermann. Praefat. ad Lys. Oratt. ap. Bern. Tauchnitz p. VI. sqq. Qui quod oratorem natum esse volunt Olymp. LXXXVII. 1. — 432. a. Chr. n. viginti septem post quam vulgo putatur, ideoque ipsum Isocrate quattuor vel quinque annis minorem faciunt, id quum disertis aliorum scriptorum testimoniis adversatur, tum pugnat egregie cum loco Platonis Phaedr. p. 279. D. ubi Socrates: «Adolescens etiam nunc

rulus quindecim annorum Olymp. LXXXIV. 1.—444. a. Chr. n. comitante fratre natu maiore Polemarcho, cuius Plato in Phaedro p. 257 B. propter studium philosophiae, cui deditus erat, honorificam facit mentionem, una cum aliis colonis Atheniensibus Thurios migravit, in qua urbe nuper demum fundata (v. Diod. Sic. XII. 10. ibique Wessel.) Cephalus pater, homo dives et opulentus, qui dudum hortatu Periclis, hospitis sui, fortunarum suarum sedem Athenas transtulerat, videtur *κληροῦχος* fuisse atque collata pecunia partem agrorum possedisse. Itaque Lysias, quamvis etiam tum adolescens ac prope puerulus esset, una cum Polemarcho fratre Thurios est profectus, ut ambo locatam ibi a patre bonorum portionem capesserent et fortasse etiam novam agri Thurini partem acquirerent. Ex quo natus est error personati Plutarchi p. 37. ed. West. qui caussam itineris ab iis Thurios suscepti Cephalii parentis obitum fuisse scribit, quem tamen multo post adhuc in vivis fuisse constat. Ibi vero Lysias deinde mansit perpetuo usque ad Olymp. XCII. 1. — 412. a. Chr. n. quo quidem triginta duorum ferme annorum spatio non modo rei familiaris copias amplissimas contraxit, sed etiam doctrinae et

o Phaedre, Isocrates est; sed quid de eo augurer, lubet dicere; maiore enim mihi videtur ingenio esse, quam ut cum orationibus Lysiae comparandus sit. De adolescente igitur Plato Socratem pro futuro iussit augurari meliora. Quid igitur? quum Lysias dicatur expectationi minus respondisse, nonne apertum est ipsum ut aetate proveciorem reprehendi, qui adhuc spem fefellerit, ut etiam ad suscipiendum aliquando philosophiae studium cohortandus sit? Nimirum Lysias si fuit Isocrate natu minor, certe non huius adolescentia, sed maior aetatis maturitas memorari debuit. Nec vero ex loco Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 310. ed. Reisk. = 34. ed. Westerm. sequitur quod inde consequi censuerunt. Nam ut scriptor de Andocidis natalibus falsus sit, quod sane concedendum videtur, tamen ex illo errore non efficitur, ut etiam de Lysiae temporibus aliter quam vulgo traditum est existimandum sit. Nempe Plutarchus cum ea quam per errorem suscepisset de Andocidis tempore natali sententia comparavit tempus, quo Lysias natus fuit, ut in altero errare, in altero verum prodere potuerit. De aliis vero argumentis, quibus probatum iverunt natale tempus Lysiae ultra viginti sex septemve annos prorogandum esse, multum veremur ne ea speciosa magis quam vera sint.

eruditionis opes satis magnas collegit, quippe quum Thuriis etiam artium ac doctrinarum studia in honore haberentur, ut homines docti omnis generis frequentes illuc convenirent. v. Strabo XIV. 1. Diog. Laert. VIII. 2. Plin. Nat. Hist. XII. 4. Atque tum etiam Tisiam, rhetorem Syracusanum, ibi audivit, qui post litem cum Corace, magistro suo, agitatam illuc concesserat; v. Phot. Suid. s. *Ἀντίας*. Paus. VI. 17, 8. Dionys. al. Cui quidem artis oratoriae studio postea ita semper mansit deditus, ut in eo uno vitae suae quasi tabernaculum collocaret. Itaque etiam posteaquam rerum suarum sedem transtulit Athenas, quod Olymp. XCII. 1. — 412. a. Chr. n. facere coactus est utpote a Thurinis Atticisimi accusatus, nihil antiquius sibi duxit, quam ut artem rhetoricam coleret. In quo quid sequutus sit, discimus a Cicerone, qui in Bruto c. 12. auctore Aristotele haec memoriae prodidit: Nam Lysiam primo profiteri solitum artem dicendi; deinde quod Theodorus (Byzantius ille, de quo v. Comment. ad Phaedr. p. 266. E.) esset in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes eum scribere coepisse, artem removisse. Professus igitur ab initio artem rhetoricam est, eiusque docendae provinciam in se suscepit. Postea autem, quum Theodorum animadvertisset in artis ratione ac doctrina adeo excellere, ut laudum suarum splendore eo nomine ceteros omnes superaret, misso doctoris rhetorici munere, quod suscepisset, sese ad unam maxime orationum scriptionem transtulit, in qua deinde singulari studio et ardore ita elaboravit, ut Antiphontem aemulatus non modo rhetoricas sed etiam iudiciales orationes componeret, eo modo laudi suae optime consultum fore arbitratus. Incertum est vero, ex quonam tempore, mutatis pristinis consiliis suis, orationes scribere instituerit. Quamquam verisimile est, eum scribendi initium fecisse ab orationibus ad artis et ingenii ostentationem comparatis, quippe quod genus scribendi cum magistri rhetorices professione arctius sane coniunctum fuit, ut illud fortasse iam ut rhetoricae praeceptor coluerit. Quod eo certius esse videtur, quod iam ante Olymp. XCIII. 3., quo tempore colloquium in Phaedro Platonis habitum fingitur, hoc

orationum genere clarus extitit. Iudiciales autem orationes vulgo putant ab eo inde ab Olymp. XCIV. 2. demum, hoc est inde ab anno 403. a. Chr. n., compositas esse, quoniam in oratione contra Eratosthenem, caedis Polemarchi, fratris sui, auctorem, illo anno habita §. 3. professus est, sese numquam antea aut suam ipsius aut alienam causam egisse. Et est sane haec ipsius oratio inter eas, quas adhuc superstites habemus, tempore prima. Quamquam iudicium illud per se admodum lubricum est et incertum, quum verba *πράγματα πράξας* possint etiam ad litis actionem referri, siquidem Lysias usus est iure *ισοτελείας*, ut in causis agendis nec patrono sive *παραστάτη* uti coactus fuerit; v. Boeckh. Oecon. Att. Vol. I. p. 197 ed. 2. et Meier et Schömann De Lite Attica p. 561. coll. Cicer. Brut. 16, 63. Verum hoc quidem utut sese habet, illud certe exploratum habetur, nullam iudicialium orationum Lysiae adhuc superstitem ante illud tempus litteris esse perscriptam. Nec tamen inde concludi licet a Lysia post Olymp. XCIV. 2. nullas amplius declamationes sophisticas scriptas esse. Imo coluit ille sine dubio hoc quoque genus scribendi perpetuo, quod ita etiam maior nominis celebritas futura visa est, praesertim quum Antiphon quoque ita fecisset. Quod ne temere ita statuere videamur, certe non desunt causae et rationes huius sententiae nostrae satis, opinor, idoneae. Pertinet enim huc ante omnia illud, quod ipsi ingens paene scriptorum declamatoriorum numerus tribuitur, quandoquidem scripsisse perhibetur *λόγους επιδεικτικούς και πανηγυρικούς, εγκώμια, λόγους ερωτικούς, επιτροπικούς, συμβολαίους, οργανικούς, βουλευτικούς, δικανικούς, επιστολάς ερωτικές*, alia id genus opera, de quibus plenius exposuerunt Fabricius Bibl. Gr. T. II. p. 762. sqq. et Westermann. Histor. Eloq. Gr. Vol. II. p. 278. sqq. et 287. sqq. Quae qui vel leviter consideraverint, ii vix sibi persuadebunt omnia illa ante Olymp. XCIV. 2. scripta esse, quo tempore ille pauculorum tantum annorum tempus Athenis transegerat. Ad hoc vero accedit etiam disertum rei testimonium. Vocatur enim Lysias in Demosthenica oratione contra Neaeram, quam verisimiliter circa Olymp. CX. 1. scriptam putant, §. 21.

ὁ σοφιστής. Quod quidem nomen etsi bene meminimus etiam de rhetore usurpari, ut Plat. Gorg. p. 520. A., tamen sine dubio non tam ad iudicialium quam ad sophisticarum orationum scriptorem designandum pertinuit. Quamobrem inde non iniuria licet coniecere, Lysiam revera ad summam usque senectutem in scribendi genere ad artis ostentationem comparato occupatum fuisse, ut vel post mortem sophistae nomine appellari potuerit. Denique huc facit etiam oratio Lysiae funebris etiam nunc superstes; quae licet a criticis quibusdam nuper in fraudis suspicionem adducta sit, tamen vel unius Aristotelis testimonio contra malas suspensiones tam firmiter munitur, ut quantumvis a iudicialium Lysiae orationum simplicitate et munditie longissime recedat, tamen celeberrimo oratori sine ulla dubitatione assignanda videatur. Ea vero scripta est Olymp. XCVI. 3. aut secundum alios Olymp. XCVIII. 2. Quod si vere ponitur, hinc quoque manifestum fit, Lysiam nec senem illi scribendi generi omnino valedixisse, quod quum ipse olim unice adamasset, tum imprimis a scholae Siculae assectatoribus inde a Gorgiae aetate mirum quantum celebratum erat. Quamquam illum posteriore vitae suae aetate praecipue scriptioni orationum iudicialium operam dedisse sanequam verisimile est. In qua opera usque ad obitum suum, qui incidit in Olymp. C. 2. = 379. a. Chr. vel posterius paullo tempus, adeo constanter perseveravit, ut etiam grandi senectute praestantissimi oratoris atque scriptoris orationum laude floruerit.

Haec igitur ac talia fere fuerunt studia oratoria, quae Athenis inde a belli Peloponnesiaci tempore vigerunt. Quae certe dubitari non potest quin etiam aetate Platonis maxime fuerint celebrata, quandoquidem etiam multo tempore post plurimi extiterunt, qui quantam vim haberet accurate elaborata et quasi facta oratio bene sentientes vel coram populo et in iudiciis disertius verba facerent vel a foro et concione remoti orationes in usum aliorum et ostentandae eloquentiae gratia litteris consignarent. Certe ingens olim extitit numerus scriptarum orationum, ex quibus sanequam paucas adhuc superstites habemus, quas critici Alexandrini, utpote suo iudicio maxime probatas, in decem principum oratorum canonem receperunt. Neque

ullo modo veridissimile est paullatim ita evenisse, ut eloquentiae auctoritas quum aliarum doctrinarum tum imprimis philosophiae studiis vulgo longissime anteponderetur. Id quod etiam apud Isocratem non uno loco testatum legimus.

Quo facilius profecto fieri potuit, ut Plato, perspectis infucatae istius rhetorices vitiis, de quibus supra dictum est, animum induceret, quid de illa sentiret, aliquando palam declarare, ita futurum esse ratus, ut philosophiae dignitas et auctoritas sua vindicaretur. Quod quum alibi opera tamquam subseciva facere conatus sit, tum de industria egit in duobus maxime dialogis, Gorgia et Phaedro, qui libri, quantumvis alioquin inter se non parum discrepent, tamen hoc quidem nomine arctiore quadam continentur necessitudine. Etenim in Gorgia rhetorica ideo potissimum reprehenditur et castigatur, quia rationes suas ab honestate seiunctas habeat et fallax sit atque fraudulenta voluptatis et utilitatis administra; quamquam illi data opportunitate etiam artis laus eripitur p. 469. C. sqq. coll. p. 455. B. sqq. et p. 459. In Phaedro autem eadem cum philosophia in certamen commissa artis nomine privatur atque humilitatis et insecitiae coarguitur, quoniam a praestantissima sapientia aliena sit, quae una possit dicendi docendique studia et regere sapienter et vere ornare atque nobilitare. Quod quidem operae pretium est animadvertere qua ratione in utroque opere institutum sit. Nimirum in Gorgia omnia disputantur populariter et more prope Socratico, ut ibi nec doctrinae idearum mentio fiat nec alia reconditoris sapientiae vestigia deprehendantur. In Phaedro autem omnia plena sunt philosophiae subtilioris atque celsioris, quandoquidem ibi gravissima quaeque sapientiae Platonicae capita vel leviter attinguntur vel diligentius et copiosius illustrantur. Cuius rei animadversio ad definiendum tempus, quo uterque liber litteris consignatus sit, certe non erit inutilis. Fit enim inde verisimillimum, Phaedrum aliquanto post Gorgiam scriptum et in lucem emissum esse. Sed istud quidem in transcurso; redimus ad rem propositam. Exagitavit igitur Plato in Phaedro rhetoricam istam adventiciam neque in solo Attico natam tamquam artem inertem et celsiore atque sublimiore spiritu plane destitutam, quippe quum

a philosophia prorsus abhorreret. Quod quidem scite callideque ita perfecit, ut unum maxime Lysiam partes istorum rhetorum, qui pravam sectarentur eloquentiam, sustinere iusserit, ut qui et ipse e schola rhetorum Siculorum prodisset et scribendis orationibus ad artis ostentationem comparatis inclaruisset et propter tenuitatem orationis altiore spiritu in dicendo carere videretur. Nimirum isto pacto sane non sine verisimilitudinis specie fieri potuit ut celeberrimo oratori persona rhetoris humilis et male arguti imponeretur, praesertim quum ille, licet a Socrate moriente meliora admonitus, perpetuo a philosophandi studio mansisset alienissimus neque fratris Polemarchi exemplo (v. Phaedr. p. 257. B.) permotus esset, ut animum ad philosophiam aliquando adiceret. Tribuit igitur Plato illi callidissimo artificio orationem amatoriam, in qua quum eius dictionem pariter atque ingenium expressit fidelissime, ut nec defuerint critici, qui ista imitationis sollertia in fraudem inducti eam revera a Lysia scriptam esse putarent, tum singulari quodam artificio pravae eloquentiae vitia, vel in sentiendi humilitate vel in subtilitatis neglectione et sophisticarum argutiarum abusu vel in aliis rebus similibus posita, tanta multitudine congegit tamque cumulata constipavit, ut perfecta quaedam species et imago declamatoriae vilitatis et inertiae ob oculos posita videatur*).

*) Multiples nuper de Lysiana illa oratione motae sunt controversiae, quae etsi per se leves sunt, tamen non videntur hic silentio praetereundae esse. Dubitatum enim primum de eius forma est, quam extiterunt qui plane epistolarem esse contenderent; dubitatum item est de ipsius origine, quandoquidem non pauci critici eam nuper Lysiae, non Platoni, tribuendam esse indicaverunt. Quocirca non alienum erit de his rebus quid sentiamus, paucis exposuisse, praesertim quum litem diutius sane agitatam videamur aliquando posse componere.

De forma igitur Lysianae orationis si quaeritur, duabus potissimum rebus effectum videtur, ut nuper existerent qui eam haberi vellent pro epistola, id quod ita statuerunt Spengelius (Synag. Art. p. 126. sq.) Franzius (Ep. de Lysia oratore Attico Graece scripta, Norimb. 1828. 4.) et Hoelscherus (Vit. Lys. p. 123.) Primum enim id suadere visa est auctoritas Frontonis p. 34. ed. Niebuhr. et Hermiae Schol. p. 77. ed. Ast. Deinde ut ita esse statueretur, effecit etiam illud, quod in oratione identidem

Enimvero isto modo philosophus populares suos graviter sane commonefecit, a quanta labe Attica eloquentia esset repurganda, siquidem aliquando futurum esset, ut ea ad germanam sanitatem convalesceret. Quam quidem sanitatem rhetorica aliquando ad philosophiae rationem revocata recuperatum iri quum

maximeque in ipso exitu eius pueri adamati fit alloquutio. Quorum tamen neutrum ita est comparatum, ut de epistola cogitare cogamur, praesertim quum huic rationi etiam multa officiant. Nam ut primum dicamus de Frontonis et Hermiae testimoniis, inde profecto nihil aliud nisi hoc intelligitur, fuisse posteriore aetate, qui Lysiae apud Platonem orationem in epistolis viri amatoris numerandam esse ducerent. Id quod de Hermia quidem manifestum est, qui id unum narrat, repertum a se hanc orationem esse in collectione quadam Lysiacarum epistolarum, ceterum autem eam esse revera orationem arbitratur. Quid igitur? num qua putabimus veterum criticorum de hac re iudicium tam esse certum, ut ei continuo fides habenda sit? Enimvero quum illi in aliis rebus plurimis similibus gravissime lapsi esse reperiantur, tum etiam de forma Lysianae huius declamationis procul dubio prave iudicaverunt in fraudem inducti insolentiore huius orationis specie. Id quod multis iisque certissimis argumentis evincitur, quae ordine deinceps ita explicare conabimur, ut simul appareat, quomodo illa pueri amati alloquutio, quam uuper imprimis animadvertendam iudicaverunt, accipienda et intelligenda sit. Itaque primum quidem non negligendum in hac causa est, quod Plato ipse Lysianam declamationem semper vocat *λόγον ἐρωτικόν*, nunquam *ἐπιστολήν*, veluti p. 263. D 223. 234. 235. 262. Quod quis tandem sibi persuadeat eum ita facturum fuisse, si revera fuisset epistola quam posuisset? Nimirum par erat profecto atque iustum legentes alicubi verbo saltem admonere, quid rei esset, neque eos clandestino consilio usque fallere et mala fraude circumvenire. Porro huic orationi opponuntur postea duae Socratis declamationes, quas nemo negaverit revera esse orationes, praesertim quum prior earum p. 237. B. exordiat a verbis: *ἔλεγε δὲ ὁδε*. Ex quo quid sit consequens, sponte apparet. Necessè est enim etiam Lysiana declamatio pro oratione habeatur, siquidem conveniebat orationes opponi orationi, non epistolae. Praeterea vero diligentissima dignum est animadversione, quod a viris doctis neglectum esse sanequam mireris, puerum adamatum ab amasio tum in principio tum in exitu orationis tamquam praesentem compellari, quod etiam Socrates in priore oratione p. 237. A. et in posteriore p. 244. A. imitatur, quandoquidem ipse quoque amatorem fingit eum deliciis suis colloquentem. Quid vero? nonne inde fatebimur liculentissime apparere, orationem esse, non epistolam, quam Plato Lysiae attribuerit? Nemo enim tam ineptus est, ut homini praesenti

per totum fere sermonem ostenderit, tum in exitu operis ita vaticinatus est, ut Isocratem in spem futurae felicitatis tamquam exemplum ob oculos posuerit. Nec vero ipsum fefellit ea in re augurium, siquidem quod non perfecit Isocrates, id postea De-

litteras scribat aut mitti cupiat. Iam vero his etiam aliud quid addere licebit. Etenim accedit quidem universae orationis forma prope ad formam et rationem epistolae, sed multum tamen item ab ea differt, propterea quod est declamatio suasoria. Quippe suasoriae orationis hoc proprium est, quod quum ad hominem praesentem, non absentem fiat, tum etiam suadendi vel dissuadendi praesidiis et adiumentis oratoriis utitur adhibita etiam vi quadam et gravitate dicendi. Quod certe secus est in epistolis, quae licet et ipsae possint esse suasoriae, tamen minus habent coloris oratorii. Ex quo quid de oratione Lysiana colligi liceat, dicere vix attinet; patet enim ipsam in summa tenuitate tamen oratoriis artificibus multis esse conspicuam. Nec vero obscurum est, ipsum Platonem libellum Lysianum non ut epistolam sed ut orationem examinavisse. Reprehendit enim ille declamationis exordium gravissime propterea, quod eo non definiatur, quidnam illud sit, de quo deinde instituat disputatio. Quid vero? iustane foret ista reprehensio, si Lysiae scriptio esset epistola? Nimirum prope ultro in oculos incurrit, quid ea de re existimari oporteat. Nam epistola potest profecto recte carere rei primariae definitione, quia, sicuti ad amicos et familiares mitti solet, ita etiam aliunde nota poni permittit, de quibus cum maxime scribendum sit. Longe alia vero ratio est orationum, quae eiusmodi definitionis omissionem certe non ferunt, nisi si referantur ad res omnibus in medio positas. Ad haec omnia autem accedit denique quod ad litem dirimendam sanequam est gravissimum. Etenim Lysias non modo ut *λογόγραφος* taxatur, sed eo nomine etiam comparatur cum Isocrate. Ex quo profecto elucet clarissime, non epistolam Lysiae tamquam artis oratoriae specimen tribui potuisse, sed debuisse potius orationem. Sed quid multa? Apparet enim iam satis, quid de forma Lysianae declamationis existimandum sit. Est enim oratio suasoria; id quod maxime ex eo intelligitur, quod puer adamatus tamquam praesens compellatur, ut profecto nec mirandum sit, quod in exitu eius haec verba ad eum fiunt: „Haec vero satis sunt; tu autem, si quid praetermissum putes, interroga;“ in quibus unis maxime qui nuper aliter iudicaverunt sententiae suae robor ac firmamentum positum esse arbitrati sunt. — Iam vero absoluta quaestione de externa Lysianae orationis specie sequitur ut etiam de eius origine et auctoritate paucis dicendum sit, quandoquidem nostra aetate exorti sunt, qui eam non Platoni, sed Lysiae tamquam parenti tribuendam putarent. Quam sententiam praeunte Haenischio

mosthenes perduxit ad exitum, qui quatenus pro discipulo Platonis habendus sit, ex uno maxime Phaedro intelligitur.

Verum satis haec de rhetoricis Atheniensium studiis. Docere igitur hactenus conati sumus, quod

in libro: De Lysiae Amatorio. Lips. 1827. 8. nuper certatim defenderunt Spengel Artium Scriptor. p. 123—135. Westermann Quaest. Demosth. II. p. 73. et Histor. Eloq. Graec. p. 75. Krische Ueber Platons Phaedrus p. 28. Hölscher De Vita Lys. p. 121. Vater in Iahn. Horr. Philol. Vol. IX. p. 176. sqq. Cron (in Indicibus litterar. Monacens. a. 1849. N. 189. p. 478 sqq.) Susemihl Prodrum. Plat. Untersuch. p. 95. sqq. alii. Nec tamen diffitemur eam rationem nobis nunquam probabilem visam esse. Et impugnavit eam etiam egregius amicus noster, dum in vivis fuit, Car. Fr. Hermannus, in libro: *Gesammelte Abhandlungen und Beiträge zur class. Litteratur.* Götting. 1849. p. 1—21. Etenim primum quidem vel illud prohibet, quominus orationem Lysiae tributam ab ipso oratore scriptam esse putemus, quod Plato nusquam scriptis suis germanas aliorum orationes intertextuit, sed ubicunque personas, quas orantes finxit, ita loquentes induxit, ut sponte intelligatur, ipsum iis attribuisse orationes a se elaboratas, ita quidem, ut quum colloquentium moribus, ingeniis, disciplinae, studiis convenientes, tum suis ipsius scribendi consiliis accommodatae haberentur. Cuius generis exempla illustria quum alibi, veluti in Republica, Phaedone, Protagora, aliis sermonibus, extant, tum luculentissima reperiuntur in Symposio, ubi colloquentes manifesto ab ipso scriptore maxima cum sollertia ad ipsius vitae veritatem informati ac descripti sunt. Quid igitur? haec quum constans fuerit Platonis ratio et consuetudo, num putabimus verisimile esse, ipsum in eo opere, quod utique summa artis perfectione conspicuum est, nulla urgente necessitate ab illa fuisse discessurum? Enimvero sustulisset profecto summus dialogorum artifex isto modo operis sui aequabilitatem et convenientiam, quandoquidem procul dubio etiam ea in ordinem recipere coactus esset, quae a suis ipsius consiliis et institutis essent alieniora. Sed hoc ipsum nos ultro perducit ad alteram causam, cur hanc orationem non a Lysia sed a Platone scriptam existimemus. Est enim Lysias in Phaedro ita institutus et informatus, ut non tam suas unius quam aliorum quoque rhetorum partes sustineat. Quod si ita est, sponte apparet ne fieri quidem potuisse, ut una aliqua Lysiae oratio in medium proferretur et examini subiiceretur, quandoquidem nulla facile extiterit, quae communia ista omnium rhetorum vitia, qualia philosophus in Phaedro notare constituisset, eo modo, referret, quo pro scribendi consilio optabile fuerat. Itaque consentaneum est ab ipso Platone scriptam esse orationem

ad illustrandum Phaedri propositum utique plurimum valere arbitramur, primum quidem argumentum disputationis in hoc libro omnino duplex esse, sed utrumque tale, quod salva operis convenientia atque simplicitate communiter tractari potuerit; deinde

Lysianam, praesertim quum etiam orationes Socratis ab eo confictae sint. Et produnt profecto etiam ipsae huius orationis proprietates hanc ipsius originem. Exaggeravit enim Plato in ea Lysiae vitia, quo magis castigare posset quae ipsi in eloquentia vitiosa planeque a philosophiae ratione aversa viderentur, ut nec Taylorum, doctissimum hominem, miremur Vit. Lys. p. 154., orationem istam indicantem Lysia plane esse indignam: quamquam ille in eo lapsus est mirabiliter, quod eam sophistae alicui aetate minori, cuius mentio fit in Demosthenica oratione contra Neaeram p. 1351. §. 21., adscribendam iudicavit. Nimirum opus fuit Platoni ea oratione, quae non modo vulgaris amoris humilitatem et una cum ipsa etiam vulgarium rhetorum humilem et abiectum animum, celsioris spiritus nulla ex parte capace, argueret, verum etiam ostenderet, dialecticae neglectioem omnis inertiae dicendi atque scribendi potissimam causam existere solere. Itaque a tenuitate illa, quae Lysiae propria erat, profectus ad similitudinem veritatis effluxit eam orationem, quae esset non tantum arida, sicca et ieiuna, sed etiam humilis et abiecta adeoque non expers inhonesti ac turpis cuiusdam sensus. Subtilitatem autem viri ad rem suam ita traduxit et adhibuit, ut orationem composuerit speciosis tantum artificii oratoris nitentem, tricus et argutiis plenam ac refertam, denique vera dialectica carentem utpote iusta rei primariae definitione, apta partium descriptione, denique idonea argumentationis progressionem atque ordinem omnino destitutam. Ex quibus omnibus profecto necessitate quadam efficitur hoc, ut hanc orationem ab ipso Platone scriptam et consilio suo sollerter attemperatam esse existimare debeamus. En igitur, habes iam nostram de Lysianae orationis auctore sententiam, quam nec iis, quae pro contraria sententia in medium allata sunt, ullo modo eversum aut labefactatum iri existimamus. Nam primum quidem quod dicitur dicendi genus plane esse Lysianum, minime profecto inde consequitur, ut Lysias illius auctor habendus sit. Quippe expressit Plato quam accuratissime fieri potuit oratoris dictionem eodem artificio, quo alibi in imitando Gorgia, Agathone, Phaedro, Pausania, Eryximacho, Aristophane, Protagora, usus est, neque profecto aliter facere potuit, siquidem propositum suum assequi vellet. Porro quod viri doctissimi afferunt veterum scriptorum testimonia, qui hanc orationem Lysiae tribuerint, Diogen. L. III. Dionysii Ep. ad Pomp. p. 126. Tyrii Max. Diss. XXIV. 5. Hermogenis De forma orat. II. p. 477. ed. Laur. Hermiae p. 77. ista quidem ratione

sententiam Platonis de philosophiae natura et indole hanc fuisse, ut fontes eius primitivos et tamquam primaria elementa sibi persuaserit vel in divino amore vel in artis dialecticae facultate quaeri oportere; denique eloquentiae studia, quae tum Athenis vigerint, a philosophia fuisse alieniora, ideoque Platonem utique permovere potuisse, ut quid de eorum pretio et dignitate sentiret, copiosiore disputatione declararet. Sequitur nunc, ut universi operis ratio

nihil quidquam proficitur. Nam uno Hermia excepto illi omnes sententiam suam non clare patefecerunt, videnturque Lysiae orationem omnino eam dixisse, quae apud Platonem oratori esset adscripta, quemadmodum interdum Socrates ut auctor eorum memoratur, quae apud Platonem disputavit. Sed ut illi in ea fuerint sententia, ut Lysiae auctori orationem tribuendam iudicarent, quid inde porro? Nimirum valet hic quoque, quod in simili dubitatione de criticis veteribus centies est iudicatum, istiusmodi veterum iudiciis cautissime esse confidendum. Sed afferunt illi etiam aliud quid, quod primo saltem ad aspectu aliquanto plus momenti habere videatur. Dicunt enim apud ipsum Platonem non obscure orationem tamquam a Lysia compositam notari; quorsum referunt imprimis, quod ea narretur de scripto recitata esse, quod Phaedrus eam dicatur ab ipso Lysia scriptam accepisse, denique quod omnino via et ratio, qua Plato in aliis sermonibus sua cuique tribuere soleat, plurimum ab ea ratione diversa sit, qua in Phaedro haec oratio tribuatur Lysiae. At enim vero licet haec omnia per se verissime sint animadversa, tamen inde minime consequitur quod voluerunt. Sunt enim ea scenae dialogi convenienter ita instituta, ut aliter institui nullo pacto potuerint. Nam quod Phaedrus illam orationem dicitur secum scriptam attulisse quodque ipsa narratur deinde recitata ac de scripto explorata esse; fieri hoc propter disputationem de ipsius vitis institutam non potuit aliter, siquidem debuit ipsum opus in promptu esse fingi, quo maior existeret species verisimilitudinis. Neque vero rationem, qua haec oratio tribuitur Lysiae, inusitatam aut miram dicere licebit, siquidem ea est sollertissime inventa et dialogi actioni convenientissima. Denique etiam viri acutissimi (v. Haenisch bc. p. 20. sqq.) Platonem censuerunt ineptissime facturum fuisse, si ipse suam aliquam Lysiae tribuisset orationem iis vitis affectam, quae deinde ne reprehendisset quidem atque castigavisset. At nimirum non omnia quidem atque singula philosophus notavit vitia peculiari eorum instituta exploratione, quamquam bene multa reprehendit et castigavit; sed hoc tamen demonstravit clarissime, quidnam omnino illud esset, in quo, tam materiae quam formae habita ratione, vulgaris rhetoricae labes haerere.

et conformatio propius consideranda sit, quo clarius aliquando perspiciatur, quo iure supra statuerimus, universum librum denique ad illustrandas philosophiae laudes pertinere, quippe quae una pro vera tam intelligendi et cognoscendi quam dicendi atque docendi parente atque magistra habenda sit. Quod quidem ea ratione instituemus, ut libri partes primarias seorsum spectemus et quid denique inde ad rem summam consequatur, paucis exponamus.

Possunt autem, ubi discesserimus ab ornatu dialogi scenico, nullo fere negotio duae principales universi operis partes discerni, una, quae habet tres orationes amatorias quaeque usque ad p. 257. B. pertenditur, altera, quae dialecticam disceptationem complectitur, qua laudes rhetoricae artis in controversiam vocantur, inde a p. 257. C. usque ad exitum dialogi pertinens. Quas quidem partes nobis uno obtutu lustrantibus non videtur dubium, quin in priore amor ille divinus, de quo modo exposuimus, in posteriore autem dialecticae virtus illustretur, in utraque vero una eademque opera item arguantur pravae eloquentiae vitia, ita ut sponte propemodum appareat, per omnem sermonem pari fere diligentia tam philosophiae quam rhetorices rationem habitam esse. Sed haec omnia quoniam sibi peculiarem expositionem videntur deponere, de singulis quid utroque nomine existimandum videatur, paucis explicavisse iuvabit.

Itaque priori quidem operis parti, ubi materiam spectamus, quae ibi tractatur atque philosophiae si ducimus rationem, id unum maxime propositum esse arbitramur, ut amor divinus eiusque variae rationes quam clarissime illustrentur, quamquam eadem nonnulla quoque interposita habet, quae ad dialecticam rhetorices explorationem conducunt. Vehementer enim iudicio suo falsi sunt, qui orationes amatorias ibi recitatas nihil aliud nisi exempla quaedam vel pravae vel rectae eloquentiae esse voluerunt, quae ideo in rimando amore versentur, quia reliqua disputatione de venustis scilicet artibus disputetur, quae entusiasmum quemdam requirant amori consimilem. Quae inventa profecto est opinio, ut nihil dicamus gravius. Nec vero minus a recto aberraverunt, qui orationes illas pro episodiis, quae ipsi dixerunt, habendas esse iudicaverunt, quae etsi cum universo dialogi corpore

minus apte cohaerent, tamen ad illud exornandum et tamquam vestiendum aliquantum conducerent. At nemo sane ferat istum vestitum et ornatum, qui certe totius corporis venustatem non auget sed plane deturparet. Denique nec illi veri quidquam viderunt, qui nuper contenderunt, posteriore oratione Socratica id agi, ut describenda animi natura fundamenta ponantur eorum, quae in altera dialogi parte de dialectica et rhetorica disseruntur. Quod commentum quo maiore studio defendi vidimus, eo magis illud nobis ridiculum est visum. Neque enim prior dialogi pars ullo modo pondere et gravitate cedit posteriori, imo etiam illi quodammodo anteposenda est, nec omnino in illa id agitur, quod isti voluerunt. Enimvero quid verum sit atque disputationis universae rationibus consentaneum, re paulo accuratius pensitata neminem praeterire poterit. Peroratur enim in his declamationibus omnibus unice de amore, idque ea ratione, ut id unum maxime agi appareat, licet dialectices origines item ad amoris divini rationes referantur. Nimirum posterior Socratis oratio in describendo amore divino versatur, duae priores autem orationes depingunt amorem vulgarem eumque corruptum ac depravatam, divino illi tamquam e regione positum, ut et ipsae ad divini amoris rationes collustrandas facere existimandae sint. Sed de hac re in vabit etiam paulo explicatius disseruisse. Quocirca primum considerabimus paullisper orationem Socratis posteriorem, quod facto etiam de argumento reliquarum declamationum exponemus.

Dubitari igitur nostra quidem sententia nullo modo potest, quin Socratis oratio inde a. p. 244. A. — 257. B. litteris perscripta, tota in amoris divini origine, natura, virtutibus et effectibus praedicandis versetur. Id quod vel ex partium descriptione intelligitur, quae ipsi fundamenti loco subiecta est, quandoquidem primum p. 245. A. — 249. D. caussae et origines coelestis amoris aperiuntur, repetitae illae ab nativa animorum indole atque vitae diviniore, in cuius communionem olim pervenerint, recordatione; deinde autem p. 249. D. copiosius docetur, quamnam vim divinus ille amor, olim in vita coelesti inter idearum contemplationem susceptus, etiam in vita terrestri tum ad propriam cuiusque scientiam alendam

tum ad studium sapientiae apud alios excitandum et propagandum habeat. Sed clarius etiam illud exinde perspicitur, quod, licet in ea gravissimi quique universae philosophiae loci, assumtis etiam reconditoris doctrinae, imprimis Pythagoricae, opibus, illustrentur, tamen omnia atque singula denique eo modo exposita esse reperiuntur, ut ad vim naturamque amoris philosophi patefaciendam ac declarandam sollertissime comparata sint. Quo quidem nomine primum diligenter animadvertendum est, quod ad rei iudicium regendum certe non parum momenti facit, statim in principio orationis p. 244. B. sq. exhiberi eius rei, de qua sermo futurus sit, accuratiorem definitionem, quandoquidem amor subiectus esse indicatur furori divino, qui *θεία μοίρα*, divino munere, (de quo v. ad Phaedon. p. 85. C. D. ed. 3.) mortalibus obtingere soleat. Enimvero indicat ibi orator verbis clarissimis, hanc ipsam rem esse, in qua tractanda omnis versatura oratio sit. Iam vero quod deinde p. 245. C. — 246. A. animorum sempiternitas ducibus Pythagoreis, de quibus v. Cic. Tusc. I. 17. ibique Davis. coll. Phaedon. p. 100. A. — 107. A. De Rep. X. p. 611. A. sqq. Legg. X. p. 893. A., ex proprio ipsorum motu demonstratur, nullo fere negotio intelligitur prudenti consilio hoc potissimum immortalitatis argumentum delectum esse, quippe quod disputationi, in qua de libera animorum vita et agitatione agitur, longe sit convenientissimum. Nec vero obscurum est, quorsum pertineat, quod p. 246. A. sqq. animi vis et natura, secundum Pythagoreorum sententiam, de qua Prolegg. ad Tim. p. 52. sqq. et Comment. ad Tim. p. 69. C. D. exposuimus, ex parte rationali, *λογιστικῶ*, iracundia, *θυμικῶ*, et cupiditate, *ἐπιθυμητικῶ*, composita atque nativa quadam rerum divinarum appetitione instructa, bigis currui alato iunctis cum auriga suo comparatur, ita quidem ut, sicuti iam Plutarch. Quaestt. Plat. p. 1008. rectissime iudicavit, equorum par iracundiae et cupiditatis, auriga autem rationis partes habeat, quum alae curriculi ad similitudinem vel curruum alatorum, quibus dii uti credebantur (v. Voss Mytholog. Briefe T. I. p. 195. sqq. II. p. 71. sqq. Böttiger. Vasengemald. Vol. I. P. II. p. 104. sqq.) vel vehiculi Parmenidei (Rel. v. 10 sqq.) informati atque

descripti, germanam animi vim, qua ille ad diviniora contendat, imagine satis perspicua (vid. p. 246. C. D. 248. B. C. 249. A.) designare existimandae sint. Nimirum ut nihil de eo dicamus, quod haec animi species et imago descriptioni vitae deorum et animorum sollertissime attemperata est, inservit eadem vel imprimis etiam illustrandis amoris divini causis et originibus, quandoquidem inde perspicue intelligitur, vim animi humani capacem quidem vitae divini-oris et celsioris intelligentiae extitisse, sed ea tamen laborare imbecillitate, ut propter cupiditatem ad inferiora labatur fatiscente paulatim nativo rerum divinarum appetitu; ex quo ipso divinum philosophorum amorem secundum Platonem traxisse originem unicuique apertum esse existimamus. Iam vero si quaeritur, quorsum tandem pertineat magnifica illa descriptio vitae animorum superioris p. 246. E. sqq. quacum arctissime coniuncta est grandis quaedam pictura universi mundi tam intelligibilis quam adspectabilis, est sane in promptu responsio *). Nam quum Plato illa exhibenda gravissima placita de intelligibili quodam regno animorum deque pristina humanorum animorum cum numine divino coniunctione illustraverit eaque opportunitate etiam huius universi descriptionem eam proposuerit, unde non modo quodnam discrimen inter mundum hunc adspectabilem atque mundum intelligibilem intercederet, perspiceretur, verum etiam utriusque illius nexus et coniunctio intelligeretur; tum philosophus eadem opera etiam exposuit, quae ad cognoscendas amoris divini rationes non tantum utilia sed plane necessaria essent. Nam quod universum corpus mundanum, ut Tim. p. 33. B. et p. 62. D., globosum informatum est, quodque ideae extra eius superficiem in coeli dorso, ne-utiquam aethereo illo, ut quidam putarunt, sed potius aërio atque liquido, quale etiam Phaeton. p. 109. C. sqq. fingitur, sublimes collocatae sunt, manifesto ea

*) De toto loco disputavimus in libello: Diatribe in mythum Platonis de amoris divini ortu, p. 1 — 63. quo Viro Magnifico et Illustri, Chr. Gottl. Leber. Grossmanno, ipsis Kalendis Ianuarii anni 1854. munera sacra ante quinque lustra auspiciato, nomine Scholae Thomanae temporis exacti felicitatem gratulati sumus et pro perpetua ipsius salute pia vota nuncupavimus.

ratione significatur vis et natura idearum per se absoluta atque aeterna, quae quidem scite, adhibitis Parmenidis et Empedoclis de mundo intelligibili et opinabili decretis, tamquam in imagine quadam spectandae proponuntur. Quod etiamsi neutiquam cum vulgo interpretum proprie sit accipiendum, quum intelligibilis tantum idearum tamquam intuitus et contemplatio significetur, qualem animis puris necdum mortalis corporis concreione contaminatis convenire sane consentaneum est; tamen hoc quoque pacto ad amoris divini explicationem valet plurimum, quandoquidem mens atque animus eo ipso, quod idearum capax est, ad aeternae veritatis quaerendae, atque possidendae desiderium ineffabili cum voluptate excitatur. Quod vero animi inde a Vestae sede, quae sine dubio in vicinia terrae, sicuti in Phaedone p. 108. E. et in Timaeo p. 40. C. ita etiam hic in medio universi locatae, ad Olympi Homericum similitudinem posita fingitur *), agmina undecim deorum summo Iove duce, Vesta domi remanente, coeli superficiem versus proficiscentia sublimes volatu consequi et una cum iis plus minve ideas intueri solere dicuntur, in quo philosophus manifesto de duodecim diis Olympiis cogitavit, quos eosdem atque corpora coelestia esse voluit, siquidem iis cum Pythagoreis aliisque divinitatem attribuit (v. Prolegg. ad Tim. p. 15. sq.); dubium certe non est, quin isto modo grandi imagine proposita ostendatur, quidnam sit illud *ἑπεσθαι* sive *απολουθεῖν τῷ θεῷ* vel *ὁμοιοῦσθαι τῷ θεῷ*, in quo summa sapientia pariter atque beatitas cernitur (v. Theaet. p. 176. B. sqq. De Rep. X. p. 613. A. Legg. IV. p. 716. A. sqq. coll. Wyttenbach. ad Plutarch. De Ser. Num. Vind. p. 27. sqq.), quandoquidem etiam divini numinis absolutio et beatitas in perfecta rerum cognitione quaerenda est, sicuti in Tim. p. 28. C. — 29. E. disputatur. Itaque sponte intelligitur, quatenus haec omnia ad illustrandam divini amoris doctrinam faciant.

*) Dissentimus enim hic cum A. Boeckhio De Platonico systemate coelestium globorum p. XXVII. sq. et in Philolao p. 105. sqq. qui Platonem contendit in Phaedro sedem Vestae in medio mundo posuisse, Terra in alium locum translata. v. Commentat. nostr. l. c. p. 18. sqq.

Ostenditur enim animos nativa indole sua ita fuisse comparatos, ut in vita diviniore et mortalitatis vinculis libera utpote numini divino coniunctiores deum facilius sequi et ad eius similitudinem eluctari et contendere ideoque etiam ad maiorem quandam veritatis cognitionem pervenire potuerint. Quamquam perquam obscurum est, in informandis diis coelestibus qua ratione philosophus versatus sit. Quum enim manifesto de diis duodecim Olympiis, ut diximus, cogitaverit; quomodo illis mundanorum corporum numerum adaequaverit, ideo incertum est, quia ipse in Timaeo p. 38. B. C. p. 39. A. De Rep. X. p. 616. D. E. praeter coelum fixis stellis ornatum quinque tantum planetas, et Solem atque Lunam memorat, quibus adiungit Terram in medio mundo locatam. Videtur tamen hic quoque Pythagoreos duodecim universi ordines vel orbis stantes sequutus esse, quibus quidem singulis singulos deos attribuit. De qua re audias Fragm. incerti scriptor. ap. Photium Cod. CCXLIX. p. 439. ed. Bekker. et Iamblich. Vit. Pythagor. Vol. II. p. 108. ed. Kiessl., unde toti huic loco desiderata lux affunditur. Est autem hoc: *ὅτι δὲ δώδεκα τάξεις ἐν τῷ οὐρανῷ φησιν εἶναι· πρώτην καὶ ἐξωτάτην τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν (orbem fixarum stellarum), ἐν ἧ ἔστιν ὁ τε πρῶτος θεὸς καὶ οἱ νοητοὶ θεοί, ὡς Ἀριστοτέλει δοκεῖ, κατὰ δὲ Πλάτωνα αἱ ἰδέαι· μετὰ δὲ τὴν ἀπλανῆ ὁ τοῦ Κρόνου τέτακται ἀστὴρ καὶ οἱ ἐφεξῆς πλανῆται ἕξ, ὁ τοῦ Διὸς, φημί, ὁ τοῦ Ἄρεος, ὁ τῆς Ἀφροδίτης, ὁ τοῦ Ἑρμοῦ, ὁ Ἥλιον, ὁ τῆς Σελήνης· εἶτα ἡ τοῦ πυρὸς σφαῖρα, ἐξῆς δὲ ἡ τοῦ ἀέρος· μετ' αὐτὴν ἡ τοῦ ὕδατος· λοιπὴ καὶ ἐπὶ πᾶσιν (omnibus subest) ἡ γῆ. δώδεκα δὲ τάξεων οὐσῶν ἐν τῇ ἀπλανεῖ τὸ πρῶτον ἀϊδιόν ἐστιν· καὶ ὅτι ἂν ἡ ἐγγύς αὐτοῦ, τοῦτο φασὶ τετάχθαι βεβαίως καὶ ἀρίστως· τὰ δὲ πόρρωθεν ἦττον· τὴν δὲ τάξιν μέχρι Σελήνης σῶζεσθαι· τὰ δὲ ὑπὸ Σελήνην οὐκέτι ὁμοίως.* Fragmentum satis profecto memorabile: quod quidem accuratius considerantibus nobis videtur Plato hanc ipsam Pythagoreorum doctrinam, quae in eo memoriae prodita est, in Phaedro respexisse. Praeposuit enim, ut diximus, duodecim mundi ordinibus (*τάξεις*) duodecim deos tamquam eorum praesides, atque in coelesti itinere unumquemque suum per orbem atque ordinem vehi iussit, ita ut diis illis certa quaedam coeli atque aeris

pars propria esset, unde quum ipsorum deorum natura pateret, tum etiam animorum eos consecantium indoles emergeret. Itaque Iovi quidem, quem voluit agmen deorum ducere atque perfectae rationis imaginem referre (v. p. 250. B. 252. C. E. 253. A. coll. Philob. p. 28. C. et 30. D.), procul dubio orbem fixis sideribus ornatum attribuit, ut qui habet ideas, omnis scientiae et cognitionis parentes et effectrices. Vestae autem opinioni communi convenienter Terram una cum domo deorum ab illa servata adscripsit, quippe quae secundum vulgarem quoque sententiam efficit, ut terra firmiter in medio mundo perstet, sive *ἰσθίσαι αὐτήν*. Perquam autem dubium est, quomodo ceteras sphaeras inter reliquos deos distribuerit, quamquam aliquid saltem ea de re colligi licet ex p. 252. C. D. et p. 253. A. B. C. Nimirum planetas, veluti Saturnum, qui non essent inter deos Olympios, omnino videtur sustulisse, Apolline et Luna fortasse in locum Solis atque Lunae suffectis. Vacuum autem Saturni locum fieri potest ut Minervae attribuerit utpote post Iovem sapientissimae. Quod et ipsum est Homericum: v. Iliad. α. v. 131. et Spanhem. ad Callim. Hymn. Apoll. v. 29. Quod si vere aut probabiliter ita coniectum est, reliquae sunt sphaerae sive potius *τάξεις* aetheris, aeris et aquae, quas quomodo inter reliquos deos distribuendas statuerit, tanto minus decernere licet, quod omnino dubium et incertum est, quosnam deos Graeci in Olympiis diis habuerint. Itaque huius quidem rei quaestionem mittamus. Illud unum aliquam videtur admonitionem requirere, quod sane alicui perquam mirum accidat, cur tandem philosophus etiam orbis sublunares, aethereum, aerium, pluvialem, respiciendos adeoque diis attribuendos iudicaverit. Nimirum caussa et ratio rei nobis quidem non adeo longe arcessenda videtur. Voluit enim omnem omnino varietatem morum et ingeniorum in amantibus elucentium eo modo declarare, ut etiam eorum duceretur ratio, qui a nativo sapientiae divinae studio longius descivissent et, ut cum poeta loquamur, *affixissent humo divinae particulam aurae*. Itaque nec coeli orbis terrae proximos propter ipsam rei rationem silentio transmittendos putavit, ut ex quibus plurimorum animorum humilior lapsorum fortuna intelligi posse videretur. Quod au-

tem hos ipsos orbes etiam diis attribuit, id quum imago poetica, qua usus est, et allegoriae convenientia ita postulaverit, tum etiam exinde excusationem habet, quod etiam orbibus terrae propinquieribus aliquid divini inesse creditum est, sicuti apparet ex Epinomid. p. 984. D. E. ubi v. Commentar. *Ast.* p. 602. Quae si recte coniectavimus, sponte intelligitur, quo iure Krischius De Phaetro Plat. p. 63. scripserit: *zwischen Mond und Fixsternhimmel ist demnach der Tummelplatz für die strebenden Seelen.* Atque his quidem ita expeditis unum adhuc reliquum est, de quo disquirendum sit. Quaeritur enim, quomodo Plato agmen deorum ad supernas coeli partes vehementium instructum voluerit. De qua quidem re nobis ita persuasimus, ut eum hic quoque scite urbaneque cosmica quaedam placita cum Homeri poesi commiscuisse et ad grandis imaginis speciem attemperavisse existimemus. Namque more plane Homerico deorum agmina finxit Iove duce sursum in coeli extimas regiones escendere. Sed proprie hoc, nisi fallor, ita dictum voluit, ut coelestes *τάξις* earumque orbes intelligi oporteret. Quae si vere posita sunt, sponte iam intelligitur, opinor, poetam philosophum in his adumbrandis atque describendis sollertissime ita esse versatum, ut dum cosmica decreta secundum Pythagoreos potissimum mente informata tecte significavit, una eademque opera scenam dramaticis ornatu poetico ad verisimilitudinis speciem delecto adumbraverit. Ex quo sponte consequitur, ut non omnia atque singula curiosius rimanda et ad philosophiae subtilitatem exigenda sint. Valent enim in his non pauca ad verisimilitudinem tantum poeticam, quum per se cum interiore sapientiae doctrina minus coniuncta sint. Verum satis de his, quae tamquam per occasionem clarius illustranda putavimus; revertimur iam eo, unde paullulum deflexit disputatio. Vidimus igitur hactenus, verum esse quod supra iudicavimus, vel gravissimos philosophiae locos in hac Socratis oratione ita esse expositos, ut quamvis saepe aliud quid agi videatur, tamen omnia denique philosophi amoris descriptioni sollertissime attemperata sint. Nec vero aliter existimandum de reliquis est. Etenim eodem certe referuntur etiam ea, quae p. 248. A. sqq. de varia animorum sorte et fortuna exponuntur, in

quibus philosophus sine dubio rursus duces habuit Pythagoreos, ex quorum doctrina de animorum migrationibus etiam Tim. p. 92. A. B. De Rep. X. p. 617. E. al. profecit. Quod enim ibi docetur, animos ingruente paullatim vi cupiditatis intemperantius et languescente in dies magis rerum divinarum appetitione a vitae divinae studio tandem defecisse et alios aliam sortem pro merito nactos esse, ostenditur ea ratione, quae fuerit animorum tamquam transitio in vitam mortalem, ut iam plane intelligantur origines facultatis res divinas etiam in vita terrestri cognoscendi, sine qua amor divinus, qualem philosophus adumbravit, certe nullus cogitari potest. Quippe docetur iis tantum animis corpora humana intrare per legem divinam concessum esse, qui in vita superiore aliquid veri conspexerint atque idearum formas ac species rite iungere ac discernere didicerint, hoc est, dialecticae leges hauserint ac perceperint. Nimirum inde tota suspensa est idearum recordatio, ex qua manat omnis divinae veritatis amor adeoque omnis philosophia, cuius ortus p. 249. A. — D. etiam fabulose describitur. Neque vero nihil ad collustrandas divini amoris rationes confert, quod p. 248. D. E. sqq. eorum, qui vitae humanae curriculum ingrediantur, novem constituuntur genera, prouti divinae veritatis memores permanserint, quodque ibi philosophi principem locum obtinere iudicantur iisque proxime subiiciuntur boni principes ac magistratus, utrisque autem postremo opponuntur tyranni ac sophistae. Intelligitur enim exinde, etiam in vita humana philosophos amatores praestare ceteris mortalibus omnibus, ut philosophiae studiosis tandem etiam dignitas sua vindicetur. In quo rursus dignum est animadvertere Platonem Pythagoreorum legisse vestigia. Nam primum quidem apertum est novem ista vitae civilis genera, quae constituuntur, ad amissim respondere denis animorum circuitibus a philosopho constitutis, quandoquidem decimus cursus verissime est neglectus propterea, quod postremo circuitu animi probi ac sinceri absoluta vita inferiore in coelum revertuntur tamquam in domicilium suum atque proprium. Pythagoreos autem novimus non modo numerum denarium pro summae perfectionis signo et argumento habuisse, verum etiam universi

mundi circuitum sive periodum fatalem denis annorum millibus absolvi statuisse, quibus exactis nova rursus mundi periodus exordiretur. v. Meurs. Denar. Pythagor. p. 109. Holsten. ad Porphy. Vit. Pythag. p. 25. sq. cum quo placito illud de magno anno cognatum est, quod attigimus Commentar. ad Tim. p. 39. E. Praeterea vero etiam illud nescio quid Pythagorici redolet, quod philosophi in vita humana ac civili societate primum locum occupare et post hos proxime prudentes civitatis et reipublicae rectores sequi iudicantur. v. ad Politic. p. 294. A. sqq. Nempe sequutus est Plato in hoc iudicio plane eandem rationem, quam postea etiam in scribendis amplissimis operibus de optima civitate ac de legibus optimis tenuit, in quorum altero philosophi legibus omnibus superiores, altero sapientes magistratus bonis legibus suffulti ac sustentati reipublicae imperium exercent.

Verum haec quidem de priore orationis Socraticae parte, in qua manifestum est amoris divinae ortum, naturam, rationem denique, ita illustrari, ut una eademque opera etiam universae philosophiae tamquam sacraria pandantur. Nec vero quisquam erit, qui de argumento posterioris orationis partis, quae inde a p. 249. D. exorditur, rebus omnibus rite perpensis aliter sentiat, in qua certe ne utriusque eloquentiae tantum exemplum aliquod ob oculos ponitur, sed serio atque graviter id agitur, ut qualis amor divinus in vita terrestri emergat, dilucide exponatur. Id quod unicuique magis fiet perspicuum, ubi, quid ibi ostendatur atque demonstretur, paucis dispexerimus. Docetur autem ante omnia luxuriante prope oratione, quomodo hic in vita mortali ad spectu pulchritudinis in corporibus radiantis memoria divinae pulchritudinis resuscifetur eoque divinus ille amor, qui p. 250. E. diligenter ab humilibus lubricinis turpitudine distinguitur, in animis mortalium accendatur p. 249. E. — 252. D. Quo facto describuntur deinde varia huius amoris genera, quandoquidem ille multiplex admodum et varius esse iudicatur, prouti in coelesti vita deorum imitandorum rerumque divinarum cognoscendarum studium diversum extiterit, vindicaturque simul primarius locus amori philosopho, p. 252. E. — 253. C. Tum vero sollertissima opera vividisque coloribus depingitur

gravissima pugna et contentio, qua rationi, sive auri-gae currus alati, in amore divino colendo atque tuendo cum cupiditatibus et affectibus vehementioribus conflictandum sit; quae pars operis sicuti orationem habet paullo luxuriosiore, ita etiam egregie comparata est eo, ut clare appareat, quanto certamine saepe opus sit, ut melioris naturae nostrae dignitas ab turpi affectuum et cupiditatum humilitate tuta praestetur atque e pugna gravissima, quae ipsi subeunda sit, victrix discedat, p. 253. D. — 255. C. His autem expositis etiam vis et efficacitas illustratur, quam sincerus ille et ad divina conversus amor in nutriendo atque propagando celsioris sapientiae studio etiam apud amoris socios et consortes habeat. c. p. 255. C. — 256. A. atque laudibus elegantissimis praedicatur eorum beatitas, qui superata vi cupiditatis sapienter inter se ament, quippe qui non modo in hac vita mortali praestantissimis sapientiae ac virtutis muneribus potiantur, verum etiam post mortem vitae diviniore denuo participes futuri sint; p. 256. A. B. Iam vero his elegantissime illustratis denique etiam de aliis amoris generibus breviter admonetur. Discernitur enim primum ab amore philosopho amor ille, qui licet cum honoris studio coniunctus sit, tamen quoniam a germano sapientiae studio sit alienior, facilem lapsum ad peccandum habeat. Qui tamen amor iudicatur non omnino laude sua carere, siquidem coniunctus sit cum facultate celsioris amoris aliquando suscipiendi, quae etiam praemiorum post mortem consequendorum spem faciat; p. 256. D. E. Praeterea vero etiam ab illo dignoscitur ac secernitur is amor, quem Lysias oratione sua laudare non verecundatus est, qui familiaritatem amore carentem sectetur temperantiam praetextens, et illiberalitatem et humilitatem, quam vulgus pro virtute venditet, in animis gignat, ut eum, qui ipsi indulgeat, post mortem fortuna parum fausta maneat; p. 256. E.

Haec igitur omnia ubi uno tamquam mentis oblatu consideraverimus, certe nemo quisquam dubitaverit, quin argumentum huius orationis non aliorum nisi eo pertineat, ut amor divinus ex nativa animorum vi atque indole atque mundi intelligibilis ac vitae divinae cum mundo hoc ad spectabili et vita mortali nexu et cohaerentia declaretur eaque ratione

ultimus omnis philosophiae fons tanquam recludatur et in clariore luce collocetur. Sed haec quidem de huius orationis materia deque eiusdem cum philosophiae doctrina et ratione necessitudine. Pergimus ad considerandas duas priores orationes amatorias, quandoquidem etiam videndum est, quanam illae quoque argumenti necessitudine cum universi dialogi summa contineantur. De qua quidem re paucis defungi licebit.

Videmur enim non iniuria ita statuere et iudicare, ut in iis imaginem quandam amoris perversi ac depravati divino amoris tanquam e regione positam exhiberi existimemus, unde illius excellentia etiam clarius perspiciatur. Quod quale sit, facile ex postremis verbis orationis Socraticae modo dilucidatae intelligi licet. Videtur enim Plato proximum locum post philosophum amorem ei amoris generi concessisse, quod inter populares suos vulgo pro honesto ducebatur, quandoquidem putabatur ad virtutem civilem augendam atque confirmandam plurimum valere. Id quod ipse non obscure significavit p. 256. D. E. ubi illius descriptio exhibetur. Voluit autem sine dubio inter utrumque hoc genus amoris idem discrimen intercedere, quod obtinere statuit inter virtutem germanis philosophis propriam atque virtutem civilem, quam vocavit *πολιτικήν* vel *δημοτικήν*. Nam virtutem, quam unis tribuit sapientibus, ex absolutae veritatis scientia et cognitione efflorescere ideoque ab opinionis incertae levitate et inconstantia liberam esse iudicavit; civilem autem virtutem oriri arbitratus est ex bona morum disciplina et honesta vitae communis consuetudine legibus et institutis fundata atque confirmata. Quamobrem civilem virtutem, quamvis admodum laudabilem illam et privatim pariter atque publice utilissimam, tamen virtute ex scientia oriunda eaque suffulta multo duxit imperfectiorem, ut etiam illiberali subinde commodorum, utilitatum, voluptatum denique et iucunditatum studio inservire posset. De quibus omnibus exposuimus ann. ad Phaedon. p. 68. C. ed. 3. Similiter igitur philosophus etiam de amore illo populari sensit, vulgo pro virtutis civilis praesidio et adiumento habito. Quem etsi utpote *φιλότιμον* (p. 256. C.) adeo non contemnendum aut honore indignum esse censuit, ut etiam doctrinae suae

amatoriae rationem ad illius similitudinem conformasse videatur, tamen quoniam esset a philosophia alienus (p. 256. B. C. *εάν δὲ δὴ διαίτη φορτικώτερη καὶ ἀφιλοσόφω, φιλοτίμω δὲ χροῖσονται*) et mera opinione (*δόξη ὀρθῆ*) niteretur, parum firmitatis et constantiae habere arbitratus est, ut etiam facilem lapsum ad deteriora admitteret atque sordido et illiberali commodorum et utilitatum studio et cupiditate contaminari posset. Quam in rem contulisse iuvabit Symp. p. 185. B. C. D. De Rep. IX. p. 573. C. sqq. Legg. I. p. 656. C. sqq. Atque haec ipsa causa est, cur qui in Symposio de amore verba faciunt, ii fere omnes in praedicandis commodis et utilitatibus versantur, quae inde in rem privatam atque publicam redundare queant. Nempe tantum abest, ut illi celsioris ac divinioris amoris certiolem teneant notitiam, ut ne honesti quidem amoris eiusque publice probati rationes satis cognitae ac perspectae habeant. Tale vero etiam illud est amoris genus, quod philosophus in Phaedro duabus prioribus orationibus amatorias deformavit. Quippe finxit in hoc libro Lysiam tam humiliter et abiecte sentientem, ut non modo mentem nusquam ad celsiorum rerum cogitationem attollat, sed ne vulgaris quidem amoris honestatem ullo modo assequatur ideoque per omnia de viliori et humiliore amore cogitet, qui, ut Socrates p. 243. C. arbitratur, laxis potius et calonibus quam ingenuis hominibus dignus videri debeat. Atque hanc ipsam ob causam arte callidissima a Platone ita est institutum, ut ille argute ostendere conetur melius esse non amantibus quam amantibus gratificari. Quod tamen dum isto modo peragit, propter sentiendi humilitatem eo usque delabitur, ut malis indulgens argutiis quum de amore disputet, amatoribus amoris affectum eripiat, atque simulata temperantia callidi veteratoris more puerum, quem compellat, tecta cum nequitia ad amandum pellicere studeat. Quali quidem amori quoddam pretium statuendum sit, dilucide exponitur p. 256. E. ubi Socrates posteriore oratione sua finita haec addit: „Haec tanta, inquit, o puer, et tam divina (munera) tibi largietur utrinque amatoris amicitia; sed *familiaritas* (*οἰκειότης*) eius, qui non amat, mortali temperantia permixta, (i. e. adulterata) *mortalia* tantum

eaque *parca* dispensat et in animo gignit *illiberalitatem*, quam vulgus ut *virtutem* praedicat, eoque efficit, ut novem ille milia annorum circa terram volutetur et sub terra dementia captus sit. Itaque manifestum est Lysiae orationem eo valere, ut quanto intervallo vulgaris amor, plane a philosophia aversus (p. 257. B.), quoniam miserrimae depravationi sit obnoxius, a divini amoris virtute ac praestantia distet, illustri exemplo declaretur, eademque opera etiam in iis arguatur ingens quaedam animi humilis et abiecti turpitudine, qui, licet artis et scientiae speciem prae se ferant, tamen non modo non capiant celsioris sapientiae studia et consilia, verum etiam salutaria vitae communis instituta parum recte aestiment et pravis animi cupiditatibus pariter atque pusillae mentis argutiis depravent atque contaminent. Ex quo ipso sponte intelligitur hoc consequi, ut etiam divini illius amoris, quem sapientes colunt, dignitas et praestantia luculentius emergat clariusque perspicatur. Atque haec si recte ita a nobis iudicata sunt, certe nec obscurum erit, cur Socrates quoque eundem illum amorem priore oratione sua celebret, utpote a Phaedro coactus praeter suam voluntatem de eodem argumento verba facere. Nimirum huius quoque oratio non aliorum pertinet; sed propositum ei tamen simul hoc est, ut vitiatum amoris humilitas ac turpitudine etiam certius demonstraretur. Quod qua ratione efficiatur, satis apertum est. Etenim primum quidem ille non sine festiva cavillatione sophistarum, vocabulorum originatione in definiendo prave abutentium, p. 238. B. C., vim et naturam istius amoris accuratius describit, ut iam tandem constet, quid de eius ortu atque fonte existimandum sit. Deinde etiam de argumento proposito clare magis et perspicue exponit, vitatis nugis sophisticis, praesertim quum dicendi materiam apte describat. Docet enim ordine deinceps, amantes primum animis (p. 239. C. D.), deinde corporibus (p. 239. E. sq.), denique etiam externae vitae bonis atque felicitati (p. 239. E. — 241. C.) eorum, quos amore suo complectantur, mirum quantum officere et nocere: in qua partium descriptione, nuper a quibusdam criticis mirifice neglecta, philosophus manifesto celeberrimam

illam bonorum divisionem ob oculos habuit, qua, sicuti est Plat. Legg. III. p. 697. B. C. *πρῶτα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθὰ, δευτέρα τὰ περὶ τὸ σῶμα, καὶ τρίτα τὰ περὶ τὴν οὐσίαν καὶ χορηγὰτα* discernabantur; quam quidem bonorum partitionem iam Pythagoreis placuisse ex Fragm. Archytæ ap. Stob. Serm. I. Iamblich. Protrept. p. 64. et p. 74. ed. Kiessl. intelligitur, postea etiam ab Academicis et Peripateticis celebratam esse constat ex Plat. Gorg. p. 477. B. Legg. l. c. al. Aristot. Eth. I. 8. Diog. Laert. III. 80. et 81. Sext. Empir. Pyrrhon. Hyp. III. 180. Cicer. Acad. I. 5, 19. sqq. I. 6, 22. De Fin. II. 21, 68. III. 13, 43. Tuscul. v. 27, 76. Offic. III. 16, 28. ubi memorantur incommoda vel externa vel corporis vel etiam ipsius animi; Invent. Rhetor. II. 59. Partit. 22, 74 sq. al. Sed istud quidem per occasionem; redimus ad rem propositam. Versatur ergo Socratis quoque oratio prior in rimandis eiusdem amoris rationibus, quem Lysias oratione sua praedicavit, sed versatur sic, ut rei obscurae nec satis ab illo declaratae plus lucis affundatur perspicuitate et sententiarum et verborum adhibita. Haec autem omnia si vere sunt a nobis exposita, quid de utraque oratione ista, tam Lysiana quam Socratica, habita ratione argumenti, in quo tractando versantur, existimandum sit, ad iudicandum haud sane difficile est. Opponitur enim in iis amor ille civilis isque turpibus cupiditatis atque argutae caliditatis studiis depravatus divino amori, quo quam clarissime appareat, quanto ille intervallo ab huius sublimitate atque celsitate remotus sit et quantopere animi magnitudo philosophorum in contemplanda divina veritate occupatorum antecellat humilitati eorum, qui, quum in studiis oratoriis ac sophisticis versentur sedulo, tum animos suos ad rerum vulgarium, humilium ac sordidarum cogitationem deiecerint. Ex quo profecto omnibus debet esse perspicuum, quam coniunctione ambae istae orationes, ubi spectamus earum tamquam sylvam et materiam, cum universi Phaedri corpore cohaerere existimandae sint.

Sed quum illae ad philosophiae vim rationemque patefaciendam atque illustrandam sollertissime comparatae sint, tum valent etiam ad rhetoricam humilitatis atque vanitatis coarguendam, quandoquidem

earum exemplo demonstratur, veram dicendi vim ita demum existere, si orationi ab animo divinitus concitato et celsarum rerum studio et cogitatione pleno tamquam vita et spiritus accedat, ita ut summum philosophandi fontem in divino amore positum eundem illum esse doceatur, a quo omnis dicendi vis manare existimanda sit. Considerantes enim paullo diligentius omnem Lysianae pariter atque prioris Socraticae orationis dictionem facile animadvertemus, illas utique, sive sententias, quae insunt, sive verba et elocutionem, quam habent, spectemus, mira quadam laborare tenuitate, ieiunitate, languore denique, ut prope exsanguis et vitali spiritu destitutae videantur. Nam Lysiana quidem declamatio fere humi repit; res quotidianas ac sordidas rimatur; frigidas captat argutias, dum artificiosa vel ingeniosa videri vult; parva et humilia, imo etiam abiecta atque turpia consecatur; denique in summa laudis oratoriae affectatione tamen revera vi dicendi omnino caret. Quippe habet ea nihil quidquam, quod aut mentem erudiat aut animum moveat aut studium et voluntatem ad meliora flectat atque dirigat. Nec vero multo alia ratio est prioris orationis Socraticae. Quae etsi caret vitiis illis dialecticis, quibus referta est Lysiae declamatio, tamen quoniam in eodem amoris genere atque Lysiana oratio versatur planeque idem argumentum tractat, ipsa quoque est admodum languida, arida atque humilis nec usquam altius assurgit, licet Socrates identidem celsiorem quemdam spiritum ac deorum afflatum simulet; id quod non sine callida irrisione ita ab eo fieri satis apertum putamus. Nimirum vera parens eloquentiae vita et spiritu animatae et in animis hominum vere efficacis est mens gravium dignarumque rerum sensu et cogitatione referta; qua si quis careat, nae, is, etiamsi omnia dicendi artificia in numero habeat, tamen nihil usquam magni et praeclari, nihil quod animum vere moveat et ad rerum sublimium celsarumque meditationem evehat, ullo modo efficiet, haerebitque potius in luto, unde etiamsi emergere committatur, tamen sese non possit altius attollere. Cuius sententiae testimonium ipse quoque Socrates exhibet. Is enim ubi de re humili, sordida ac parum verecunda invitus dicere coactus est, licet vitia a Lysia in dialecticis admissa

prudenter vitet omniaque sollerter ac subtiliter exponat, tamen vel sic nihil in medium afferre potest, quod vim habeat in commovendo animo aut mentem ad graviorum rerum meditationem traducat. Longe vero alia ratio est alterius orationis ab eodem Socrate habitae, quae ab ipso tamquam palinodia quaedam superiori opponitur. Etenim hanc ubi vel leviter cum illis superioribus comparaverimus, continuo animadvertamus necesse est, propositum esse in ipsa perfectae et consummatae prope eloquentiae exemplum, unde non modo de antegressarum declamationum pretio iudicium repetere liceat, verum etiam perspicue intelligatur, quid denique illud sit, unde oratori non modo artis laus sed etiam dicendi vis et efficacia ducenda sit. Expressam enim in ea cernimus speciem et imaginem animi non humilis et abiecti, non rerum quotidianarum aut vilium tamquam coeno demersi, sed magni atque celsi, sed vere elati et divinitus ad summa quaeque concitati, qui quemadmodum ipse sentit magnificentius, ita etiam apud alios dignitatis et magnitudinis sensum et admirationem movet. Quocirca sermo verbis ultro ad rerum, de quibus agitur, amplitudinem accommodatis non est ieiunus et languidus, non humilis ac depressus, non denique exilis et inanis, sed uber et copiosus, celsus et magnificus, sublimis et diviniore spiritu plenus, ita ut vel in diligentissimo verborum delectu et in singulari quadam sententiarum elegantia et ornatu tamen ubique emineat admirabilis animi ingenique altitudo atque is mentis ardor, qui nullis usquam rerum tractandarum difficultatibus aut retardetur atque minuatur aut penitus restinguatur. Nempe est haec profecto vis et potentia animi philosophiae beneficio nutriti eiusque opibus altius elati, ut, remota cogitationum exilitate, sive ea ab humilitate sentiendi sive ab artis ieiunae tenuibus ac siccis praeceptionibus ducat originem, semper orationem pariat gravem, disertam, dignitatis plenam, dummodo philosophia ipsa sit, sicut philosophia Platonis, viva quaedam sapientiae nutrix atque parens neque aridis spinosarum disputationum dumetis conclusa. Quamobrem vix indiget, opinor, demonstratione, quod iam ultro patere arbitramur, esse hanc alteram Socratis orationem a superioribus orationibus ita diversam, ut per eam

certissime edoceamur, quantum referat, ut dicentis animus rerum magnarum sensu et cogitatione moveatur neque ad vulgarium et humilium rerum meditationem adhaerescat. Ad haec vero etiam illud accedit, quod in eadem illa nec dialectica subtilitas ullo modo desideratur, ita ut, quae laus eo nomine superiori Socratis orationi debetur, ea certe huic quoque plena et cumulata tribuenda sit. Etsi enim ea provocante vel materiae magnitudine vel animi motu et elatione non raro exurgit altius, ut reliquarum orationum humilitati paene insultare petulantius videatur, estque omnino ornatior, luxuriosior, et veneribus poeticis insignior, quam ieiunis artis magistris in pedestrem orationem convenire visum est; tamen eadem conspicua item est admirabili definiendi diligentia, partiendi subtilitate, argumentandi perspicuitate, denique disserendi sollertia, ut ipse Socrates hac ipsius virtute p. 265. B. non temere gloriari existimandus sit. Sed istae quidem dialecticae laudes quum ipsi fere communes sint cum superiore oratione Socratica, tum ea hac in parte sibi etiam proprium quiddam et peculiare habet, quod cum illa ipsa sensuum et cogitationum magnitudine, qua ipsam excellere vidimus, arctissimam habet copulationem. Etenim in priore Socratis oratione quum dialectica unice ad cernendas iungendasque meras mentis humanae notiones valeat, tum eadem illa hic traducitur ad vim naturamque rerum divinarum, quae vi sua constant atque per se absolutae sunt, explorandam atque illustrandam. Ex quo sponte apparet esse eam in superiore Socratis oratione mere Socraticam, in posteriore plane Platoniam, quandoquidem Plato ipsam voluit non notionum tantum sed idearum exploratricem esse, cuius unius ope ad veritatis aeternae scientiam et cognitionem perveniretur. Quocirca paene re ipsa edocemur, quod antea vidimus etiam alio modo indicatum esse, dialecticam cum divinae veritatis sive idearum studio et amore indissolubili sane vinculo copulatam esse, ut ambobus demum in unum coniunctis non modo philosophiae ratio ac disciplina, sed etiam ars rhetorica absolvatur atque consummetur.

Sed haec quidem de parte Phaedri priore, quae tres orationes amatorias complectitur. Quibus ita expositis certe non iam amplius obscurum fore spe-

ramus, quorsum denique spectent quae in ea sunt exposita et quamnam ea cum toto opere habeant conjunctionem. Apparet enim, opinor, clarissime, tam philosophiae quam rhetoricae in ea ita habitam esse rationem, ut et illius fontem primum in rerum divinarum amore divinaeque veritatis intuendae cognoscendaeque facultate animis nostris divinitus tributa quaerendum esse doceatur, et huius vim omnem manare oportere demonstretur ab animi rerum coelestium studio et cogitatione sursum elati generosa magnitudine. Quod si ita est, esse autem ita, neminem certe dubitare sinent ea quae disputavimus, intelligitur profecto, id quod maxime intelligi volumus, Platonem in hac parte operis docuisse, amorem divinum, longe illum praestantiorum amore vulgari, utpote et per se deteriore et cupiditatum depravationi vehementer obnoxio, et philosophiae esse parentem, quippe qui animum ad idearum studium perpetuo incendat atque generosis celsarum et magnificarum rerum sensibus et cogitationibus repleat, et verae eloquentiae existere fontem, ex quo uno omnis eius vis manare debeat.

His vero ita disputatis iam aggrediamur etiam ad lustrandam posteriorem libri partem, quam item paucis dilucidavisse iuvabit. Quemadmodum autem in superioribus vidimus amorem divinum eum deformari, qui animum perpetuo inenarrabili quodam idearum sive divinae veritatis desiderio moveat ideoque a vitae communis humilitate ac turpitudine avocatum ad maiorem quandam altitudinem sentiendi et cogitandi attollat, ut etiam rhetorica illius demum motu atque spiritu suscepto vim nancisci aliquam in dicendo possit; ita toto hoc loco, qui inde a p. 257. C. usque ad exitum sermonis explicatur, imprimis dialecticae vim et praestantiam ostendi et in clara luce collocari arbitramur, cuius certe natura atque virtus omnis ita illustratur, ut eam unam optimam veri intelligendi, disquirendi, iudicandi, explicandi atque docendi artem ac disciplinam esse appareat, sine cuius ope ars rhetorica nulla sit. Ex quo sponte intelligitur in hac operis parte imprimis dialecticam describi, quemadmodum in parte libri priore amor philosophus illustratus est. Est autem operae pretium diligenter animadvertere, quo artificio philosophus hanc rem tractaverit. Quod

quoniam a plerisque male neglectum est, evenit quod sane evenire necesse fuit, ut de huius quoque loci argumento sinistre iudicaretur, siquidem plerisque videre licet in ea fuisse opinione, ut nihil aliud hic agi putaverint, nisi hoc unum, ut ars rhetorica inertiae et vanitatis vincatur. At enimvero re diligentius considerata nemo certe dubitabit, quin Plato in his longe maius quiddam spectaverit. Is enim dum inscitiam artis oratoriae demonstrat et castigat, simul artis dialecticae vim virtutemque omnem ita patefacit et illustrat, ut id unum maxime ipsi propositum fuisse utique existimandum sit. Etenim scite et eleganter philosophus dialecticam et rhetoricam eo modo in certamen commisit, ut denique illa victrix inde discedat. Hoc autem dum ita peragitur, non tantum rhetorices vitia acutissime monstrantur, sed etiam dialectica data opportunitate variis ac diversis locis quasi articulatim et secundum membra sua depingitur, donec tandem integrum tamquam corpus ipsius in conspectum prodeat. Quamobrem iuvabit dispexisse paullo accuratius, quid singulis locis quum de rhetorica statuatur, tum imprimis ad artem dialecticam describendam atque illustrandam afferatur in medium. Quo facto quid de universi loci compositione deque primario ipsius argumento existimandum sit, facile diiudicari poterit. Tractatur autem tota res ordine deinceps eo fere modo, ut, dum docetur, et rerum inventionem et aptam sententiarum dispositionem atque explicationem et vim persuadendi et idoneam docendi rationem arti oratoriae ab una philosophia petendam esse, quid dialectica in his omnibus valeat, ordine deinceps doceatur. Quod qua ratione fiat, quoniam in universum iam in dialogi enarratione ostendimus, nunc ita demonstravisse sufficiet, ut quomodo dialecticae imago adumbretur atque describatur, singulari opera ostendere conemur. Itaque primum quidem inde a p. 159. D. vulgari rhetoricae laus scientiae sive materiae, de qua dicendum sit, idonea cognitio eripitur, eaque occasione ostenditur dialecticae hanc tamquam sylvam esse subiectam, ut tota ad scientiam rerum veritatis pertineat. Etenim quum rhetores plerique omnes, imprimisque Tisias et Gorgias, ut supra ostendimus, τὰ εἰκότα, verisimilia, iactavissent

ideoque in dicendo, sprete veritate, unam verisimilitudinis speciem aucupandam esse statuissent; ante omnia haec ipsorum opinio refellitur, ostenditurque, rhetoricam, si unam verisimilitudinem sectari velit, secum ipsam egregie pugnaturam esse, quippe quum ipsa non modo neglectis boni et mali, turpis et honesti, utilis et inutilis discriminibus turpissima scelerum et flagitiorum administra exitura esset, verum etiam sine veritatis cognitione ne verisimilitudinis quidem rationes ullo modo esset assecutura; p. 259. E. — 262. C. Hoc vero dum ita ostenditur, una eademque opera etiam supremum dialecticae munus et officium designatur, quod omnino pertineat ad vim naturamque rerum explorandam atque cognoscendam, ideoque ad idearum cognitionem referatur, sicuti iam in Socratica oratione posteriore p. 249. B. sqq. coll. p. 237. C. indicatum fuit. Itaque primum, quod hac disputatione edocemur, hoc est, ut dialecticam referri ad veritatem cuiusque rei cognoscendam intelligamus. His vero disputatis proceditur deinde etiam ad aliud quid, quod pertinet ad illustrandam viam et rationem, quam dialectica in fungendo munere et officio suo ingredi soleat. Docetur enim deinceps etiam hoc, rhetoricam quia non solum scientia veritatis careat, sed etiam artis experta sit, in rerum dispositione atque expositione destitutam esse praestantissimo illo veri cognoscendi praesidio et adiumento, cuius unius ope res accurate definiri, notiones earum rite iungi ac discerni, denique membra apte describi, disponi, explicari, illustrari queant; p. 262. C. — 268. A. Quo quidem loco continuo alterum explicatur, quod dialecticae proprium esse censei debeat. Describitur enim ratio atque via, quam ea in obeundo munere suo gravissimo inire ac tenere soleat. Quocirca disputatione admodum subtili atque copiosa inde a p. 265. D. sqq. ostenditur, propriam ipsi esse analyticam et syntheticam, quam fere appellant, veri exquirendi rationem, qua nemo carere possit, qui aut ipse verum cognoscere aut ab aliis illud cognosci velit. De quo quidem dialecticae munere quoniam iam in superioribus secundum Platonem explicavimus, hoc loco ut pluribus exponatur, neququam opus videtur. Pergimus igitur ad tertium quiddam. Ostenditur

enim inde a p. 268. A. artificia rhetorica, qualia vulgo iactentur, parum aut nihil in permovendis animis posse propterea, quod nihil eo valeant, ut aut universa rei cuiusque, de qua dicendum sit, natura perspiciatur, aut varia orationis genera, pro varietate ingeniorum singulis adhibenda, rite distinguantur. Cuius rei facultas p. 269. B. C. uni vindicatur dialecticae omninoque philosophiae. Haec enim sola esse indicatur, quae, dummodo idoneum naeta ingenium sit, tum interiorem rerum pariter atque animorum naturam patefaciat, assumpta etiam totius mundi contemplatione, tum variis et orationum et animorum generibus distinctis quam clarissime doceat, quae nam orationes quibus animis quo tempore et loco admovendae sint, eaque in re constanter illud sequatur, ut non vana et inanis captetur verisimilitudinis species, sed veritatis rationes diligenter observentur, ideoque, sicuti fas sit, ea proferantur, quae, si non hominibus, at certe diis immortalibus, rerum humanarum dominis, grata sint et accepta; p. 268. A. — 274 A. Qua quidem disputatione quemadmodum confirmantur superiora, quibus demonstratum est dialecticam et in cognoscenda rerum natura et in iungendis atque cernendis ideis versari, ita etiam supremus finis designatur, ad quem ea denique contendere debeat. Iam vero his omnibus postremo etiam quartum quiddam adiicitur, quod et ipsum ad patefaciendam dialecticae vim ac virtutem plane comparatum est, quandoquidem ad eius usum et exercitationem pertinet. Quum enim rhetorica, qualem supra cognovimus, etiam scriptionibus orationum plurimum tribueret iisque mirifice superbiret; inde a p. 274. B. etiam litterarum scriptura, quae invaluerat, ita taxatur, ut gravi ac diserta disputatione ostendatur, quanto sit praestantior vivi et animati sermonis quam mutarum litterarum usurpatio. Quocirca primum quidem usum litterarum hoc mali habere significatur, ut memoriae vim obtundere adeoque animis hominum vanam sapientiae opinionem, vero sapientiae studio utique inimicam, ingenerare existimandus sit. Deinde vero etiam docetur, scriptae orationis nullam aliam fere esse utilitatem, nisi hanc, ut valeat ad commonitionem et recordationem, quandoquidem ad cognitionem ideo minus apta vel utilis cen-

senda sit, quia vita atque spiritu careat, quo animus atque mens ad scientiam adipiscendam sanequam indigeat. Quo quidem nomine unice probantur atque laudantur sermones philosophorum, quippe quibus unis maxime id efficiatur, ut in colloquentium animis gignatur veri, boni et pulcri scientia viva atque perpetua, quum unus dialecticus is sit, qui primum quidem uniuscuiusque rei, de qua dicendum sit, vim et naturam perspectam habeat; deinde quidque possit definiendo explicare ac describere; tum eadem rursus secundum genera et formas apte dividere didicerit; denique etiam ea, quae dicenda sint, pro rerum ipsarum varietate variis discentium animis et ingeniis accommodare consueverit; p. 277. B. C. — Etenim scriptam orationem nihil aliud esse ostenditur nisi germanam quamdam orationis ore prolatae sororem et adumbratam huius imaginem (p. 276. A. *λόγος ἀδελφός γνήσιος* et *εἰδωλον τοῦ τῶν εἰδότηων λόγου*), quae ad recordationem quidem et ad generosam quamdam animi oblectationem valeat, sed ad scientiam nihil fere possit, ut vivis sermonibus a dialectico usurpari solitis longissime postponenda videatur; p. 276. B. — 277. C. Quamquam litterarum scriptura non plane ac simpliciter contemnenda iudicatur. Laudabilis enim censetur esse, si non persuadendi, sed docendi caussa suscepta et cum veritatis scientia coniuncta sit, ita ut scriptor perspecta rerum natura causas et rationes eorum, quae litteris mandaverit, idoneo modo reddere queat; p. 277. E. — 278. C. Quin etiam ille, qui vel orator vel poeta vel legum auctor talis extiterit, ut eorum, quae in litteras retulerit, rationem afferre et causam agere possit, longe magnificentiore nomine, quam quod de more gerat, dignus esse dicitur, ita ut, si non sapientis at certe philosophi sive viri sapientiae amantis laude condecorandus videatur; p. 278. C.

Haec igitur est summa eorum, quae posteriore libri parte sunt exposita. Quae quidem omnia ubi iam uno tamquam mentis obtutu contuemur, certe non videtur ullo modo dubium aut controversum esse posse, quoniam ea vinculo cum universo dialogi corpore contineantur et quid ad illud absolvendum valeant. Est enim manifestum, hic ita esse institutum, ut, dum rhetorica inertiae vincitur, dialecticae virtus

et natura eo modo aperiatur, ut eam unam praestantissimam et intelligendi atque iudicandi et dicendi docendique auxiliatricem atque magistram esse appareat ideoque etiam cum amore divino indissolubili vinculo nexam atque copulatam. Nam quod amator philosophus unice sibi expetit, idem etiam dialectica habet propositum, quae id unum maxime studet efficere, ut quaerendo, disserendo, colloquendo, docendo denique in animis colloquentium veritatis scientia atque cognitio perpetuo gignatur, augeatur, atque propagetur, sicuti imprimis etiam docetur *Sympos.* p. 204. — 209. D. Itaque sponte intelligitur, in hac quoque sermonis parte philosophiae pariter atque rhetoricae habitam esse rationem, idque eo modo, ut philosophiae princeps locus concessus sit. Nam etiamsi prima specie, forma dialogi atque compositione considerata, id unum maxime agi videatur, ut rhetorices inertia et inscitia arguatur, tamen qui rerum tractatarum dignitatem atque gravitatem momenti suis ponderaverint accuratius, ii certe minime dubitabunt, quin disputationi de dialecticae vi et natura tamquam primae tribuendae sint.

Exposuimus tandem de duabus libri partibus, unde totum ipsius corpus, ubi a scenico eius ornatu discesserimus, compositum et conflatum est. Quo negotio peracto sequitur nunc, ut de universi libri argumento et summo consilio breviter sententia ferenda sit. Quod quidem iam aliquanto tutius fieri poterit, quam supra a nobis factum est, quo loco quid nobis videretur, tamquam praesignificavimus, quandoquidem accuratius nunc cognitam habemus sententiam ac mentem philosophi in singulis sermonis locis proditam. Exploratum autem iam habemus, de philosophiae doctrina et ratione si quaeritur, in priore parte operis philosophum amorem tamquam naturalem quemdam animi humani appetitum atque motum diviniorem informari, quo homines nativa ad sapientiam indole praediti usque ad idearum contemplationem cum ipsarum comprehensione coniunctam rapiantur atque perducantur, eoque etiam spreta et contenta vitae vulgaris humilitate ad nobilem generosamque sentiendi atque cogitandi altitudinem attollantur. Exploratum item habemus, in posteriore libri parte describi dialecticam tamquam unicam veritatis aeter-

nae sive idearum animi intuitu spectatarum exploratricem, cuius opera quae olim animus cum voluptate consideraverit et apprehenderit, denique ad scientiae perspicuitatem, quam Cicerones nostri conscientiam appellare solent, explicentur, ita ut, spreta et contenta fallaci specie verisimilitudinis, cuiusque rei vis et natura veritati convenienter aperiatur atque declaretur. Ex quibus omnibus certe manifestum esse debet revera omnem philosophiae vim et ubertatem esse patefactam demonstratis eius elementis et reclusis ultimis ipsius ac primariis fontibus. Nam proficiscitur sane omnis philosophia, ut ipsum nomen indicat, ab amore rerum divinarum atque altiùs sentiendi cogitandique consuetudine cum eo consociata, qui amor animis tamquam sortito divinitus obtigit et per nativam indolem inde a primordiis suis proprius fuit. Sed hic ipse amor ut fructus efferat imprimisque etiam vitae mortali divinarum rerum scientiam et recordationem impertiatur, indiget sane auxilio dialectices, quae est veri cognoscendi instrumentum, quo philosophandi cupiditas atque studium mortalibus ingeneratum nullo modo carere potest. Nam quum ipsa idearum spectatio olim animis beatioribus concessa generum et formarum discriminationem sive idearum comprehensionem pepereit, tum etiam recordatio idearum, qua philosophiae scientia absolvitur, nulla esse potest, nisi divinarum rerum species atque formae discernantur, sicuti perspicue p. 249. B. C. indicatum est. Ex quo fit, ut dialecticus pariter atque amator divinus idem sit philosophus. Atque haec si ita sese habent, sponte profecto intelligitur in *Phaedro* utique id agi, ut omnis omnino philosophiae virtus et praestantia in clariore luce ponatur, quandoquidem ipsam, apertis eius fontibus, docetur hanc vim habere, ut non modo animos ad ideas convertat eoque ad sentiendi cogitandique altitudinem, qualis deceat sapientem, sursum evehat et attollat, verum etiam veritatis quaerendae, diiudicandae, explicandae atque tradendae facultatem afferat, ut tamquam mater quaedam atque parens coelestioris sapientiae et rerum cognitionis informata sit. Verum enimvero tantum abest ut in hoc uno insint omnia, ut philosophus etiam aliquanto ulterius processerit. Comparavit enim cum philosophia isto

modo informata rhetoricam, eamque sine philosophia nullam esse demonstravit, quoniam nec sine animi altitudine illa, quam una pariat divinae veritatis in rerum pulcritudine elucens atque radiantis contemplatio, vis dicendi nomine suo digna reperiatur, nec sine veritatis quaerendae, cognoscendae, iudicandae, docendae facultate ars et ratio dicendi ulla intelligatur. Qua quidem ratione denique omnino efficitur hoc, ut unam philosophiam esse intelligamus, per quam sensibus generosioribus cum divinarum rerum cognoscendarum desiderio coniunctis atque ideis sive notionibus tum aditus in animos nostros pateat, tum exitus inde per verba et orationem detur, quandoquidem ars oratoria, quantumvis sese iactet, tamen hoc tam grande et magnificum munus sibi iniuria arrogare soleat. Hoc igitur est, quod universo Phaedri operi tanquam ultimum atque summum propositum esse arbitramur. Pertinent igitur omnia postremo ad laudes philosophiae, quam propter causas et origines suas pro praestantissima tam alte cogitandi et subtiliter iudicandi quam digne recteque dicendi, docendi atque scribendi procreatrice atque magistra habendam esse probatur. Quae quidem laudes tanto profecto sunt illustriores atque magnificentiores, quod simul gravissimi quique omnis philosophiae loci vel breviter perstringuntur vel luculentius illustrantur; ex quo quanta sit ipsius dignitas atque maiestas, nullo negotio perspicitur.

Exposuimus tandem de re longe gravissima, cuius unius maxime gratia disputatio, quam adhuc instituimus, tota fere suscepta est. Ne tamen desideretur aliquid, quod ad propositae sententiae confirmationem faciat, etiam de ea parte dialogi, quae externum dialogi ornatum continet, breviter explicabimus, quippe paucis ostensuri, etiam apparatus scenicum talem esse, quae universi libri consilio, quale indicavimus, plane conveniat. Quamobrem primum quidem de personis colloquentium, deinde autem de tempore et loco, quo dialogus habitus fingitur, disputabimus.

Et de colloquentium quidem personis ubi quaeritur, Phaedrus pariter atque Socrates is est institutus ac deformatus, ut facile appareat, utrumque, quamvis propriis atque suis animi ingeniique dotibus conspicuum, tamen item talem effectum esse,

qualem huius operis rationes sibi maxime depoposcerunt. Etenim Phaedrus quidem natu et genere quis fuerit, sane ignoramus, de quo quae ab antiquis scriptoribus prodita sunt, paucis exceptis, plane a veritate abhorrent. Nam quod Athenaeus XI. 113. p. 505. F. narrat, eum ne fuisse quidem aequalem Socratis ideoque temere apud Platonem cum illo colloquentem induci, id tanto magis erroris nomine suspectum est, quod idem Phaedrus etiam in Protagora p. 315. et Symposio coetui colloquentium una cum Socrate interest. Nimirum bonus Athenaeus, quem constat undique cupide arripuisse quae ad Platonem calumniandum facerent, egregie falsus est iudicio suo, qui Phaedrum Platonis confuderit cum alio Phaedro natu maiore, cuius mentio iniicitur apud Lysiam De bonis Aristophan. §. 15. id quod verissime perspexerunt C. Fr. Hermann. Histor. Philos. Platon. I. p. 672. Theod. Bergk. ad Andocid. Schiller. p. 133. sq. Droysen. in Welcker. Mus. Antiqq. Rhen. III. p. 133. sqq. Nec vero quae Diog. Laert. III. 29. et personatus Lucianus Amor. T. V. p. 284. sqq. de eo memoriae prodiderunt, flocci facienda sunt. Qui quod Phaedrum scribunt ipsius Platonis παιδικά fuisse, nihil isto commento cogitari potest stultius et ineptius. Nam originem calumniae patet repetendam esse ex loco Phaedri Platonici perperam intellecto aut perversa malignitate in alium sensum detorto. Quippe compellat Socrates, Lysia rei exemplum praeunte, in orationibus suis amatoriis subinde puerum, quem fingit praesentem adesse, ut p. 237. B. C. p. 238. D. Quod ita facit etiam in oratione posteriore p. 244. A. sqq. Ibi vero priusquam dicendi initium facit, p. 243. E. haec interrogat: *Ποῦ δὴ μοι* inquit, *ὁ παῖς, πρὸς ὃν ἔλεγον;* Ad quae Phaedrus, lepide scilicet iocans ille: *Οὗτος παρὰ σοι μάλα πλησίον ἀεὶ πάρεστιν, ὅταν σὺ βούλη.* Ex quibus verbis homines temerarii protenus concluderunt Phaedrum fuisse παιδικά Platonis, qui suas ipsius partes Socrati tradiderit. De quo iudicio quid existimandum sit, nemo profecto ambigat, qui qua ratione philosophus Phaedrum cum Socrate sermocinantem fecerit, paullo accuratius perspectum habeat. Verum enim vero etiamsi de Phaedro alibi nihil memoriae proditum est, unde quis et qualis homo

fuerit, certius statuere liceat, tamen quam personam in Platoni dialogis, imprimisque in Phaedro, sustineat, satis manifestum extat. Nam in Phaedro certe talis est, qualem unum maxime universi operis rationes postulare videantur. Agit enim ibi partes potissimum duplices, quandoquidem primum personam gerit viri rei amatoriae, qualem fere informatam tenebant homines a philosophia alieniores, admodum curiosi; deinde etiam singularis cultor et admirator est rhetorum sophisticorum imprimisque Lysiae, cuius orationem summis laudibus effert; quamquam in neutro genere sapit altius aut quid pro vero et recto probandum sit, satis cognitum ac perspectum habet. Quod utrumque quale sit, paullo diligentius consideravisse non inutile erit. Est igitur Phaedrus utique homo amatorius. Quamobrem p. 227. A. vocatur σοφός τὰ ἑρωτικά. Quamquam ea in re neutiquam favet humili libidini, sed honestatis laudem sectatur; id quod perspicue apparet ex oratione illa, quam in Sympos. p. 178. sqq. recitat, ubi primum quidem Amorem ut magnum et venerabile numen maxime propter ortus antiquitatem praedicandum censet; deinde eundem ideo laudat, quia hominibus praestantissima quaeque bona largiatur, quippe quum amanti animos honesto pudore ac virtutis studio repleat, eoque ad sapientiam perducit. Quod profecto arguit eum unice probare amorem cum virtute civili coniunctum, qualem Athenis pro honesto habitum esse constat, ut haudquaquam assentiamur Ed. Wundero, qui in Philologo Schneidewin. Vol. VI. p. 692. bono Phaedro nescio quam turpem nequitiam attribuit. Atque hanc rationem certe etiam in dialogo cognomine tenet, ubi bono animo Lysiae orationem dilaudat, qui ostendere instituerit, melius esse non amanti quam amanti obtemperare, scilicet ipse non sentiens et animadvertens, Lysiam celsioris amoris nullam plane habere notitiam adeoque callide praetexta temperantiae specie revera tectam nequitiam commendare. Iam vero idem, utpote amatorius, etiam fingitur tenerioris animi, imbecillus, mollis ac delicatulus, ut etiam rerum suavium ac iucundarum sensui lubenter indulgere soleat, qualem hominem nostri fere sentimentalem vocare consueverunt. Quamobrem valetudinis suae molliter curiosus praeceptisque medi-

corum religiose obtemperans lubenter extra urbem aëris liberi salubritate fruitur (Phaedr. p. 268. A. sqq. 270 C. 229. A. coll. Symp. 176. D.) atque regionum amoenitatibus mirum quantum delectatur (p. 229. A. B. 230. B. C. 235. D. 238. D. E. 239. C.). Percellitur item facile rerum externarum impulsu ac repente ita movetur animo, si qua species ipsi insolentior oblata est, ut tantum non extra semet ipsum rapiatur (p. 236. B. sqq. al.). Atque hanc ipsam ob animi mollitudinem per facetum lusum (p. 244. A.) vocatur Myrrhinusius, Pythoclis filius, atque manifesto ut Socrate aetate aliquanto minor designatur (p. 236. D.), licet ipsum neutiquam adolescentem sed aetate proveciorem fuisse verisimile sit. Est enim et rhetoricae amicus et homo amatorius. Tuetur igitur Phaedrus, ut apparet, personam honesti quidem rei amatoriae amici, sed eiusdem tenerioris, mollioris ac delicatioris, ita quidem, ut a philosophia alienior neque Lysiae argutias ac tricas recte aestimare neque sublimiorem amandi rationem ac disciplinam ullo modo mente et cogitatione sua assequi possit. Verum idem iste homo amatorius induit etiam personam ardentioris et fervidioris artis rhetoricae admiratoris, quam et diligenter didicit et propter epidicticas orationes, imprimis Lysiacas, facit plurimi, ut etiam orationum sit cupidissimus (v. p. 228. A. 235. D. 242. A. B. 243. C. 258. E. 259. B. al.) Trivit igitur artes rhetorum (p. 273. A. B. 266. D.), oblectaturque vehementer oratoriis declamationibus (p. 228. A. et 242. A.) ut etiam in Symposio (p. 177. A.) narretur auctor extitisse, ut laudes amoris praedicarentur. Nec ignarus est ornatus oratorii ex tropis et figuris dicendi nascentis, utpote fidus rhetorum ac sophistarum discipulus in istiusmodi artificii vel imprimis dicendi laudem positam esse existimantium (p. 227. sqq. 242. B. 273. A. al. coll. Symp. 178. sqq.), maximeque in Lysia admiratur acumen ingenii (p. 227. C.), cuius declamationem amatoriam tam studiose tractavit, ut eam etiam edidicisse videatur (p. 227. A. — 228. A.). Talis igitur Phaedrus est, hoc est, et amatoriae disciplinae et artis rhetoricae cultor et admirator propemodum furiosus, cui tamen deest recte subtiliterque iudicandi facultas atque philosophiae ratio et conformatio. Qualem qui-

dem hominem nonne recte censebimus primario libri consilio, quale supra esse iudicavimus, longe convenientissime fictum et adumbratum esse? Nimirum sustinet ille profecto toto dialogo partes secundarias, quum et amoris non philosophi et rhetorices a philosopho alienae caussam tueatur, qualis persona ut prodiret in medium, plane consentaneum fuit universi libri rationibus.

Haec igitur de Phaedro. Sequitur ut de Socratis persona dicendum sit. Cui si quis quaerat quaenam partes sint demandatae, responsio in promptu est. Est enim Socrati hoc impositum muneris et officii, ut vel amatoris vere philosophi vel perfecti dialectici partes agat. Quamobrem ipse quoque est plane amatorius. Sed sectatur genus amoris celsum, magnificentum, inusitatum, quod totum pertinet ad rerum divinarum studium et cognitionem. Quod quale sit, quoniam iam supra declaratum est, hoc loco exponere supervacaneum putamus. Quoniam vero amor ipsius plane coelestis est et ad res divinas spectat, certe nemo mirabitur, quod per totum dialogum animum ostentat vere pium, religiosum, plenum sancta erga deos et res divinas reverentia atque verecundia. Quorsum praeter alia spectant illa p. 229. C. sqq. ubi Socrates acriter carpit sophistas, qui in interpretandis fabulosis popularis religionis narrationibus grassentur licentius et divina atque humana promiscua habeant, dummodo splendidis nugis et argutiis suis indulgere queant. Nimirum isto modo significat castum et intaminatum servandum esse sancti et religiosi sensum, siquidem futurum sit, ut quis purus et integer ad sacra diviniore sapientiae contemplanda aggrediatur. Eodem vero pertinent quae p. 242. et 257. A. B. perscripta leguntur. Quo loco ille sese profitetur de iis, quae priore oratione sua exposuerit, vehementer esse sollicitum, ideoque Amorem piis precibus rogat, ut, si quid dixerit numine ipsius indignum, eius sibi propitius veniam impertiatur. In quo simul aculeus in Lysiam atque Phaedrum inest, qui humilem tantum ac vulgarem amorem laudavissent; divinum atque celsiorem temere neglexissent. Neque ab hac caussa aliena sunt quae p. 279. B. C. dicuntur. Finita enim oratione vir sanctissimus ibi protenus ad deos locorum tutelares pias preces facit,

ab iisque petit, ut sibi benigne largiantur internam animi pulcritudinem; externa autem bona, si qua sibi obtigerint, animi mentisque virtuti paria efficiant. Quod quemadmodum omnino praeclare ac superioribus sermonibus plane convenienter dictum est, ita spirat nescio quam religiosam pietatem, qua imbutus esse dicentis animus. Denique huc non temere videtur morem quemdam revocare per omnem fere sermonem constanter observatum. Fatetur enim Socrates, quaecumque de amore proferat, ea accepta referenda esse instinctui cuidam animi sui diviniore. In quo tamen diligenter est animadvertendum, aliter ipsum ea in re facere, ubi de vulgari amore loquitur, aliter, ubi exponit de amore divino. Nam de vulgari quidem amore sicubi verba facit, sese simulat extrinsecus a nymphis aliisque diis locorum tutelaribus insolito quodam spiritu concitatum esse, ut p. 238. C. D. 241. E. p. 262. D. 263. D. De coelesti autem amore dicturus orationis suae caussam repetit a daemone, quod ipsum iusserit animum religione exsolvere. Nimirum ita scite urbaneque vulgaris amoris rationes ad opinionem sive *δόξαν* referendas esse significat, ut adeo de iis dicturo mentis motus et concitatio aliunde obtingere videatur. Quo nomine popularem religionem utilitati esse posse haud sane inepte statuit. Sed vulgaria ista de amore placita quoniam divinat et auguratur cum errore esse coniuncta adeoque indigna numinis maiestate; ubi ad sublimiorem accessurus est de amore sententiam, sese a daemone suo monitum esse ait, ut retractatis aliquando superioribus deo digniora in medium afferat. In quo sicuti faceta quaedam atque urbana continetur cavillatio, qua festive ridentur vulgares rhetorum de amore declamationes, ita etiam pii et religiosi animi quandam inesse testificationem nemo facile infitias iverit. En igitur imaginem Socratis, servatis primitivis proprii ingenii lineamentis, convenienter iis adumbratam, quae de divino amore ab ipso disputantur. Verum eadem illa imago certe negari non poterit quin etiam iis plane sit conveniens, quae in hoc libro exponuntur de dialectica. Etenim idem ille Socrates, qui perfecti amatoris personam sustinet, etiam perfecti et consummati dialectici summi oratoris partes agit, ut ipsi, si verum quaeri-

mus, denique ad philosophi omni laude cumulati virtutem nihil deesse existimandum sit. Nam primum quidem sermonum et audiendorum et instituendorum est longe avidissimus, sicuti exigit munus dialectici, ut ne rhetoricas quidem declamationes aspernetur. v. p. 228. B. 230. D. E. 236. E. 237. A. al. Deinde non tam externam rerum naturam eiusque amoenitates contemplari cupit, quam homines potius studet cognoscere eorumque mores et ingenia explorare, omnia quippe referens ad divinum illud *γνώμη σεαυτὸν*, ideoque etiam raro ex urbe egrediens, quoniam arbores et regiones circumiectae ipsum nihil doceant; homines in urbe versantes doceant plurima, quae ad veritatis cognitionem valeant; v. p. 230. D. Nimirum istud quoque facile apparet proprium esse dialectici, perpetuo tam in gymnasiis quam in aliis hominum coetibus colloquendi atque disserendi opportunitatem quaerentis; v. p. 227. A. et 261. D. Porro vim rationemque artis dialecticae adeo tenet, ut non modo eius praecepta exponat sollertissime, sed etiam usum eorum plane calleat. Nam quae p. 265. D. — 266. C. 270. A. — 272. B. p. 277. B. C. al. de dialecticis disputat, ea non modo patefaciunt luculenter, quidnam illud sit, in quo dialecticae virtus ac praestantia cernatur, verum etiam aperte declarant quantum ea ad emendam rhetoricam valeat. Quod certe eius esse fatendum est, qui totus in dialecticis habitet. Postremo etiam in orationibus, quas declamat, is est, qui omnia rite definiat, subtiliter partiatur, iusto ordine exponat, denique eo modo persequatur, ut nihil non idonea ratione illustretur. Quae omnia certe satis evincunt, opinor, eundem illum Socratem, quem antea ut perfectum amatorem informari vidimus, etiam ut perfectum dialecticum loquentem induci, ita ut artis dialecticae caussam agat sollertissime. Iam vero ad haec omnia accedit denique etiam tertium illud, quod cum utroque munere, quod ei proprium esse vidimus, arctissime sane coniunctum est. Tuetur enim oratoris plane excelsi ac divini laudes ita, ut prope perfectus hoc in genere censeretur debeat. Nam quum recte et subtiliter verba faciat, tum etiam propter sapientiae divinae amorem incredibilem plane abundat praeclaris ac magnificis sententiis animumque ostentat non ad humilia aut

vulgaria abiectum, sed celsarum rerum cogitatione plenum, unde fieri non potest quin etiam ea nascatur oratio, qua nihil excellentius fingi cogitarique possit, praesertim quum etiam ita statuat (p. 273. E.), ut rhetoricae nihil esse debere antiquius, quam ut quae dicantur etiam deo grata sint atque accepta. Hae igitur sunt Socratis in hoc dialogo partes; hoc est ipsius ingenium; hi sunt eius mores. Quae omnia quam egregie conveniant cum iis, quae antea de universi operis argumento et consilio disputavimus, uberius exponere certe minime opus erit.

Nec vero in aliis apparatus scenici partibus quidquam repertum iri putamus, quod non cum nostra ratione pulcherrime concordet. Imo omnia ita videntur esse comparata, ut eam non mediocriter fulciant et communiunt. Nam ut primum de tempore colloqui dicamus, est illud profecto tale delectum, quod tam amoris studiosis quam rhetoricae ac dialecticae amantibus longe sit accommodatissimum. Incidit quippe sermo in aestivum tempus; v. p. 229. A. 230. C.; instituiturque circa meridiem, dum inter solis aestum cicadae acutum emittentes cantum ad colloquendum atque confabulandum suaviter exhortantur. v. p. 229. A. 330. C. 242. A. 259. A. D. Nimirum tam amoris laus et consideratio quam sermonum de arte rhetorica miscendorum cupiditas eos adeo occupatos tenet, ut laborum, qui ipsis exantlandi sint, facile obliviscantur neque sese ardore solis a confabulando ullo modo retineri patiantur, ut facile rursus in his agnoscamus homines et rei amatoriae et rhetoricae vel dialecticae studiosissimos, quales antea vidimus universi dialogi rationes utique sibi deposcere. Nec vero aliter iudicandum est de locorum, ubi sermo habitus fingitur, descriptione, quam quidem vel ideo suspicari licet a scriptore subtilissime elaboratam esse, quia est solito amplior et copiosior. Versantur enim Phaedrus atque Socrates urbe relicta in loco quodam amoenissimo ad Ilissis ripas sub platano patulis ramis diffusa; v. p. 227. D. — 230. Ibi igitur postquam consederunt, suaves miscent sermones; ibi amatorias declamitant orationes; ibi de rebus gravissimis, de amore, de arte oratoria, de dialectica, disputationes instituunt. Neque vero una regionis amoenitas est, quae colloquen-

tes mulcet ac detinet. Habet eadem etiam alias suavitates. Est enim consecrata antiquis deorum religionibus. Quippe sunt ibi in vicinia ripae Ilyssi mysteriis minoribus sacrae, ubi Dianae Agraeae templum erat consecratum atque Boreae ara exstructa, v. p. 229. A. — C. Sunt ibi porro antiqua simulacra et donaria, quae Socrates suspicatur Nymphis quibusdam atque Acheloo esse dedicata; p. 230. B. C. Adorantur denique illic etiam Pan aliique dii *ἑγγωτοι*; p. 279. B. C. Itaque totus locus sacer est, ut fieri non possit, quin eos, qui ibi commorantur, religiosae pietatis sensus sanctique ac divini animi motus cieant ac perfundant; de qua re v. p. 238. D. 241. E. 263. D. Quid igitur? Quorsum tandem spectare dicemus elegantissimam hanc locorum descriptionem? an illam cum quibusdam libri enarratoribus meri ornatus gratia exhibitam esse arbitrabitur? Enimvero nos quidem si quid iudicare possumus, praeclare ea attemperata est universi operis argumento et consilio. Agitur enim primum in eo, sicuti vidimus, de re ad ciendos animi affectus longe gravissima, de amore. Huic igitur locorum rationes egregie plane conveniunt, siquidem ipsae quoque ad molliores, teneriores, celsiores, diviniore denique sensus excitandos alendosque comparatae sunt. Id quod etiam Socrates identidem significat, ut p. 238. C. D. 241. E. 263. D. 278. B. C. al. Agitur vero etiam de dialectica et rhetorica, cuius natura ita fert, ut ad colloquendum, sermocinandum, quaerendum, disserendum, invitet et cohortetur. Quid vero ad haec omnia magis possit pellicere et incitare, quam talis locorum amoenitas, suavitas, magnificentia? Enimvero quantum ea hoc in genere possit quantamque vim exserere soleat, id rursus clarissime edocemur ab ipso Socrate, qui p. 258. E. leni etiam admixta irrisione opportunissime ostendit, ipsum chorum cica-darum in vicinia stridentium cohortari videri, ut ne ipsi in disserendo languescant, sed sermonum institutorum cursum gnaviter persequantur.

Verum satis haec de ornatu dialogi scenico. Quae si vere recteque disputata sunt, non videmur iniuria contendere et affirmare, etiam exordium libri omnemque scenicum dialogi apparatus ita esse inventum, ut quid potissimum in hoc opere agatur,

non obscure significetur. Tantum abest enim, ut quae in scenica re attinguntur, aut ad unam rhetoricam aut ad unum solum amorem aut ad solas rationes dialecticas comparata sint, ut ad ista omnia communiter referantur. Ex quo quantum roboris ac firmamenti ei sententiae accedat, quam antea de universi libri consiliis expromsimus, adeo manifestum extare putamus, ut res neutiquam uberiore disputatione indigere videatur.

Sed hic tandem aliquando finire placet disputationem de libri argumento et consilio susceptam, quandoquidem satis iam perspicuum fore confidimus, quorsum denique universae scriptionis rationes referendae sint. Quamquam eae plenius etiam cognoscantur, opinor, ubi adhuc de temporibus quaesiverimus, quibus librum a Platone scriptum et in lucem emissum esse verisimile sit. Licet enim profecto ex ipso eius argumento conicere, singulares quasdam extitisse causas, cur Plato animum ad eum scribendum appulerit. Nam quod in eo philosophiae vis et natura ea, qua factum esse vidimus, ratione aperitur ac declaratur; quod porro ars rhetorica acrius corripitur et exagitur; quod denique litterarum scripturae pariter atque vivae vocis institutioni suum pretium statuitur; sunt profecto haec omnia ita comparata, ut non temere inde suspiceris, ipsa tempora ita tulisse, ut philosophus harum rerum disputationem suscipiendam statuerit.

Est autem pervulgata et iam antiquitus prodita hominum doctorum opinio, fuisse hunc dialogum omnium primum, quem Plato et litteris consignaverit et in lucem publicam emisit. Nam veterum quorundam criticorum eam fuisse sententiam, liquido testantur Olympiodorus Vit. Platon. p. 78. ed. Fischer. coll. Schol. ad Phaedr. p. 311. ed. Bekker. et Diogen. Laert. III. 38., a quibus discimus, floridam et luxuriantem dialogi orationem imprimis causam extitisse, cur illi ita statuerint. Ex recentioribus autem eam sententiam defenderunt Schleiermacherus, Astius, Heusdius, Boeckhius, Brandisius, Henr. Ritterus, Krischius, alii, qui fere ita sibi persuaserunt, ut praeter orationis speciem, quae iuventutem scriptoris argueret, etiam rerum tractationem eo perducere existimarent, ut juvenilem hunc esse

ingenii Platonici fetum putare cogere. Quocirca origines eius ad eadem ferè tempora retulerunt, quo colloquium habitum fingitur. Quod quale sit, satis certo definiri potest. Incidit enim illud procul dubio in Olymp. XCIII. 2. vel 3. Id quod his argumentis conficitur. Primum enim Lysias ut rhetor celeberrimus in medium producit. Is vero quum Olymp. XCII. 1. Thuriis Athenas revertisse narretur, consequens est, ut sermo post illum annum habitus sit. Porro p. 268. C. D. Sophoclis et Euripidis ut vivorum mentio est iniecta. Eos autem constat Olymp. XCIII. 3. vel 4. diem supremum obiisse, de qua re v. Boeckh. Graec. Tragice. Princip. p. 209. et Bode Gesch. d. dram. Poes. d. Hell. Vol. I. p. 354. et p. 456. Itaque sermonem manifestum est ante illorum obitum habitum fingi. Atque eodem fere faciunt etiam ea, quae p. 278. E. de Isocrate dicuntur, ubi Plato Socratem fecit de illo ut adolescente optima quaeque augurantem. Is enim quum Olymp. XCIV. 1. triginta tyrannis dominantibus, facta bonorum suorum iactura, in Chium insulam migraverit ibi ludum rhetoricum moderaturus neque proximo inde tempore Athenas redierit, colloquium ante illum annum institutum esse sponte intelligitur. Quod iudicium confirmatur etiam loco p. 257. B. ubi Polemarchi, fratris Lysiae natu maioris, mentio fit. Qui quum teste Plutarcho Vitt. X. Oratt. p. 835. D. et Photio s. n. coll. Lysia adv. Eratosthen. §. 8 — 19. Olymp. XCIV. 1. tempore oligarchiae supplicio sit affectus, certe nullo pacto sic, ut ibi factum est, memorari potuisset, nisi etiam tum in vivis fuisset. Ex his omnibus igitur necessario consequitur, ut colloquium intra Olymp. XCII. 1. et Olymp. XCIII. 3. — 412. et 406. a. Chr. n. habitum fingi putandum sit. Quamquam Lysias sine dubio nec sic statim post adventum suum Athenis ad maiorem quandam rhetoris eximii famam et auctoritatem pervenit nec sese ibi continuo ad scribendas orationes contulit, siquidem teste Cicerone Brut. c. 12. primo artem tantum professus est, ac postea demum in scribendis orationibus elaboravit. Ex quo verisimillimum fit colloquium Olymp. XCIII. 2. vel 3. h. e. a. 407. vel 406. a. Chr. n. habitum fingi, id quod etiam Astio De Vita et

Scriptis Platon. p. 110. ita visum est. Jam vero haec si recte sunt a nobis disputata, Phaedrus secundum eorum sententiam criticorum, quos supra memoravimus, a Platone adolescentulo viginti trium vel quattuor ferme annorum scriptus sit necesse est, quippe quem Olymp. LXXXVII. 3. — 429. a. Chr. n. natum esse certum et exploratum habeatur.

Haec igitur est vulgaris de Phaedri tempore natali sententia, non modo Olympiodori et Diogenis narrationibus ad memoriam posteritatis commendata, verum etiam nuper doctissimorum hominum iudiciis ita comprobata, ut hodie quoque plurimos patronos atque defensores nacta sit. Nihilominus autem ingenue fatemur, sententiam istam nobis semper non modo dubiam et incertam, sed etiam aperte falsam visam esse, ut ea in re alia omnia sequenda esse arbitremur, praesertim quum Olympiodori et Diogenis testimonia admodum suspecta et partim ex malo errore, partim ex malignorum Platonis obtrectatorum iniquis iudiciis produsse videantur, de qua re disputavimus in Examine testimoniorum de Phaedri Platonici tempore natali antiquitus proditorum. Lipsiae, 1849. 4., nonnulla etiam postmodo exposituri sumus. Videmur autem huius iudicii nostri causas et rationes duplices potissimum habere, quandoquidem primum quidem totius operis argumentum neutiquam iis Platonis temporibus convenit, in quae vulgo origines eius conferuntur, sed consentaneum potius est temporibus philosophi multo post insecutis, ut his demum ortum suum debere existimandum sit; deinde vero etiam non pauca alia reperiuntur, unde luculentissime appareat, fieri nullo modo posse, ut Phaedrus iam a Platone adolescente necdum viro facto litteris consignatus esse putetur. De quibus rebus omnibus ordine deinceps breviter disputavisse iuvabit.

Itaque primum quidem universi Phaedri argumentum, dummodo recte fuerit intellectum, nostro iudicio tale esse fatendum est, quod nulla ex parte aetati Platonis annum vitae vicesimum tertium vel quartum agentis conveniat, planissime autem congruat ei tempori, quod philosophus Olymp. XCVIII. 2. vel 3., hoc est viginti circiter annis post, exigit. Quid enim? Num qua credibile est fieri po-

tuisse ut Plato septem fere annis ante Socratis mortem ista literis perscriberet, quorum caussa Phaedrum modo vidimus ab eo compositum esse? Enimvero erat ille primum quidem tum adhuc totus addictus rationi ac disciplinae Socraticae, quae unice mentis notiones et populariter quidem rimabatur, non ideas aut rerum in se spectatarum vim et naturam subtilius exquirere conabatur. Id quod non obscure ostendunt aut potius luculente evincunt vel minores illi dialogi communi antiquitatis testimonio Platoni auctori attributi, *Lysis*, *Charmides*, *Laches*, *Meno*, *Euthyphro*, *Crito*, alii, qui certe plurimum a Phaedri ratione ac doctrina diversi sunt. Quocirca ne dialectica quidem eo, quo in Phaedro factum est, modo tum ab eo illustrari potuerunt, nedum ut gravissimi philosophiae loci, quibus sublimiores atque magnificentiores sapientiae disciplina nullo umquam tempore novit, tam grandi oratione ab ipso descripti et illuminati sint. Et quid quaeso caussae fuisse putabimus, cur adolescentulus, qui nullum dum inisset certum vivendi consilium, tum in artem rhetoricam adeo inclementer invectus sit? Nimirum vigeabant sane etiam tum eloquentiae studia mirabiliter, quippe quae iam inde ab aetate Periclis ad maiorem quandam artis perfectionem atque usum celebritatem adducta essent. Sed quid obsecro ista tum ad Platonem? aut qui tandem ea putabimus ipsum illa aetate adeo commovere potuisse, ut studiis oratoriis internecivum prope bellum indiceret, quum satis certo testatum habeatur eum post mortem Socratis demum civilium rerum taedio captum et in omne tempus a republica abalienatum esse? Testis enim huius rei perquam gravis est scriptor *Epistolae Plat.* VII. p. 324. C. sqq. coll. *Apolog.* p. 31. E. quae ut sit originis adulterinae, tamen haudquaquam ex fontibus turbidis aut lutulentis fluxisse videtur. Denique quid quaeso dicamus de eo, quod philosophus uni oris institutioni sapientiae et cognitionis in hominum animis gignendae et procreandae vim et efficacitatem attribuit; librorum scriptionem propemodum omnem improbat et contemnit? Enimvero convenit profecto hoc iudicium tanto minus in Platonem iuvenem, quod is Socrate vivo non modo non sustinuit ullum docendi munus in se recipere, sed ne a scribendo quidem abstinuit.

Nam *Lysidem* quidem, dum magister adhuc in vivis esset, ab eo scriptum esse, satis constat ex *Diogene Laertio* III. §. 35. cuius hac in re testimonium neutiquam reiiciendum est. *Menonem* autem et *Euthyphronem* imminente Socratis accusatione ab eo editos esse, ipsum horum librorum argumentum indicat. Nec vero dubium est quin etiam alii libelli more disserendi Socratico insignes illa aetate ab eo emissi sint. Quocirca iuvenis philosophus, si tum omnem fere scribendi operam condemnasset atque noxiam aut parum utilem iudicasset, fieri profecto non potuisset, quin tanquam gladium in semet ipsum strinxisset videretur. Haec igitur omnia quum ita sese habeant, Phaedri scriptionem apertum est in adolescentiam Platonis haudquaquam potuisse incidere. Adversatur enim libri argumentum gravissime ei fortunae et conditioni, qua Platonem illa aetate usum esse constat. Iam vero lustrantes omnem reliquum vitae cursum, quem postea exegit philosophus, propemodum ultro in ea tempora deferimur, quae tali scripto, quale Phaedrus est, conficiendo unice fuerint opportuna, ita ut Platonem tantum non ad illud exarandum exhortari ac prope cogere potuerint. Quae qualia sint, nobis quidem non dubium est. Verissime enim *Josephus Socherus* de *Scriptis Platon.* p. 300. sqq. animadvertit videri Platonem ad Phaedrum scribendum animum appulisse quo tempore ex primis itineribus in patriam redux factus id consilii agitaverit, ut philosophiam in *Academia* traderet eiusque copias cum aliis communicaret. Quae sententia sicuti nobis dudum probata est, ita postea etiam nacta est patronos gravissimos *Car. Fr. Hermannum*, *Gregor. Nitschium*, *C. Steinhartum*, *Fr. Susemihlium*, alios; quamquam nec defuerunt nuper qui veterem opinionem defenderent pertinacius, rerum momentis minus diligenter ponderatis. Sed istos quidem mittamus; exponamus potius caussas et rationes, cur vel universi operis argumentum suadere videatur, ut eius natales ad illa tempora referamus, quae modo indicavimus. Etenim Platonem constat ex primis itineribus, de quibus *Praefat. ad Plat. Opp.* Vol. I. P. I. p. XIX. sqq. exposuimus, in patriam rediisse *Olymp. XCVII. 4.* — 388. a. Chr. n. quo tempore circiter annum aetatis egit

quadagesimum. Dubium autem non est, quin redux Athenas factus continuo id consilii sequutus sit, ut missis reipublicae honoribus atque muneribus unice studio sapientiae vacaret adeoque philosophiam in Academia doceret. Quod quidem consilium statim post reditum in patriam ab eo captum et ad exitum perductum esse, facile ex iis intelligitur, quae Diogen. Laert. III. 9. et 20. atque Plutarch. Vit. Dion. c. 17. de rebus ipsius memoriae prodiderunt. Nimirum redierat sane tum amplissimis doctrinae opibus instructus, quandoquidem per itinerum opportunitatem, cognitis imprimis Pythagoreorum placitis, paullatim eo pervenerat, ut omnem philosophiae copiam et ubertatem mente et animo suo complecteretur, ut facile intelligatur, cur iam philosophiae magister scilicet haud vulgaris in medium prodire eiusque vim beneficam atque salutarem vivae vocis institutione ad vitam hominum communem traducere constituerit. Haec igitur, si quid iudicare possumus, illa ipsa fuerunt tempora, quibus Phaedri descriptionem ab eo susceptam esse longe est verisimilimum. Quod quidem ita esse, ubi libri argumentum et disputationis in eo tractatae rationem cum fortuna et conditione philosophi tum praesenti paullisper contenderimus, non ita difficile ad iudicandum fore existimamus. Etenim primum quidem illud ab omnibus concessum iri confidimus, nihil tum esse potuisse, quod Plato aut ardentius optare aut studiosius agere debuerit, quam ut populares sui de rationibus philosophiae, cui ipse esset deditus, aliquando certiora edocerentur, praesertim quum illius longe aliam notionem animo informavisset, quam a superioribus philosophis factum esset. Hoc ipsum autem in Phaedro apparet ita ab eo effectum esse, ut nihil fingi cogitarique possit huic consilio convenientius. Demonstravit enim, ut antea vidimus, aequalibus suis omnis philosophiae fontes vel in appetitu et comprehensione ideae vel in commentatione dialectica positos esse, eaque ratione simul etiam ostendit elegantissime, quanta esset eius amplitudo, quanta dignitas et maiestas, quanta denique in hominibus tum ad altentendum atque cogitandum tum ad subtilius iudicandum beneque dicendum ac docendum consuefaciendis vis et efficacitas. Quibus omnibus quid tandem dicemus

esse, quod ad sapientiae studium commendandum et ab immerito contemptu vindicandum efficacius ideoque ipsis temporibus convenientius fuisse iudicari oporteat? Iam vero ad haec etiam aliud quid accedit, quod in hac causa profecto non minus dignum est diligenti animadversione. Viguerunt enim, sicuti iam antea animadvertimus, illa aetate studia oratoria Athenis adeo, ut iis unis vulgo maximus honos haberetur. Quippe capti erant plurimorum hominum animi recentibus istis artibus, quibus orationi mirum quantum subtilitatis, gratiae et venustatis conciliari videbatur. Occupatae item multorum mentes erant cogitatione magnitudinis commodorum, quae ex iisdem illis redundare possent, quippe quum ope earum ad maiorem quamdam in republica gratiam, auctoritatem, potentiam denique, pervenire liceret. Ac trahebantur etiam plurimi studio laudis atque gloriae inde ad doctrinae et eruditionis famam nascentis, si quidem sibi videbantur tanto doctiores et humanitatis cultu politiores exituri esse, quanto studiosius rhetoricae dedissent operam et legendis audiendisve orationibus ad artis et ingenii ostentationem comparatis occuparentur. Quippe grassari tum etiam occeperat intemperans quoddam lectitandi studium, quod facete carpit Aristophan. Rann. v. 1125. *βιβλίον τ' ἔχον ἕκαστος μανθάνει τὰ δεξιὰ*, *z. τ. λ.* conf. Plat. Apol. p. 26. A. Xenoph. Mem. IV. 2. 8 sqq. Diog. Laert. VII. 3. IX. 5, 47. coll Boeckh. Oecon. Attic. I. p. 68. sqq. ed. 2. Becker. Charikl. I. p. 210. sqq. qui ibi de re libraria breviter exposuerunt. Ita vero factum est, ut, sicuti ait Isocrates, dicendi ratio ac disciplina apud Athenienses eundem obtineret dignitatis locum, quem apud Spartanos ars bellica et apud Thessalos equitandi peritia occupavisset; De Antidos. p. 411. sq. ed. Bekk. Haec autem quum esset rerum conditio, certe consentaneum est Platonem, qui sese totum philosophiae dedere eiusque causam docendo adiuvere constituisset, imprimis etiam hoc sibi agendum iudicavisse, ut non modo intelligeretur, cur ipse studia philosophiae oratoriis studiis anteponeret, verum etiam perspiceretur quam clarissime, laudatissimam et multum expetitam artem neutiquam tanti aestimandam esse, quanti vulgari hominum iudicio aestimaretur. Quod ipsum alterum est, quod ei in

Phaedro scribendo ob oculos versatum esse certissime intelleximus. Corripuit enim in hoc libro rhetoricen ut inanem merae opinionis ac verisimilitudinis captatricem a sincero veritatis studio mirum quantum abhorrentem; arguit ipsam miserandae cuiusdam inopiae et ieiunitatis cum putido et inepto frigidarum argutiarum studio coniunctae; reprehendit in ea abiectam sentiendi humilitatem a dignarum celsarumque rerum cogitatione prorsus aversam; detraxit denique ipsi etiam artis laudem, quippe quae sine philosophia omnino nulla intelligeretur. Haec omnia vero quo luculentius etiam appareret quam graviter ac severe ita statueret, callidissimo artificio omnem disputationem ita moderatus est, ac si id unum potissimum ageretur. Adornavit enim sermonem eo modo, ut nihil aliud disceptari videretur quam rhetoricae ars et facultas, quum tamen revera etiam altius quiddam spectaverit, siquidem eadem opera philosophiae quoque aperuit penetralia. Nimirum hoc ut ita faceret, procul dubio ipsa tempora, quibus scripsit, effecerunt, quibus hoc dandum esse iudicavit, ut periculosissima philosophiae inimica apertius oppugnaretur atque humi prosterneretur. Sed praeterea etiam tertium quiddam in universi sermonis argumento reperitur, unde verisimillime conicere liceat, Phaedrum a Platone ex itineribus in Aegyptum et Italiam susceptis reverso, capto iam philosophiae in Academia docendae consilio, litteris exaratum esse. Quod enim loco celeberrimo inde a p. 274. B. sqq. primum scribendi ars liberae animi agitationi ea ratione opponitur, ut illa memoriam debilitare et falsam sapientiae opinionem gignere ac nutrire arguatur p. 274. B. — 275. B.; deinde institutio scriptae et non scriptae orationis ita inter se comparatur, ut oratio scripta omnino muta et vi vitali vacua esse iudicetur, quae nec possit prudenter accommodari ingeniorum varietati et una coram dicentis oratio ore prolata movere animos ac vere erudire posse dicatur; porro usus scriptae orationis eo restringitur, quod sapiens animi cogitata recordationis tantum gratia scripto commissurus, in docendo autem viva voce usus esse existimatur (p. 275. C. — 277. A.); denique omnis ars atque laus scriptae orationis ex una rerum sci-

entia et dialectica commentatione atque ex modesto de eius pretio ac dignitate iudicio suspenditur (p. 276. A. — 277. E.) adeoque is unus pro philosopho probatur, qui eorum, quae scripserit, rationem reddere ac defensionem suscipere possit (p. 278. B.); sunt profecto haec omnia ita comparata, ut nisi verba plane aliter quam menti ac sententiae Platonis conveniat, cum Schleiermachers Prolegg. ad Platon. I. 1. p. 8. sqq. et p. 19. sqq. interpretari velis, hoc unum superesse fatendum sit, ut ea referantur ad illa tempora, quibus Plato post reditum in patriam docendi in Academia provinciam suscepit. Tum enim, si ullo alio tempore, libere et cum summa animi voluptate profiteri potuit, quod aperte professus est, maius quiddam ac praestantius sibi videri docere quam scribere, quandoquidem docendo atque disserendo animi audientium ad veram boni et honesti scientiam instituerentur, scripta autem tantummodo ad recordationem et commonitionem valerent. Nimirum isto quidem modo verissime indicavit, quaenam scriptis suis cum scholis, quas esset habiturus, necessitudo et coniunctio futura esset. Neque enim scriptae orationi omne eripuit pretium, sed potius tamquam germanae institutionis viva voce prolatae sorori (p. 276. A.) hoc tribuit, ut ipsi tanto plus laudis impertiendum esse statuerit, quanto plus haberet coniunctionis cum veritatis scientia et commentatione vero philosopho digna. Quin licebit etiam hac in re aliquanto ulterius procedere. Voluit enim, ut videtur, philosophus etiam significare, quo loco habendi essent, quos dudum edidisset, dialogi vel ad sententiam Socratis vel ad rationem Megaricorum, quibuscum post obitum Socratis erat conversatus, compositi. Nimirum ea ratione scite sane atque eleganter etiam eam, qua antea usus erat, dialogorum scribendorum consuetudinem defendit et commendavit. Ac fieri potest, ut eadem opera etiam significaverit, cur usus sit forma dialogorum. Quippe referunt sane illi planissime speciem sermonum dialectice institutorum, quibus unis iudicavit animos discentium ad veri intelligentiam maxime excitari, acui, conformari. Verum sunt etiam alia scitu non indigna, quae ex hoc Phaedri loco de disciplinae ratione, quam philosophus animo designavisset, probabiliter colligi

liceat. Nam primum quidem inde suspicari possumus, eum, quo tempore ista scripsit, id habuisse propositum, ut in scholis suis eam disserendi rationem, quam in Phaedro adumbravit, usque coleret ac sequeretur; v. p. 277. B. C. Ex quo tamen neutiquam consequitur, ut acroamaticum docendi genus tum sprevisse existimandus sit, quod certe et ipsum cum interrogandi respondendique consuetudine commode copulari potuit. Neque dubium est, quin procedente tempore continuum et nullis sermonibus distinctum docendi genus magis magisque adamare ceperit, quandoquidem etiam in operibus proveciore aetate compositis et doctrinae severitate ac subtilitate imprimis conspicuis, in Politico, Sophista, Philebo, Republica, Legibus, misso crebriore interrogandi et respondendi usu, ad perpetuam docendi orandique rationem propius accessisse reperitur. De qua re duce Aristotele nuper doctissime exposuerunt Brandis de perditis Aristotelis libris p. 4. sqq. C. Fr. Hermann. Gesammelte Aufsätze p. 289. ann. 20. Krische. Ueber Plat. Phaedr. p. 127. sqq. Zeller. Hist. Philos. Vet. II. p. 144. sqq. Deinde etiam illud ex loco Phaedri non obscure perspicitur, destinasse Platonem ab initio certe scripta sua maxime scientibus (p. 275. B. 278. B.), quippe quum scribendi usum non tam ad efficiendam et procreandam quam ad instaurandam veritatis scientiam valere iudicaverit. Quamquam neutiquam veri dissimile est, ipsum eadem etiam aliis scientiae amantibus, hoc est philosophiae amicis iam ad philosophandum institutis et exercitatis, tradidisse. Sunt enim ad similitudinem verarum disputationum diligentissime comparata, ut in excitandis ad veritatem quaerendam animis prope vivae vocis institutionem aequivalent. Itaque assentimur utique A. Boeckhio Annal. Heidelberg. a. 1808. Fasc. I. p. 86. ita disputanti: „*Weder an sich noch gegen Schleiermachers Ansicht hat es etwas Widersprechendes anzunehmen, dass seine Gespräche zwar auch für das grössere Publicum als Anregung zur Philosophie, doch aber insbesondere für seine Schüler bestimmt waren, welchen sie Aufgaben zur Auflösung, Winke zu dieser, endlich selbst wieder Auflösungen gegeb-*

ner Probleme und Hilfsmittel zum Behalten mündlicher Vorträge wären.“ conf. C. Fr. Hermann. Gesammelte Aufsätze etc. p. 281. sqq. imprimisque p. 304. sqq. Nimirum fit istud vel ex eo credibile, quod philosophus doctrinam suam non totam et integram in scriptis suis exposuit, sed praetermissis summis eius principiis ea tantum explicavit, quae, licet ad illa referrentur, nihilominus tamen ab eruditis hominibus possent intelligi, qui interioribus scholae sacris non initiati essent. De qua re certissime constat ex Aristotele, qui quae de Platonis placitis refert singularia, ea certe non ex huius dialogis in litteras relatis, sed ex ἀρχαῖς eius dogmatis vel συνοψίαις deprompta sunt; id quod uberime demonstrarunt Brandis. De perditis Aristotelis libris, de ideis atque bono. Bonn. 1823. 8. Trendelenburg. Platonis de ideis et numeris doctrina ex Aristotele illustrata. Lips. 1826. 8. Weisse ad Aristotel. De anima p. 123—143. coll. auctore Epistol. Platon. II. p. 313. C. et VII. p. 341. B. Clarius autem res perspicitur etiam ex ipso Platone, apud quem fere transmittuntur silentio, quae altioris sunt indaginis, licet qui interioris philosophiae penetralia introgressi sint, de iis leniter quasi atque obiter admoneantur. Ita enim De Rep. VI. p. 506. D. quid bonum per se spectatum sit, neutiquam exponitur, sed indicatur tantum imagine rei consimilis adhibita, quum tamen ex Aristotele compertum habeatur philosophum in scholis quaestionem de bono ita tractavisse, ut eam ad ultima principia revocare conatus sit, de quo v. Aristot. De anim. I. 2. coll. Brandis et Trendelenb. l. c. Pariter in Timaeo de mundi sylva ac primis elementis non aliter nisi fabulose exponitur utpote de re experientiae subiecta et ad unam opinionem (δόξαν) pertinente; verum istud ipsum argumentum non dubitabunt quin aliter multo a philosopho in scholis sit illustratum, qui bene perpenderit illa Aristotel. Physic. IV. 5. Ac pertinent huc etiam quae de doctrina idearum disseruntur in Parmenide, quae licet subtilissime sint tractata, tamen a scholae more et consuetudine recedere plurimum facile tibi persuadeas lectis iis, quae a Brandisio et Trendelenburgio de idearum doctrina a Platone ad principia sua revocata disputata sunt.

Quin etiam pars eorum, quae in Phaedro de animorum indole nativa atque vita diviniore sunt exposita, ita videntur accipienda esse, ut suspicari liceat, philosophum, quo tempore ea fabulosae sapientiae involueris obtexit, id habuisse propositum, ut ea in scholis remoto imaginum usu subtilius tractaret et ad altiora philosophiae principia revocaret. Verum nolimus ista iam persequi ulterius, quae satis erit paucis significavisse. Revertimur eo, unde prope invita deflexit disputatio. Sunt igitur etiam ea, quae extrema dialogi parte de artis scribendi utilitate atque damno, de scriptae orationis atque sermonis ore prolata in docendo diversitate, denique de agnoscenda vel non agnoscenda descriptionis laude atque dignitate exponuntur, ita disputata, ut a iuvene Platone scribi nullo pacto potuerint; a viro aetate proveciore tum demum scribi potuerint, quum suscepta philosophiae in Academia docendae provincia scholarum habendarum consuetudinem rite expendisset eiusque magnitudinem et gravitatem librorum scribendorum muneri et officio neutiquam postponendam esse statuisset. His vero ita disputatis sponte iam intellectum iri speramus, quo iure antea censuerimus, totum Phaedri argumentum esse eiusmodi, unde satis luculente appareat, operis primordia non ad adolescentiam, sed ad aetatem virilem Platonis, hoc est, ad Olympiad. XCVIII. referri oportere. Quo explorato etiam facile est ad coniiciendum, unde inter veteres quosdam criticos error iste natus sit, quo Phaedrum omnium dialogorum, quos Plato scripserit, primum fuisse putaverunt, de qua ipsorum opinione iam supra memoravimus. v. Diogen. Laert. III. 35. 38. et Olympiodor. Vit. Plat. p. 73. ed. Fischer. Nempe verisimillimum est sane Phaedrum primum fuisse dialogum a Platone in patriam ex itineribus reverso scriptum et evulgatum. Scribit autem Eusebius in Chronico Platonem Olymp. demum XCVII. 4. pro philosopho agnitum esse, quod quomodo interpretandum sit, minime obscurum est. Enimvero extitit Plato inde ab illo tempore is, qui non iam aut Socratis aut aliorum disciplinae addictus haberetur, sed suam ipsius doctrinam atque rationem videretur condidisse, unde tum demum plenam iusti philosophi laudem adeptus esse iudicandus est. Itaque verisimiliter

memoriae proditum fuit antiquitus, Phaedrum primum fuisse dialogum, quem Plato, quo tempore in patriam redux factus Athenis scholam condidisset, in publicum emisisset. Quod postea per malignitatem et calumniam adversariorum, maxime Peripateticorum, qui in eo nescio quid puerile (*αιρησιωδες*) notasent, sic acceptum est, ac si liber omnium primus ab adolescentulo litteris consignatus esset. De qua re pluribus commentati sumus in libello, quem inscripsimus: *Examen testimoniorum de Phaedri Platonici tempore natali antiquitus proditorum*. Lipsiae, a. 1849. quaternis evulgato.

Quemadmodum autem universi Phaedri argumentum tale est, unde dialogum appareat aetate proveciore a philosopho scriptum esse, ita etiam singularia quaedam huius rei in eo reperiuntur documenta sanequam luculentissima. Testatur enim huius sententiae veritatem primum quidem illud, quod plurimi extant eius sermones, qui neque ad doctrinae absolutionem neque ad artis et compositionis perfectionem cum eo comparandi sunt. Quorsum sine ulla dubitatione referendi sunt *Lysis*, *Laches*, *Charmides*, *Hippias*, *Ion*, *Meno*, *Euthyphro*, *Crito*, alii; quos qui aut cum *Schleiermachero* pro maiorum operum tamquam comitibus et adiutoribus aut cum *Astio* pro libellis subditiciis habent, ii multum veremur ne nodum, quem solvere isto modo studuerunt, neutiquam expederint, sed multo etiam intricatiorem reddiderint. Nimirum sunt hi libri omnes sine dubio a Platone ea aetate scripti, qua a disciplina Socratica profectus paullatim ad altiora coepit contendere, necdum doctrinae rationem eam conditam habuit, quam postea est professus. Id quod etiam ex eo intelligitur, quod in illis doctrina idearum nondum expressa cernitur, quae in Phaedro iam habetur absolutissima. Ex quo consequitur, falsos esse iudicio suo, qui absolutissimae artis et doctrinae opus puerilibus prope philosophi annis attribuerunt, scilicet boni *Olympiodori* et *Diogenis* narratione in fraudem inducti. Porro non praetereundum silentio est, quod sane non indignum est diligenti animadversione, philosophum bis rerum Aegyptiacarum ita iniicisse mentionem, ut id deliberato consilio fecisse videatur, de qua re

consulas p. 274. C. sqq. et p. 257. D. Nimirum nos quidem si quid iudicare possumus, ista ratione ipse eleganter significavit tempora, in quae Phaedri origines incidisse existimandae essent, quandoquidem itineris haud ita pridem a se in Aegyptum suscepti memoriam quodammodo instauratam voluit. Accedit ad haec Phaedri cum Symposio coniunctio et necessitudo, quae certe tanta est, ut hi libri non modo in eodem plane argumento tractando versentur, quandoquidem amatoriam philosophandi rationem ac disciplinam illustrant, sed etiam unum quasi corpus conficiunt, ita quidem ut alterum altero expleatur atque consummetur. De qua re per se satis aperta nolumus hoc loco disputare uberius, praesertim quum eam iam in Praefatione ad Symposium p. LXVI. sq. ed. 3. attigerimus. Est autem verisimillimum, opera tanta argumenti pariter atque artis similitudine et cognatione inter se coniuncta, quanta maiorem vix cogitare liceat, etiam temporibus finitimis neque multum diversis elaborata et in lucem publicam emissa esse, id quod profecto tanto rectius ita statuere licebit, quod Sympos. p. 182. A. manifesto ad Lysianam orationem in Phaedro habitam respicitur. Quod quidem nec praeteriit Schleiermacherum Praef. ad Symp. II. 2. p. 381. Quamquam is ibi putat Phaedrum ab ipso Platone ut iuvenile opus designari; de quo tamen nobis quidem longe videtur aliter, quandoquidem Lysiae abiecta humilitas etiam gravius in ipso Phaedro castigata est, quam in Symposio fieri meminimus. Iam vero certum et exploratum habetur, Symposium nullo pacto potuisse ante Olymp. XVIII. 4. = a. 385. ante Chr. n. litteris exarari. Nec tamen credibile est idem illud multo post scriptum esse. De qua re v. Prolegg. ad Sympos. p. 40. ed. 3. et annot. ad p. 193. A. Ex quo certe verisimillimum fit, Phaedrum non ita multo ante in lucem publicam prodiisse.

Quum vero haec argumenta satis valida sint ad confirmandam eam sententiam, quam antea de natali tempore Phaedri, ex ipsa libri materia explicatam, proposuimus; tum reliqua sunt adhuc duo alia, quae eandem illam certissime videntur confirmare, ut illa quidem certe opinio, qua dialogi origines ad Platonis adolescentiam reiectae sunt, utique prorsus reii-cula existimari debeat. Quorum alterum sumtum

est ex celeberrimis atque luculentissimis doctrinae Pythagoricae vestigiis in Phaedro extantibus; alterum repetitum est a vita ac studiis Isocratis, cuius in Phaedro mentionem iniectam esse iam in superioribus animadvertimus. De his igitur argumentis adhuc licebit paucis exponere; quo facto ad ea examinanda accedemus, quae ad veterem opinionem vel confirmandam ac tuendam vel illustrandam atque dilucidandam in medium allata sunt, quippe quorum vanitate demum demonstrata haud dubie futurum erit, ut ea, quam nos defendendam suscepimus, sententia firmo talo stare existimetur. Aggredimur igitur ad argumentum prius, quod certe ad dirimendam litem et controversiam non exiguum momentum faciet.

Narrat enim Cicero identidem De Fin. V. 29. Tusc. IV. 19. De Rep. I. 10. aliis non dissentientibus, Platonem philosophiae Pythagoricae notitiam accuratiorem susceptis demum in Italiam et Siciliam itineribus sibi comparavisse, ita ut, quum antea Socratem expressisset, hoc est, Socratis sequutus esset rationem, **postea adiunxerit Pythagoreorum disciplinam** atque etiam **Philolai tum** nactus sit commentarios, hominibus Pythagoreis et studiis illis plane deditus. Quorum testimoniorum fidem et auctoritatem qui ita elevare studuerunt, ut e Phaedonis loco p. 61. D. docere conati sint, philosophiae Pythagoricae notitiam vivo adhuc Socrate a Simmia et Cebete Athenas esse perlatam, ii parum videntur reputavisse nec Phaedonis locum id luculente testari nec Ciceronem aliosque ista repetitis vicibus fuisse narraturos, nisi locupletiores eius narrationis auctores habuissent, in quibus videtur etiam Aristoteles fuisse. Nec vero illi quidquam profecerunt, qui ex Politico et Parmenide demonstratum iverunt, Platonem iam mature Pythagoricae sapientiae notitiam habuisse, quippe cuius vestigia in illis libris extent manifesta. Nempe de his quid existimandum sit, patebit ex Prolegg. nostris ad Plat. Opp. I. p. XX. ed. tert. Itaque fidem historiae si non temere deserere voluerimus, certe nobis ita persuadebimus, ut Platonem existimemus per primi demum itineris in Italiam inferiorem et Siciliam suscepti opportunitatem accuratiorem accepisse philosophiae Pythagoricae notitiam, ut inde ad suae doctri-

nae rationem excolendam et perficiendam proficere potuerit. Ex quo quid de Phaetri originibus colligere liceat, ad demonstrandum haud sane difficile est. Extant enim in hoc dialogo plurima sane Pythagoricae sapientiae, imprimis Philolaicae doctrinae, eiusque reconditoris ac subtilioris vestigia, in quibus tamen recte aestimandis utique tenendum est, quod non animadversum facile quem possit in errorem inducere, philosophum placitis Pythagoricis ea lege et moderatione usum esse, ut illa non integra servaverit, sed potius suae ipsius rationi convenienter mutaverit mutataque ad illam exornandam illustrandamque traduxerit. Longum est omnia atque singula, quae huc pertineant, ordine deinceps enumerare, nec vero ut hoc ita fiat unice est necessarium, quum iam supra passim et vero etiam in Commentariis ipsi Platonis sermoni subiectis ea de re adnumerimus. Itaque satis erit hic potiora tantum attigisse. Pertinet igitur huc argumentum immortalitatis p. 245. C. — 246. A. explicatum, quod ex fontibus Pythagoricis ductum esse liquet e Cicer. Tusc. I. 16. et Aristot. De anima I. 2. de quo v. Davis. ad Tusc. I. 12. Rittershus. ad Porphy. De Vit. Pythag. p. 22. sqq. Idem porro statuendum est etiam de animi in tres partes descriptione, qualis p. 246. A. sqq. exhibetur. Eam enim a Pythagoreis celebratam esse iuxta cum Cicerone Tusc. IV. 5, ubi v. Davisius, confirmant etiam Diog. Laert. III. 30. — 32. Hierocel. ad Pythag. Carm. Aur. v. 69. p. 290. ed. Paris. Et conf. etiam quae Prolegg. ad Tim. p. 53. de hac re explicavimus. Atque eandem etiam ab Aristotele Magn. Mor. I. 1. Platoni, non Socrati, hoc est non Platoni Socratico, sed Platoni sui iuris facto, vindicari non iniuria statuitur. Is enim ea de re scribit haec: *μετά δὲ ταῦτα Πλάτων διείλετο τὴν ψυχὴν εἰς τε τὸ λόγον ἔχον καὶ εἰς τὸ ἄλογον ὁρθῶς καὶ ἀπέδωκεν ἐκάστῳ ἀρετὰς προσηκούσας*: ubi quod τὸ ἄλογον vocatur, id duplicem τοῦ θυμακοῦ et τοῦ ἐπιθυμητικοῦ vim naturamque complectitur, de quo v. ad Remp. IV. p. 439. D. Praeterea Pythagoricum quiddam redolent etiam illa, quae p. 246. D. — 249. D. de vita animorum olim una cum diis acta ita exponuntur, ut multa velata sint allegoriae integumentis; conf.

Cicer. De senect. c. 21. et De nat. deor. I. 11. Nec vero quisquam recte negaverit Pythagoreorum rationi convenire quae p. 249. sqq. admodum copioso sermone de lapsu animorum deque eorum migrationibus disseruntur. v. Menag. ad Diog. Laert. VIII. 5., 11. Rittersh. ad Porphy. Vit. Pyth. §. 19. Nec dubitamus huc referre locum p. 273. A. E. *ἀλλὰ τοῖς θεοῖς — ἐξ ἀγαθῶν*. Nam eandem sententiamprehendimus Phaedon. p. 62. B. 63. A. B. C. 85. C. ubi luculentissima sunt rationis Pythagoricae vestigia. Atque indidem etiam intelligitur, quinam dicantur ibi *οἱ σοφώτεροι ἡμῶν*, ad quorum auctoritatem provocatur. Intelliguntur enim procul dubio Pythagorei. Porro nescio quid Pythagorici habent, quae p. 275. B. sqq. disputantur eo consilio, ut melius esse appareat oris institutione aliis prodesse quam librorum scriptura. Audias enim Plutarchum Vit. Num. p. 74. C. = p. 121. ed. Schaefer. *ἐπέλεψε τὰς ἱεράς βίβλους συνταγεῖν μετὰ τοῦ σώματος· ὃ λογισμῷ φασὶ μηδὲ τοὺς Πυθαγορικοὺς εἰς γραφὴν κατατίθεσθαι τὰ συντάγματα, μνήμην δὲ καὶ παιδεύειν αὐτῶν ἀγραφῶν ἐμποιεῖν τοῖς ἀξίοις*. Omnino autem amatoria ista, quam philosophus commendavit, philosophiae disciplina videtur non adeo a Pythagoreorum vita philosopha abhorrere, ut tota haec pars dialogi referat nescio quid Pythagorici. Accedunt ad haec astronomica p. 247. sqq. quae etsi ex variis variorum decretis mixta et conflata sunt, tamen item sapientiae Pythagoricae imprimisque Philolaicae speciem satis apertam praeseferunt. Manifestum est igitur in Phaetro passim doctrinae Pythagoricae eiusque subtilioris ac reconditoris vestigia expressa cerni, unde satis tuto colligitur, librum eo demum tempore, quo Plato in Siciliam et Italiam inferiorem pervenit, litteris perscribi potuisse. Ex quo etsi nondum consequitur, ut Olymp. XCVIII. post reditum Platonis scriptus putari debeat, tamen illud certissime efficitur, non potuisse fieri, ut scriberetur ab adolescentulo trium et viginti annorum, sed scriptum esse a viro maturioris aetatis. Ubi vero hoc ipsum argumentum cum superioribus in unum coniunxeris, certe nec diffiteberis, valere illud utique eo, ut quam coniecturam supra de Phaetri

temporibus posuimus, ea non parum hinc roboris atque firmamenti accipiat.

Sed transeamus ad alterum illud, quod modo commemoravimus. Sunt enim etiam ea, quae p. 278. E. sqq. de Isocrate ut futuro rhetore philosopho praedicuntur, eiusmodi, ut in adolescentem illum, licet Socratis discipulus fuisse perhibeatur, nequam convenient; in virum aetatis maturioris egregie convenient. Unde profecto verisimillime colligi licet, unice vera esse quae Cicero in Oratore c. 13. §. 14. memoriae prodidit, Platonem scripsisse de Isocrate seniore, quae Socratem de adolescente per speciem dialogi vaticinari iusserit *). Etenim fuit Isocrates profecto aetate iuvenili adeoque partim virili minime is, qui philosophiae studiis multum tribueret, quandoquidem adolescens fere unice operam dedit rhetoribus et sophistis, Tisiae, Gorgiae, Prodicō, Archino, Therameni, aliis, et ab horum potissimum ratione ac disciplina profectus est, postea autem contempta arte studiosissime id egit, ut vel aliis scriberet orationes iudiciales vel declamationes componeret ad ingenii ostentationem comparatas, morem et exemplum aliorum rhetorum imitatus; v. Dionys. Hal. Isocr. p. 534. ed. Reisk. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 836. Phot. Cod. 260. Suidas s. v. Anonym. Vit. Isocr. Scriptor. p. VIII. ed. Dind. Lips. Cicer. Orat. c. 52. Brut. c. 48. Quibus quidem studiis quum etiam maturiore aetate deditus fuisse reperitur; fuit autem sexennio maior Platone; quis quaeso sibi persuadeat eum a philosopho isto tum praecōnio ornari potuisse, quo in Phaedro ornatus est? Quippe laudasset profecto Plato hominem tamquam oratorem philosophiae laude aliquando insignem futurum, qui recens a sophisticis rhetorices studiis non modo omnem artis laudem auferebat, sed etiam bonum otium orationum scribendarum negotio contriverat, adeoque ipsum, quamvis Lysia nihilo meliorem neque philosophiae studiis excellentiorem, tamen huic anteposisset. Quo profecto nihil potest fingi et

*) Disputavimus de his rebus copiosius in Commentat. Isocrateo ad illustrandas Phaedri Platonici origines. Lips. 1850. 4.

cogitari veridissimilius. Enimvero quid rei fuerit, unus omnium clarissime significavit Cicero. Is enim in Oratore c. 13. §. 41. posteaquam Socratis apud Platonem de Isocrate iudicium commemoravit, continuo haec subiungit: Haec igitur, inquit, de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato, et scribit aequalis, et quidem exagitator omnium rhetorum; hunc miratur unum. Quae certe dubitari non potest quin ille ex fontibus limpidissimis atque integerrimis hauserit. Sunt enim profecto talia, quae Platonis vaticinio clarissimam lucem affundant. Narrant enim scriptores veteres Isocratem aetate provectionem misso forensium scribendarum orationum negotio sese applicavisse ad scribendas orationes civiles, quo communi Graecorum saluti consulere, et quum frustra id efficere studisset, ut Graeci iunctis viribus communiter bellum contra Persas susciperent, ludum oratorium aperuisse, quo alios rectius ac prudentius, quam vulgo fieri sole-ret, ad dicendi scribendique facultatem institueret, adeoque ad artes (*τέχναις*) rhetoricas componendas animum appulisse. v. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 329. ed. Reisk. Photius l. c. p. 488. ed. Bekker. Cicer. Brut. c. 13. §. 48. Itaque ille posteriore aetate, missis orationibus iudicialibus, sese ad scribendas orationes generis deliberativi convertit adeoque artis olim a se contentae magister extitit, quandoquidem primum in Chio insula, postea autem Athenis in vicinia Lycei scholam constituit. v. Dionys. Hal. De Isocr. p. 536 sq. Phot. p. 793. X. 486. 6. 26. Iam vero de tempore si quaeritur, quo orator ista consilia inierit, res definiri certius potest ex loco perquam memorabili Orat. De permutatione §. 75. — 78. coll. §. 57. ubi ipse de consiliorum ac studiorum suorum rationibus exposuit. Inde enim liquido apparet, primam orationum civilium, quas tum composuerit, non fuisse aliam, quam quae ab ipso *λόγον πανηγυρικοῦ* nomine est insignita. Scriptus vero Panegyricus est non ante XCVIII. Olymp. sicuti Nath. Morus assentiente etiam Spohnio invictis argumentis demonstravit; neque ante Olymp. Cl. 1. in publicum emitti potuit, ut iidem viri docti luculente docuerunt. Ex quo potest sane intelligi,

quonam tempore celeberrimus orator de mutandis et corrigendis artis rhetoricae rationibus cogitare coeperit. Narrant enim Longinus De Sublim. 4. Dionys. De Comp. Verb. p. 406. ed. Schaefer. Quintil. Institut. Oratt. X. 4. 4. Plutarchus p. 350. E. ubi v. Wyttenbach Voll. VII. p. 156. et Vitt. X. Oratt. p. 332. ed. Reisk., alii, eum scribendo Panegyrico integros decem vel quindecim annos impendisse. Quod si vere narratum est, sponte consequitur, ut ista oratoris studia et consilia referenda sint ad Olymp. XCVII. 3. siquidem scriptioni suae decem tribuit annos, aut ad Olymp. XCVIII. 2. si eidem quindecim annorum tempus impendit. Ex quibus tamen prius videtur esse probabilius. Sed istud quidem utcumque sese habet, omnia certe cum nostra ratione congruunt mirabiliter. Sunt enim haec ipsa illa tempora, quibus de Isocrate verissime scribi potuerunt, quae in Phaetro de eo scripta leguntur, praesertim quum ille tum etiam intellexisset, eloquentiam, eristica ab ea procul habita, cum philosophia esse arctius coniungendam, ut intelligitur ex Encom. Hel. §. 1. Adv. Sophist. §. 1. Panathen. §. 12. sq. De Antidos. §. 3. §. 45. §. 271. coll. Paneg. cap. 1. extr. et Quintil. Inst. II. 15, 33. Rediit enim Plato, ut iam antea diximus, ex prima peregrinatione Olymp. XCVII. 4. vel XCVIII. in. eodemque ferme tempore scholas in Academia habere constituit, cuius consilii sui in Phaetro quodammodo reddere rationem conatus est. Quocirca tum, quum videret et admiraretur insolitam magnitudinem consiliorum, quae ab Isocrate capta essent, fieri sane rectissime potuit, ut ipsum ornaret iis laudibus, quibus eum in Phaetro per Socratis vaticinium affecit. Nova enim profecto erant ista rhetoris studia, ac tanto magis laudum praedicatione digna, quo propius erant cum philosophia coniuncta. Nec vero aliis de causis mirabile est quod philosophus oratorem isto modo salutavit. Nam primum ipsi bene cupiebat adeoque coniunctus erat amicitiae et familiaritatis necessitudine, sicuti ex Diog. Laert. III. 8. intelligitur. Deinde procul dubio eum etiam ut veterem Socratis discipulum amabat ac diligebat, quandoquidem rhetor teste Anonymo scriptore Vit. Isocrat. p. VIII. ed. Dind. Lips. olim etiam disciplina et institutione Socratis

usus erat. Accedebat quod una cum ipso ab optimatum partibus steterat neque, sicut Lysias, faverat plebis cupiditatibus. Denique fieri non poterat quin ipsi vehementer probaretur iudicium Isocratis de vulgari rhetorica, quippe quam et ipse putaret, quamdiu ea a philosophia esset alienior, nihil aliud esse nisi speciosam quandam fraudum ac fallaciarum administram atque usum mera exercitatione collectum, verae artis laude plane destitutum, de quo v. Phaedr. p. 266. C. 270. B. Gorg. p. 463. B. Phileb. p. 55. E. Haec igitur omnia quum ita se haberent, et quum illo ipso tempore, quo in patriam redux factus philosophiam tradere apud animum constituerat, laudatissimum oratorem videret item sapientiae disciplinae tribuere plurimum, atque adeo id studere, ut et oratoriae artis ratio philosophando corrigeretur et usus eiusdem aliquando ad res multo maiores et excelsiores, quam minutae caussulae essent, traduceretur; non dubitavit continuo suam ea de re sententiam palam declarare, et quid quantumque esset, quod merito de istis Isocratis studiis sperare liceret, breviter quidem sed satis graviter significare. Quod quidem nostro iudicio elegantissime ita fecit, ut, quum sermo intra Olymp. 92. 1. et Olymp. 93. 3. habitus fingatur, Socratem per dialogi speciem et verisimilitudinem iusserit de illo, quamvis dudum virilem aetatem ingresso, tamen tamquam de iuvene optima quaeque vaticinari, eoque modo praedicere, quum ex praestantissimis eius studiis ad artem oratoriam atque vitam communem fructus redundaturi essent. Nimirum philosophus quum veterem amicum nollet laudare rusticus, urbanissime praesenti rerum conditione ac fortuna usus eum iussit veluti repuerascere atque ab ipso Socrate iis ornari laudibus, quibus tum, quum haec scribebat, utique dignus esse videbatur. In quo quid insit insulsi aut inurbani, praesertim quum ita Isocrates aetate minor Lysiae seniori opponatur, nos quidem fatemur adeo non intelligere, ut nihil magis scite elegantisque excogitari potuisse arbitremur. Iam vero his ita disputatis effecisse videmur, ut qui fieri potuerit, ut Plato ista de Isocrate quamvis aetate longius progresso litteris perscriberet, nullo negotio intelligatur. Et confirmatur haec ratio nostra egregie iis, quae Cicero loco Orat. c. 13. §. 41. scripsit, cuius verba su-

pra retulimus. Etenim si vera sunt, quae nos de Phaedri originibus exposuimus, philosophus, quo tempore eum librum scripsit, annum egit aetatis quadragesimum secundum, utpote natus Olymp. 87. 3. Fuit autem Isocrates ipso sex septemve annis aetate maior, sicuti tradunt Diog. Laërt. III. 2. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 836. Scriptor. Anon. Vit. Plat. ap. Heeren. p. 9. Itaque hic quo tempore Phaedrus prodiit, habuit circiter annos quadraginta octo vel novem, quod ad amussim congruit cum Olymp. 98. a. 1. vel 2. Cui aetati sane planissime convenit, quod Cicero Platonem narrat ista scripsisse de Isocrate seniore, quandoquidem *seniores* appellati sunt, qui annum aetatis quadragesimum quintum excessissent, ut Cicero more Romano loquutus esse putandus sit, dum aetatem Isocratis accuratius indicare conatus est. Nam teste Varrone apud Censorinum De die nat. c. 15. *seniores* vocati sunt, qui erant in quarto aetatis gradu, inde ab anno XLV. aetatis ad usque sexagesimum annum, quod tunc primum visum est corpus senescere incipere; inde vero usque ad finem vitae senes sunt appellati, quod ea aetate corpus iam senio laborare iudicaverunt. Itaque illo auctore senio rem esse minus, senem esse plus est, quamquam senex interdum etiam pro seniore dici consuevit; apparetque sponte, qui fieri potuerit, ut corruptae linguae Latinae aetate inde a Caroli Magni temporibus *senior* significaret dominum, unde is hodie quoque ab Italis *Signore*, a Gallis *Seigneur*, ab Hispanis *Sennor* vocatur. Verum haec velut in transcurso. Redimus ad propositum. Verissime igitur Cicero narrat quae apud Platonem de Isocrate dicantur, a philosopho aequali de illo seniore scripta esse; cuius narratio ita cum ipsius Isocratis studiis et vivendi consiliis congruit, ut illis etiam plurimum inde lucis accedat. Haec omnia vero quum ita sese habeant, sponte apparet, opinor, etiam vitam et studia Isocratis plurimum eo valere, ut Phaedrum Platonis non alio quam quo supra statuimus tempore scriptum et in lucem emissum esse existimare cogamur. Neque enim de celeberrimo rhetore ut iuvene potuerunt dici quae de eo apud Platonem dicuntur, et gravissimo constat Ciceronis testimonio scripta esse de

seniore, quae Socrates de ipso ut adolescente vaticinatur.

Demonstravimus igitur hactenus argumentis satis, opinor, probabilibus, Phaedri origines ad Olymp. XCVIII. in referendas esse. Sequitur nunc, ut etiam de iis quaerendum sit, quae huic rationi officere iudicata sunt, adeoque effecerunt, ut plurimi critici et interpretes illas potius ad Platonis adolescentiam et iuventutem detrudi oportere arbitrati sint. Quae quidem, ubi discesserimus a Diogenis Laertii et Olympiodori testimoniis, duplicis potissimum generis sunt. Nam primum quidem viri docti putaverunt, Lysiae vitam ac fortunam illi sententiae multum adversari; deinde etiam scribendi ac disputandi genus in hoc libro usurpatum tale esse iudicaverunt, quod scriptionem libri iuvenile quiddam habere arguat, unde possit de aetate scriptoris coniectura capi haud fallax et ambigua. Itaque primum quidem de Lysia adhuc pauca disputabimus, deinde autem de genere dicendi ac disserendi in Phaedro regnante breviter exponemus, quo clarum et perspicuum fiat, quo iure viri docti inde collegerint, libri primordia in iuventutem philosophi conferenda esse.

Et de Lysia quidem si quaerimus quid ab illis haec in causa animadversum sit, duo sunt potissimum, unde sententiae suae argumenta repetierunt. Primum enim animadversione dignissimum esse dicitant, quod orator clarissimus in Phaedro ut sophisticarum tantum et panegyricarum orationum scriptor deformatur, quum tamen ille inde ab Olymp. XCIV. 1. imprimis iudicialibus orationibus inclaruerit earumque scriptione summam eloquentiae laudem sit consequutus. Ex quo necessitate quadam effici contendunt, ut Phaedrus ante Olymp. XCIV. 1. scriptus esse putandus sit. Cui argumento addunt etiam aliud. Censent enim perquam mirum esse ac prope indignum, quod Lysias in hoc libro, grandis iam senex factus, neglectis egregiis eius virtutibus, tam acriter corripiatur acerbeque exagitetur; unde concludunt, Platonem adolescentem potius quam virum ista de Lysia scripsisse, quo tempore ille nondum fuerit aetate provector. Haec igitur sunt fere quae in contrariam partem afferuntur, quo scilicet efficiatur, fieri non potuisse, ut Phaedrus a Platone maturiore aetate

litteris perscriberetur et in publicam lucem emitteretur *).

Quae quidem omnia etsi ultro fatemur satis acute esse animadversa, tamen eadem censemus minime eam vim habere videri, ut Phaedrum evincant nullo modo Olymp. XCVIII. scribi potuisse. De qua re eo magis iuvabit exposuisse, quod hac ipsa disputatione etiam Phaedri intelligentia plus una ex parte iuvabitur. Quod igitur dicunt viri eruditissimi, sophisticas tantum Lysiae declamationes in Phaedro respici atque examine diligentiore explorari, in eo saltem ex parte iudicio suo falsi sunt, siquidem censuerunt civilium Lysiae orationum nullam plane iniectam esse mentionem. Quae opinio prorsus a vero abhorret. Tanguntur enim clarissimi rhetoris orationes iudiciales manifesto p. 257. C. ubi ille narratur nuper a viro quodam civili tamquam scriptor orationum s. *λογογράφος* malitiose tractatus petulanterque derisus esse. Ad quem locum Scholiasta prudentissime adnotavit haec: *τοὺς ἐπὶ μισθῷ (λέγει) λόγους γράφοντας καὶ πιπράσκοντας αὐτοὺς εἰς τὰ δικαστήρια*. Quod vere animadversum esse, certe nemo temere negaverit, qui orationes Lysiae sophisticas homini in republica versato bene perpenderit non facile potuisse stomachum movere, iudiciales potuisse. Nempe significavit Plato ibi per occasionem callidissime, quidnam omnino de studiis *τῶν λογογράφων* pariter atque virorum civilium, plerumque cum inani vanitate et superbia coniunctis, sentiret. Neque omnino in Phaedro nulla ducitur iudicialis eloquentiae ratio, id quod vel intelligas ex p. 161. D. E. Iam vero quod viri doctissimi porro ita statuunt, ut ex eo, quod una declamationum sophisticarum scriptio a Lysia factitata carpitur et reprehenditur, necessario consequi putent, Phaedrum ante Olymp. XCIV. 1. in litteras relatum esse, ne haec quidem ipsorum sententia ita comparata est, ut omnino probanda sit, minime omnium autem id efficere videtur, ut Phae-

drus existimari nequeat tempore multo posteriore quam vulgo putant litteris consignatus esse. Nam primum quidem animadvertendum est, scenam dialogi vel sic ea ratione esse adornatam, ut ne leges verisimilitudinis ullo modo neglectae aut violatae sint. Habetur enim colloquium, sicuti antea demonstratum est, Olymp. XCIII. 2. vel 3. hoc est eo tempore, quo Lysiam sane verisimile est in uno potissimum declamatorio scribendi genere elaboravisse. Itaque hactenus quidem nihil profecto reperias, quod alicui offensioni esse possit, etiamsi opus Olymp. XCVIII. in scriptum esse existimetur. Restat igitur dubitatio, nun commode recteque fieri potuerit, ut eodem illo tempore etiam de Lysia tamquam rhetore in genere scribendi cum eloquentiae et ingenii ostentatione coniuncto versante publice scriberetur. Id quod alterum est, de quo iam disputatio instituenda sit. Putamus autem ne huius quidem rei quaestionem plane esse inexplicabilem, dummodo meminerimus, de quo supra exposuimus, Lysiam, etiamsi inde ab Olymp. XCIV. iudicialibus maxime orationibus scribendis inclaruerit, tamen nec ab hoc inde tempore sophisticum et ad ingenii ostentationem comparatum scribendi genus plane seposuisse. Inde enim nullo negotio perspicitur nihil prorsus habere offensionis, quod in Phaedro Platonis, quamvis ille Olymp. XCVIII. demum litteris consignatus sit, levi tantum iudicialis eloquentiae mentione iniecta nihil nisi una ars Lysiae *ἐπιδεικτικὴ* sub examen vocatur. Etenim versabatur orator senex etiam tum perpetuo in scribendis evulgandisque operibus ad ostentationem comparatis, ut vel illa aetate veritati convenientissimum videri debuerit, quod ipsi amatoria aliqua declamatio esset adscripta, quae specimen quasi quoddam eloquentiae ipsius exhiberet. Atque haec quidem omnia quum satis valeant ad elevandum virorum doctissimorum iudicium, quod iam expendendum sumsimus; tum non inutile erit etiam causas addidisse, quae philosophum permoverint, ut unam solam *ἐπιδεικτικὴν* Lysiae eloquentiam tamquam spectandam proponeret. Sunt autem, nisi fallor, potissimum duae. Nam primum quidem Plato facile pervidit, scribendi consilium, quod iniisset, esse eiusmodi, quod non ferret iudicialis Lysiae eloquentiae sive commentationem sive explorationem. Deinde vero

*) v. Schleiermacher. Praef. ad Phaedr. p. 73. ed. 2. Kische. Ueber Platons Phaedrus p. 29. sqq. et 133. sqq. al.

nec necessarium duxit, ut de ea peculiari opera disputaretur, quandoquidem vel sine istiusmodi disputatione propositum suum assequi liceret. De qua utraque re ubi fuerit explicatum, certius etiam perspectum iri sententiae nostrae veritatem confidimus. **Non potuit** igitur Plato, quantum quidem nos intelligimus, pro consilii sui ratione in Phaedro de Lysiae eloquentia iudiciali commentari aut specimen eius et exemplum aliquod ita in medium afferre, ut oratione amatoria factum videmus. Voluit enim philosophus, ut vidimus, in hoc opere non tantum eloquentiam taxare, sed etiam vim et ubertatem philosophiae declarare patefacto summo atque ultimo eius fonte in animi natura et infinito aeternae pulcritudinis sive idearum amore sito, cui quidem amoru sollertissime amorem masculum vulgarem e regione posuit. Quid igitur? quam tandem arte censebimus libri argumentum idque principale commode illustrari potuisse, si oratio aliqua Lysiae iudicialis ad partes vocata aut imitando expressa esset? Nimirum fatendum est utique, consilium totius libri atque principale argumentum ita tulisse, ut amatoria aliqua Lysiae declamatio adhibenda esset. Quod adeo manifestum extare putamus, ut copiosiore rei expositione videamur omnino supersedere posse. **Non potuit igitur** Plato in Phaedro oratione aliqua iudiciali Lysiae uti neque ipsi licebat iudicialis viri eloquentiae peculiari opera censuram peragere. Sed accedit, quod **id ne opus quidem** ipsi fuit, quo propositum suum assequeretur simulque tamquam pertransennas ostenderet, quid de omni Lysiana eloquentia sentiendum videretur. Nam disputationi, quam de rhetorica instituit, certe nihil aliud est propositum, nisi hoc, ut rhetoricam doceatur vera artis laude indignam esse propterea, quod philosophiae sublimitate et ubertate pariter atque dialectica sublimitate careat. Hoc ipsum autem abunde ex amatoria illa oratione Lysiae tributa atque ex iis cognoscitur, quae eius caussa de arte rhetorica deque dicendi ac docendi modo copiose disseruntur. Itaque philosophus sane sperare potuit et confidere, sponte inde ab omnibus intellectum iri, quid de celebratissimis illis orationibus iudicialibus iudicari oporteret, quas Lysias emisisset. Nempe in his quoque isto modo tacite significavit philosophiae ubertatem atque vim

desiderari, quandoquidem Lysias omnino talis fuit, qualem iam veteres descripserunt, subtilis quidem, perspicuus, tersus, elegans et urbanus, sed idem minus gravis, ieiunus saepe atque iusto tenuior, in quo subinde etiam sophisticum quiddam pellucet atque arte quaesitum, praesertim quum etiam figuris rhetoricis delectetur, quibus Plato non artem, sed artis quaedam initia et rudimenta (*τὰ πρὸς τῆς τέχνης*) contineri arbitratur. De quibus omnibus praeter ceteros, quorum iudicia collegit Hölscherus Vit. Lys. p. 32. sqq., unum sufficere audivisse Tullium, qui plus semel de Lysia verba fecit. Is igitur Orat. c. 9. §. 30. nam qui Lysiam sequuntur, caussidicum quandam sequuntur, non quidem illum amplum atque grandem, subtilem et elegantem tamen, et qui in forensibus caussis possit consistere, h. e. in aliis scribendi generibus ut nimis tenuis minus probandus videatur. Brut. 9. §. 35. nihil acute inveniri potuit in iis caussis, quas scripsit (Lysias); nihil, ut ita dicam, subdole; nihil versute, quod ille non viderit; — nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, in quo quidquam inesset elatius. De opt. dic. gen. c. 3. imitemur, si poterimus, Lysiam eiusque tenuitatem potissimum; — sed quia et privatas ille plerasque et eas ipsas aliis et parvarum rerum caussulas scripsit, videtur esse ieiunior. Ita fit, ut Demosthenes certe possit summis dicere, elate Lysias dicere fortasse non possit.

Verum satis haec de istis. Videmur enim hactenus abunde demonstravisse, quod demonstrare fuit propositum, minime ex eo, quod nulla in Phaedro neque descriptio neque censura iudicialium Lysiae orationum reperitur, illud consequi, ut liber Platonis ante Olymp. XCIV. emissus esse et philosophi iuventuti potius quam virili aetati deberi existimandus sit. Pergimus ad alterum illud, unde supra vidimus viros doctissimos simile repetisse iudicium. Etenim magnam illi neque ullo modo excusandam censuerunt futuram fuisse facinoris indignitatem, si Plato, quum ipse iam plus quam quadraginta annos

natus esset, senem septuagenarium tanta mordacitate cavillatione petisset neglectisque eius virtutibus tanta acerbitate exagitavisset, quanta in Phaedro utique ab eo factum sit. Ex quo consequens esse volunt, ut origines libri ad eam philosophi aetatem reiciendae sint, in qua eiusmodi petulantia saltem sit magis excusabilis. Itaque quaesivisse item iuvabit, quid quantumque huic rationi tribuendum sit.

Licebit autem hic primum animadvertere parum nobis videri credibile, Platonem Lysiae iam Olymp. XCIV. in. tale opus, quale Phaedrus est, fuisse oppositum, quandoquidem ille tum vix iam ad eam Athenis pervenerat auctoritatem, ut tamquam princeps rhetorum in scenam producendus videretur. Rediit enim, ut vidimus, Athenas Olymp. XCII. 1. = 412. a. Chr. n. Iam vero si Phaedrum ponamus Olymp. XCIV. in. litteris exaratum esse, Lysias necesse est iam septem fere annorum spatio, quos primos vir factus Athenis exegit, ad eam laudis et famae celebritatem pervenisse, ut ipsius auctoritas etiam philosophiae studiis officeret. Quod profecto tanto minus est credibile, quod ibi teste Cicerone Brut. c. 12. ab initio docuit eloquentiae artem, ac postero demum tempore ad iudicialium orationum scriptiorem accessit, quodque omnes consentiunt nomen ipsius inde ab eo demum tempore illustrius extitisse, quo talium orationum scriptiioni operam dare coepit. Quocirca nec verisimile est ipsi tum Phaedrum esse oppositum, praeteriitque procul dubio dehinc longius temporis spatium, priusquam Plato eum scripto adoriendum statueret, licet haud incommodè fieri potuerit, ut dialogus iam illa aetate habitus fingetur, quippe quo iam ingenii artisque ostentandae causa Gorgiae exemplum aemulatus oratorias declamationes edidisset. Sed quum minime sit credibile Phaedrum iam Olymp. XCIV. Lysiae fuisse oppositum, tum etiam in promptu sunt argumenta, unde appareat Lysiae senectutem nihil prohibuisse, quominus Plato de ipso grandis aetatis viro scriberet quae in Phaedro disputata sunt. Etenim primum quidem quod dictitant mitius de illo vel excusabilius videri posse iudicium, si iam Olymp. XCIV. in. ex promptum sit, id profecto nihili est. Fuit enim Lysias etiam tum aetate iam provector, siquidem ha-

buit prope quinquaginta annos. Quid igitur? num de homine quinquagenario salva modestia et humanitate scribi potuisse putabimus quae in Phaedro scripta sunt; de viro septuagenario eadem scribi potuisse negabimus? Quasi vero hoc tale temporis discrimen quidquam valeat ad regendum tali in caussa decori et indecori itemque iusti et iniusti iudicium. Ad hoc autem accedit etiam aliud quid. Versatus enim Lysias est in studiis eloquentiae ad summam usque senectutem, ut vel senex summi atque clarissimi rhetoris laudem obtinuerit. Obiit enim teste Dionysio Hal. Olymp. C. 2. = 379. a. Chr. n. octogenarius, quamquam alii vitae ipsius terminum etiam annis compluribus longius proferunt. Ad quod usque tempus ipsum nunquam rhetorices fuisse incuriosum vel orationes eius adhuc superstites liquido testantur, ex quibus orationes *κατὰ τῶν σιτοπωλῶν* et pro bonis Aristophanis Olymp. XCVIII. 1. = 388. a. Chr. n. defensio pro Polystrato Olymp. XCII. 4. = 409. a. Chr. oratio contra Panclenem Olymp. XCV. 4. = 397. orationes adversus Epicratem, Ergoclem et Philocratem Olymp. XCVII. 3. et 4. oratio contra Theomnestum Olymp. XCIX. 1. scriptae putantur. Quid igitur? haec quum ita sese habeant, nonne verisimiliter statuere licebit in hac studiorum suorum perpetuitate et continuatione Lysiam circa Olymp. XCVIII. in. adhuc floruisse summa eloquentiae laude, ut plurimi eum, sicuti Phaedrus Myrrhinusius, maxime admirarentur et ut principem fere *λογογράφον* devenerentur? Enimvero isto quidem pacto liquet potuisse sane Platonem de eo scribere ut sene, quae teste Cicerone (Orat. 13. §. 41.) de Isocrate seniore scripsit. Nec vero tum in eum non convenerunt quae in oratione ipsi tributa comparent tectae nequitiae signa et argumenta. Nam in oratione Demosthenica contra Neeram p. 1351. §. 21. sq. narratur rem habuisse cum Metanira, meretrice Corinthia, quod ita factum videtur, quo tempore iam annum aetatis sexagesimum sextum vel septimum egit. Quocirca callidus veterator non sine specie veritatis etiam amoris humilioris criminatione peti potuit. Ac fieri potest ut Plato eum etiam propter democratiae studium, a quo philosophus abhorrebat magnopere, contemserit ac deluserit, de quo v. Stahr. Aristotel.

Libr. I. p. 63. sqq. Id enim verisimile fit ex Phaedr. p. 227. B. ubi v. annotat. nostr. Sed istud quidem in medio relinquamus. Pergimus potius ad illud, unde totius rei ratio etiam accuratius perspiciatur rectiusque aestimetur. Tantum abest enim, ut Plato severa ista, quam egit, artis oratoriae censura unum Lysiam petierit et corripuerit, ut longe maius quiddam spectaverit. Voluit enim procul dubio omnes omnino oratores vel rhetores a Sicularum disciplina profectos, uno excepto Isocrate, reprehendere et exagitare, quippe qui arti suae omnia, philosophiae rationi et conformationi, qualem olim iam Pericles, vir vere Atticus, plurimi aestimavisset, nihil plane tribuerent. Quocirca Lysiam non tam suam unius personam quam potius rhetorum omnium uni arti omnia tribuentium partes sustinere voluit. In quo similiter atque comicus Aristophanes versatus est, quem constat in Nubibus Socratem ut principem sophistarum perstrinxisse, in Ranis autem Euripidem ut argutorum et mollium tragicorum ducem et antesignanum in scenam produxisse, ut simul sophistae atque poetae id genus reliqui omnes riderentur ac deluderentur. Quam rationem ne quis putet a dialogorum scriptore esse alieniorem, cogitet is, quantum cognationis sermones Platonis cum fabulis poetarum, imprimis comicorum, habeant, memineritque praeterea similis artificii exempla etiam in aliis philosophi operibus, Symposio, Protagora, Republica, extare, in quibus libris omnibus passim loquentes ita inducuntur, ut certae alicuius rationis ac disciplinae tamquam partes sustineant. Esse autem Lysiam revera isto modo a Platone informatum, quum ex universa de rhetoricis disputatione intelligitur, tum imprimis, ex iis locis apparet, ubi praeter Lysiam etiam alii rhetores vellicantur, ut p. 258. D. *Ανοίγει τε και άλλον, όστις πάποτε τι γέγραφεν κ. τ. λ.* p. 272. C. D. p. 278. C. aut universa cohors Sicularum ac sophisticorum rhetorum perstringitur, sicuti fit p. 266. C. sqq. Atque haud scio an ad confirmandam hanc sententiam etiam illud valeat, quod p. 278. C. D. Lysias monetur, ut sese aliquando Polemarchi fratris exemplo ad philosophiae studium convertat, quodque p. 257. B. Socrates ita loquens inducitur, ut ei idem illud bonum ab Amore precetur. Nimirum haec omnia

licet propter tempus, quo habetur sermo, recte et cum specie veritatis ipsi dicantur Lysiae, tamen ita demum plenam vim suam accipiunt, si de persona cogitamus, quam rhetor celeberrimus in Phaedro sustinet. Tum enim ea non tam Lysiae causa, quam propter eos omnes monita esse putanda sunt, qui perverso consilio a rhetoricis studiis philosophiam omnino seiungerent. Nimirum ita philophus callidissime, quo tempore dialogum scripsit, praesentis aetatis rationem duxit, quandoquidem non tam grandaeum senem ad meliorem mentem reducere, quam rhetores aetate minores ac sibi aequales vel suppared edocere studuit, quaenam via ingredienda esset, ut ad verae germanaeque eloquentiae laudem perveniretur. Hoc autem si ita sese habet, sponte intelligitur, acerbitatem istam iudicandi, quam Platoni verterunt opprobrio, non tam ex indigno adversus Lysiam senem odio prodiisse, quam inde potius ortam esse, quod philosophus omnino rhetoricorum studiorum perversitatem castigare ac simul philosophiae dignitatem ac praestantiam in illustriore luce collocare voluit. Quod autem illum unum potissimum delegit, qui reliquorum omnium partes sustineret, non potuit profecto ullum illorum temporum rhetorem reperire, cui illas rectius imponeret, quam eum, qui erat *δεινότατος τῶν τότε γράφειν*, ut ipse ait p. 228. A., praesertim quum is praeter ceteros etiam in amatoriiis scriptionibus elaboravisset, qualis ut in medium proferretur, universi operis ratio et argumentum primum utique postulavit.

Atque his ita expositis tandem effecisse videmur, quod erat propositum, ut ne ex iis quidem, quae de Lysiae vita atque studiis memoriae prodita sunt, consequi appareat, Phaedri origines non posse ad maturiorem philosophi aetatem referri, sed adscribi oportere eius adolescentiae.

Pergimus ad examinanda reliqua argumenta, quibus viri docti probare conati sunt, Phaedrum esse fetum ingenii Platonici iuvenilis. Sunt autem ea argumenta rhetorici maxime atque dialectici generis, quandoquidem tam elocutionem quam disseverendi rationem in hoc libro regnantem eam esse iudicaverunt, quae iuvenilis aetatis manifestum indicium faceret. Quae omnia quo iure ita atuantur,

ne prolixior evadat disputatio, quam brevissime non tam demonstrare quam ostendere conabimur.

Et elocutionem quidem operis iam veteres critici tamquam singularem notarunt vel etiam reprehenderunt ut a prosa oratione alieniorem. Ita Aristoxenus apud Diogen. L. III. 25. et 38. *τον τρόπον τῆς γραφῆς ὅλον ὡς φορτικόν* notavit. Porro Dionys. Hal. in Epist. ad Pomp. p. 762. sqq. T. VI. ed. Reisk. et de vi admirand. Demosthen. p. 969. sqq. gravem in Phaedro dictionis urpatae censuram instituit. Reprehendit enim ibi philosophum, quod in hoc libro nimius fuerit sublimitatis atque granditatis affectator ideoque in ineptum tumorem ac fastum incurrerit, quo nomine ipsi *ψόφους καὶ διθυράμβους καὶ κόμπων ὀνομάτων πολὺν* et Gorgianae orationis turgorem vertit opprobrio; imprimis autem eum vituperat, quod relictis saepius prosae orationis finibus temere ad *ποιητικὴν ἀπειροκαλίαν*, quam vocat, transgrediatur, ut quum p. 237. A. repente Musas in re vulgari precibus invocet; p. 238. C. amoris vim naturamque inanibus argutiis definiat nec sine magnis verborum ampullis; atque p. 266. E. sqq. iter deorum atque animorum per coeli spatia institutum magnificentius describat. Enimvero in his omnibus Dionysius exemplis maxime e Phaedro repetitis id agit, ut Platonem a Demosthene dicendi laude superatum esse doceat, sicuti ex verbis p. 1000. p. 1026. et p. 1058. ed. Reisk. perscriptis facile intelligitur. Iam vero huic Dionysii iudicio proxime subiungere placet sententiam Caecilii, rhetoris Siculi, qui fuit homo in arte sua admodum clarus ac Dionysii familiaris. Is enim teste *Longino* De Sublimitate c. 29. et c. 32., crimine tumoris in Platone coniecto, Lysiam demonstrare conatus est Platone multo esse et venustiore et elegantiore, ut simile quiddam egisse iudicandus sit atque Dionysius, qui Demosthenem censuit Platoni esse anteponendum. In quo illum verisimile est item Phaedrum imprimis dialogum ob oculos habuisse, ut in quo et Lysias a philosopho taxatur acerbius et bene dicendi praecepta ex philosophiae penu deprompta non sine rhetorum irrisione proponuntur. Quamobrem ille, quamquam Lysiae potissimum vindicias egisse videtur, tamen et de summa re cum Dionysio consensisse

et vero etiam Phaedrum carpsisse existimandus est. Sed istud quidem in medio relinquamus. Pergimus potius ad *Olympiodorum*, qui in Vita Plat. p. 76. ed. Fischer. haec scripsit: *Ὅτι τοὺς διθυράμβους ὁ Πλάτων ἤσκητο, δῆλον ἐκ τοῦ Φαίδρου τοῦ διαλόγου, πάνν πνεόντος τοῦ διθυράμβώδους χαρακτήρος, ἅτε Πλάτωνος τοῦτον πρῶτον γράψαντος διάλογον, ὡς λέγεται.* De quo hominis docti effato etiamsi nobiscum in *Examín. Testim.* p. 21. sqq. ita statuas, ut eius auctoritati non multum tribuendum esse existimes, tamen illud nullo negotio intelligitur, hausta esse quae protulit ex antiquiorum rhetorum fontibus, qui Phaedrum dithyrambicum quiddam spirare iudicavissent. Denique audiendus etiam Hermias est, qui Schol. ad Phaedr. p. 63. ed. Ast. haec refert: *τὰ ἐγκλήματα νῦν, ἃ τινες κατηγοροῦσι Πλάτωνος ἐπὶ τούτῳ τῷ συγγράμματι, — ὅτι βασκάνου τινὸς φιλονείκου νέου ἔοικεν εἶναι, κομφοδοῦντος τὸν ῥήτορα καὶ εἰς ἀτεργίαν αὐτὸν διαβάλλοντος. ἔπειτα δὲ καὶ τῇ λέξει κερχῆσθαι ἀπειροκάλω καὶ ἐξωγκωμένη καὶ στρομφώδει καὶ ποιητικῇ μᾶλλον, ὡς καὶ αὐτὸς ἐπεσημῆρατο.* Atque haec quidem sunt fere veterum rhetorum de Phaedri elocutione iudicia. Similiter vero de illa senserunt etiam critici recentiores, ex quibus praeter ceteros nominandi sunt Aug. Bern. Krischius: Ueber Platons Phaedrus p. 135. sqq. et Schleiermacherus Praef. ad Phaedr. p. 69. sqq. Quamquam hi etiam alia non pauca notarunt tamquam singularia, ut exuberantem quandam verborum ac sententiarum luxuriam, insolentiore orationis vigorem et alacritatem, ridendi atque exagitandi petulantiam, colorem sermonis mire variatum, affectatam quandam dicendi gravitatem, vanam et inanem artis dialecticae et oratoriae ostentationem, et quae his cognata sunt vitia. Ex his omnibus vero denique veterum criticorum, de quibus Olympiodorus aliquid prodidisset, secuti auctoritatem protenus concluderunt, ista omnia esse iuvenilia ideoque Phaedrum iuvenile Platonis opus esse. Nec vero negari ullo modo potest reperiri in Phaedro ea fere omnia, quae ab illis notata et animadversa sunt. Sed quamquam id sine ulla dubitatione largiendum est, tamen nos quidem nullo pacto concedendum putamus, quod inde colligendum censuerunt. Est enim elocu-

tio argumento et consilio operis tam sollerter attemperata, ut id non iuvenem scriptorem arguat, sed perfectum dialogorum artificem, qualis Plato procul dubio maturiore demum aetate extitit. Nam rerum in posteriore Socratis oratione tractatarum ingens magnitudo ac sublimitas sibi utique depoposcit etiam ornatum verborum ac sententiarum magnificentiorem et grandiozem dictionem quam qualis sermoni vulgari conveniret; censura porro rhetorum ac sophistarum non potuit vacare cavillationis quadam et irrisionis acerbitate; praterea philosophiae laudatio et praedicatio tamquam aeternae veritatis magistrae et rhetoricorum studiorum victricis necessario etiam debuit cum artis quadam atque rationis ostentatione, speciosa quidem certe, coniuncta esse, praesertim si philosophus tum primum philosophiam in Academia docere instituerat; denique vigor orationis et alacritas insolentior necesse fuit ut per omnia diffunderetur, quem et recentis consilii gravitas et novae rationis ac disciplinae dignitas et adversariarum partium contentio ultro excitaverit atque naturali animi motu effecerit. Itaque congruit profecto elocutionis varietas egregie cum rerum tractatarum varietate, ut altera alteram sponte genuisse videatur. Id quod ex parte etiam Hermias perspexit, qui p. 63. et 65. ed. Ast. rectissime censuit, orationem rebus ipsis in Phaedri opere prudentissime esse attemperatam. Nec vero istud signum aut argumentum putamus iuvenilis inertiae, sed perfectae artis maturiori aetati propriae, praesertim quum Platonem nec illo tempore ingenii animique vigore defecisse tam Symposium non ita multo post Phaedrum in lucem editum quam alia opera etiam posteriore tempore scripta luculentissime contestentur.

Itaque dictionem quidem Phaedro propriam exploratum habemus nihil prorsus referre, quod librum adolescentiae Platonis tribuendum esse evincat. Sed alia quoque afferunt argumenta, unde id probabile fieri contendunt; quae quidem argumenta sunt generis dialectici. Dictitant enim usum dialecticae in hoc opere expromptae minime eum esse, quem Platonem ad maiorem disserendi facultatem exercitati consuetudo referre soleat. Nam primum quidem philosophum monent usum esse mytho sive

fabulae involucro, quo loco vitam animorum superiorem eorumque cum diis immortalibus coniunctionem descriperit, p. 249. C. — 257. A. quod et doctrinae imperfectionem et dialecticae imperitiam eam arguere aiunt, qua fieri non potuerit, ut res gravissimae fabulose nunc tractatae explicarentur subtilius; v. Schleiermacher. Praef. ad Phaedr. p. 79. sq. et Krischius l. c. p. 54. atque p. 132. sqq. ubi inter alia haec scripsit: *Platon kleidet dabei die Summe seiner philosophischen Ueberzeugungen in das dunkle Gewand des Mythus ein, um uns zu bedeuten, dass seine Lehre sich noch an der Schwelle jener Entwicklungsstufen befinde, auf welchen es ihm noch nicht möglich ist, das erst Geahnete in der Form des philosophischen Begriffs vorzuführen.* Deinde vero etiam censent disputationem in hoc opere minus subtiliter esse institutam, quippe quum multa ponantur potius et asseverentur, quam exquirantur atque pervestigantur, neque causae rerum disceptatarum idoneis rationibus aperiantur, multa etiam imperfecte exponantur, ita ut ne dialecticae quidem ratio ac disciplina, quae tamen magnam operis partem sibi vindicet, plene accurateque descripta sit. v. Schleierm. I. P. I. p. 65. sqq. ed. 2. Krischius l. c. p. 134. sq. Haec igitur illi, ex quibus item effici volunt, ut Phaedrus pro iuvenili opere habendus sit. Quae quidem omnia quo iure ita pronuntiata sint, paucis disputavisse sufficiet, quum partim iam ex iis, quae supra sunt exposita, quid rei sit, perspectum iri existimemus. Ut igitur ab eo exordiamur, quod postremo loco memoravimus, de dialecticae quidem descriptione, quae in hoc sermone exhibetur, multum veremur ut isto modo satis caute et circumspecte iudicatum sit, quae certe ad tantam perfectionem in hoc libro elaborata est, ut potius Heusdio assentiendum videatur Init. Phil. Plat. Vol. I. P. II. p. 76. iudicanti paene totam philosophi rationem in illo declaratam esse. Nimirum adumbrata eius ratio ac disciplina est totius scripti consiliis convenienter. Ex quo sponte consequitur, ut Platoni neutiquam ea artis dialecticae species et imago exhibenda fuerit, quae omnibus numeris perfecta et absoluta esset,

sed potius talis adumbranda, quae responderet praesentis descriptionis rationibus. Quocirca descripsit ille dialecticam ut artem amatoriam, quae divino sapientiae amori tamquam ministret ac suppetias ferat, ideoque omissis aliis non ad rem praesentem pertinentibus ea tantum exposuit, quae vel ad rerum scientiam et cognitionem iungendis ac discernendis ideis vel notionibus comparandam pertinent, vel etiam ostendunt ac patefaciunt, quatenus dialectica etiam ad scientiam et cognitionem inter alios propagandam valeat *). In quo consilio scribendi tanto minus inertia aliqua iuvenilis animadverti potest, quod quae proponitur dialecticae species et imago, ea cum iis, quae in aliis libris de arte gravissima sunt explicata, planissime convenit. Itaque hoc quidem nomine res salva est, evanescitque protenus iuvenilis operae suspicio omnis, ubi quid Platoni in adumbranda imagine dialectices propositum fuerit, probe meminerimus. At enim vero censuerunt critici etiam usum et exercitationem dialecticae in hoc libro minus esse subtilem adeoque tantam habere inscitiam, ut iure inde suspicari liceat, Platonem, quo tempore hunc sermonem scripserit, in dialecticis minus fuisse exercitatum. Ex quo item effici arbitrantur, ut Phaedrus pro opere Platonis iuvenili habendus sit. Quod quidem virorum egregiorum iudicium num qua probari possit an vero improbari debeat, quam brevissime exposuisse iuvabit, ne legentium patientia iusto diutius abusi esse videamur. Et illud quidem facile largimur, in iis libri partibus, quae tres illas orationes amatorias complectuntur, nec crebriores interrogandi et respondendi vices reperiri, nec disseverendi subtilitatem eam locum habere, qua omnia ac singula acutius exquirantur, subtilius disceptentur, operosius diiudicentur. Nimirum sermones cum orationibus iuncti atque copulati et breves sunt et pertinent fere ad Lysiam atque declamationis huic oratori tributae explorationem, ut magis altercationis quam quaestionis dialecticae speciem referant. Quod

*) v. Comment. nostr. De artis dialecticae in Phaedro Platonis doctrina et usu. Lipsiae, 1853. 4. ubi haec omnia p. 1. — 32. copiosius sumus persecuti.

perfecto per ipsam argumenti naturam aliter fieri nullo modo potuit. At enim vero quum in Lysiae oratione a scriptore ipso graviter reprehendatur dialecticae contentio et neglectio, tum in duabus Socratis orationibus certe per omnia regnat iusta partium descriptio, idonea argumentationis progressio, denique verborum ac sententiarum tanta perspicuitas, quantam difficillimorum philosophiae locorum tractatio et expositio videatur capere potuisse. De posteriore autem operis parte si quaerimus, subtilissime profecto ibi docetur, artem rhetoricam sine philosophiae auxilio neque consistere neque nomen artis aut laudem scientiae tueri posse, quia et rerum inventio et tractationis ratio atque via et vero etiam animorum movendorum atque edocendorum facultas atque persuasio nulla plane cogitari possit, nisi si sapientiae opibus sustentetur et muniatur. Quae certe tanto ingenii acumine explicata sunt, ut ne Aristoteles quidem dubitaverit in hac disciplinae rhetoricae parte Platonis legere vestigia. Quamquam in his quoque sermonibus reperiuntur, quae non tam subtilitate dialectica exquiruntur, quam simpliciter ut iam inventa proponuntur atque diiudicantur. At nimirum sunt haec omnia eius generis, ut non tam in mentis cogitatione quam in rerum usu et experientia posita sint ideoque dialecticam disceptationem aegre capiant. Sed satis de his. Reliquum est, ut de mythorum usu dicendum sit. In quibus iudicandis plurimum falli arbitramur, qui eorum causas et origines inde repetunt, quod philosophus, quo tempore illis usus sit, iuvenili quodam animi fervore abreptus vividiores et alacriores sensus nondum satis compescere et moderari aut rationis tamquam freno coercere didicerit. Quasi vero mythus philosophus, quem dicere licebit, soli phantasiae ludibrio debeat ac nihil in se contineat reconditius et abstrusius, quod arctiore quadam cum philosophia necessitudine contineatur. Nempe habet ille profecto originem atque causam ideam quamquam repraesentatque semper ac depingit rerum statum aliquem et conditionem, qualem propter ideae alicuius evidentiam poni ac statui necesse sit, ita quidem ut in illo statu describendo utatur vel religiosis popularium opinionibus vel placitis ac decretis physico-

rum vel poetarum fictionibus vel etiam imaginibus propriis et consilio scribentis accommodate inventis, iisque coniunctis omnibus novum quiddam effingat assumpta etiam augustiore quadam religiosae sanctitatis specie. Iam vero talis status rerum quoniam plane similis est atque respondet iis, quae in facto sunt posita atque sensibus subiecta, profecto non magis dialectice exquiri aut disserendi subtilitate fingi et inveniri potest, quam res adspectabiles et vitae communis experientiae obnoxiae. Ex quo sponte intelligitur, cur Plato quo loco divinam animorum vitam olim cum diis immortalibus actam nativamque eorum indolem ac naturam describit, fabulosa narratione usus sit, quam profecto non propter insecitiam dialecticam adhibuit, sed potius propterea, quod statum eorum aliquem deformavit, unde fuisse quondam meliorem perfectioremque ipsorum utpote nondum cum hoc mortali corpore colligatorum fortunam et conditionem intelligeretur. Itaque tantum abest, ut inde iuvenilis philosophi imperitia appareat, ut hinc quoque cognoscatur, fuisse Platonem quo tempore ista scripserit iam interioribus philosophiae sacris initiatum, ut etiam celsiorem sapientiam ab ideis repetitam grandibus rerum imaginibus declarare sustinuerit. Atque haec quidem omnia etsi breviter tantum exposita sunt, tamen satis, opinor, docebunt, ne elocutionem quidem atque dialecticam in Phaedro usurpatam id efficere, ut liber a Platone adolescente litteris consignatus atque publicatus esse putari debeat.

Sed satis haec de argumento et consilio, de arte et compositione, denique de temporibus Phaedri. Quae quidem omnia videbantur ideo copiosius et uberius exponenda esse, quoniam harum rerum notitiam non modo ad huius libri intelligentiam, verum etiam universorum Platonis operum cognitionem accuratiorem plurimum valere nobis persuasimus. Pergimus ad indicanda litterarum subsidia, quibus in hac editione adornanda uti licuit.

CODICES MANUSCRIPTI.

- 1) Clarkianus vel Bodleianus, scriptus a. 896. p. Chr. n. omnium facile princeps, excussus a Th. Gaisfordio, qui lectiones eius publicavit in *Lectt. Platonicis*. Oxford. 1820. 8.
 - 2) Coislinianus: *I*.
 - 3) Vaticanus: *A*.
 - 4—7) Veneti: *A. E. II. Σ.*
 - 8—19) Parisini: B. C. D. E. F. G. H. N. O. P. T.
 - 20) Vaticanus: *r*.
 - 21) Palat. Vaticanus: *δ*. } qui habent locos dialectici excerptos.
- De his codicibus, ab Im. Bekkero excussis, v. Bekker. *Indic. Codd.* a se collatorum p. VII. sqq. XI. XIII. et *Ind. Codd. contin.* p. VII. et IX. In iis notandis nos eadem sigla, quibus Bekkerus usus est, adhibuimus.
- 22—28) Florentini, a nobis litteris: a. b. c. g. h. i. *θ*. insigniti; de quibus diximus in editione *Opp. Plat. Lipsiensi* Vol. XII. p. VI. Contulit eos Franc. del Furia.
 - 29—34) Vindobonenses, quos signavimus numeris: 1. 3. 4. 6. 7. *α. ι*; de quibus item l. c. p. V. exposuimus. Ex his qui numero 6. inscriptus est, Bekkero vocatur *Φ*. Ceterum eos contulit Bastius.
 35. et 36) Monacenses n. 11. et 407. quos inspexit Astius.
- Praeterea Haenischius in adornanda *Lysiae* declamatiuncula, quam edidit separatim, usus est codice quodam Gothano et libro Raudnitiensi.
- Ex his codicibus pro consilii nostri ratione potiore tantum scripturae varietatem enotavimus, quamquam ubique id curavimus, ut quibus testimoniis niteretur nostra verborum recensio, quam certissime constaret legentibus. Eandem ob causam etiam codicis Clarkiani, qui etiam Bodleiani nomine insignitur, lectiones integras, ne vitiosis quidem scripturis exceptis, apposuimus. Quamquam fatemur nos minime

accedere eorum criticorum sententiae, qui huic uni libro tantum non omnia tribuunt, ut, ceteris codicibus omnibus posthabitis, adeo lectiones illius per se minime probabiles suscipere non dubitaverint. Enimvero praestantissimus sane ille liber est et in orthographicis imprimis valde emendatus. Nihilominus autem sine dubio manus criticorum correctrices est expertus, ut non raro offerat lectiones, quae si sobrio iudicio cum aliorum codicum, praecipue meliorum, scriptura comparentur, certe minus videri debeant esse commendabiles. Quamobrem in uno Phaedro circiter centum et viginti loci minus recte scripti legerentur, si illius auctoritatem ubique sequuti essemus. Ceterum in locis dubiis et controversis ne deteriorum quidem librorum scripturam silentio transmittendam iudicavimus.

Librorum editorum elenchus.

De editionibus universorum Platonis operum, quae usque ad annum 1846. prodierunt, dictum est in Prolegomenis ad Opp. Plat. Vol. I. P. I. p. XLIX. sqq. Illis nunc addas recentiores editiones sic inscriptas: Platonis Dialogi secundum Thrasylli tetralogias dispositi, ex recognitione Car. Frederici Hermanni. Lipsiae, sumtibus B. G. Teubneri, 8. min. Vol. I.—VI. 1851.—1858. Singulis voluminibus brevis sed ea perdocta annotatio critica praemissa est, qua imprimis lectiones codicis Clarkiani commendantur, quas editor, ubicunque fieri posset, in ordinem verborum recepit. — Platonis Opera ex recensione R. B. Hirschigii. Graece et Latine. Volum. I. cum Indicibus. Parisiis, ap. Ambr. Firm. Didot. 4. 1856. Praemissus est index emendationum ab editore acutissimo passim factarum: quas in Phaedri editione nostra omnes retulimus; unde etiam de aliis iudicium fieri poterit. Secundum huius editionis volumen, quod prius in lucem prodit, curavit Car. E. Chr. Schneiderus. Paris. ibid. 1852. sq. quod quidem continet libros de Republica, Timaeum, Leges, Epinomidem et Epistolas cum spurii dialogis. Editio diligenter ad codicum fidem exacta.

Editiones Phaedri singulares, quibus usi sumus, hae sunt:

Platonis dialogi quatuor (Lysias, Charmides, Hippias maior, Phaedrus). Emendavit et ann. instruxit L. Fr. Heindorf. ed. sec. ad apparatus Im. Bekkeri lectt. emend. Phil. Buttmannus. Berol. 1802. et iterum 1827. 8.

Platonis Phaedrus. Recensuit, Hermiae Scholiis ex cod. Monac. XI. suisque commentariis illustravit Frid. Astius. Lipsiae, 1810. 8.

Platonis Opera. Ed. Frid. Astius. T. X. qui continet uberrimum in Phaedrum commentarium.

Platons Phaedrus und Gastmahl; übersetzt, erläutert und verbessert von Fr. Ast. Ien. 1817. 8.

Platons Phaedrus, griech. u. deutsch, mit krit. u. erklär. Anmerkungen. Leipz. 1846. 8.

Platonis Phaedrus. Recensuit Carol. Badham. Lond. 1851. 8. min. Editio habet breves annotationes criticas easque partim perquam acutas. v. Commentar.

Lysiae Amatorius. Lectionis varietate et commentario instruxit — Ed. Haenisch. — Praemissa est commentatio de auctore orationis. Lipsiae, 1827. 8. Editor orationem Lysianam non Platoni, sed Lysiae deberi ostendere conatus est.

Praeterea ad Phaedrum illustrandum faciunt quae disputaverunt C. Fr. Hermann in Iahnii et Klotzii Annal. nov. Philol. et Paedag. Vol. VII. P. IV. a. 1833. p. 395. sqq. Chr. Eberh. Finkh in Zimmermanni diario: *Zeitschrift f. Alterthumswissenschaft* a. 1835. Fol. 96. et 97. Vögelin: in edit. min. Opp. Plat. Turic. Vol. XVIII. a. 1841. Fridr. Schleiermacherus Opp. Plat. Interpret. Germ. Vol. I. Frid. Astius et Ios. Socher de Vita et Scriptt. Platon. C. Frid. Hermann Geschichte und System der Plat. Philosophie p. 510. sqq. Hieron. Müller. et Car. Steinhart Interpret. Germ. Opp. Plat. Vol. IV. p. 3. sqq. Lips. 1854. 8. Aug. Bernh. Krische Ueber Platons Phaedrus. Götting. 1848. 8. Franc. Susemihl Die genet. Entwicklung der Plat. Philosophie Vol. I. Lips. 1855. p. 211. sqq. Alia scripta, quibus usi

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ ΚΑΙ ΦΑΙΔΡΟΣ.

Cap. I. Ὡ φίλε Φαῖδρε, ποῖ δὴ καὶ πόθεν; 227
ΦΑΙ. Παρὰ Λυσίου, ὦ Σώκρατες, τοῦ Κερά-
λου· πορεύομαι δὲ πρὸς περίπατον ἔξω τείχους· συ-
χνὸν γὰρ ἐκεῖ διέτριψα χρόνον καθήμενος ἐξ ἐωθινοῦ·
τῷ δὲ σῶ καὶ ἐμῷ ἐταίρῳ παιθόμενος Ἀκουμένῳ κα-
τὰ τὰς ὁδοὺς ποιοῦμαι τοὺς περιπάτους· φησὶ γὰρ
ἀκοπωτέρους εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις.

P. 227. A. εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις] Sic cum Bodl.
codd. plerique omnes. Vulgo τῶν ἐν τ. δρ. εἶναι.

P. 227. ποῖ δὴ καὶ πόθεν.]
Imitatus hoc libri principium est
Lucian. Encom. Dem. §. 1. T. II.
p. 581., ut recte vidit Heindor-
fius. Laudat illud Dionys. Hal.
VI. p. 762. et 969. Ob oculos ha-
buit etiam Aeneas Gazaetus, qui
Theophrastum suum Platonis
imitatione ductus sic incipit: Ποῖ
δὴ καὶ πόθεν, Ἀἰδοεε; Atticam
compellandi formulam, quam
praeter Heindorfium ad Lysid.
p. 203. B. illustrarunt etiam
Astius ad h. l. et Iacobs. ad
Antholog. Gr. T. III. P. III. p. 64.,
expressit Horatius Sermon. II.
4. 1. Unde et quo Catius?
Plenius idem Serm. 1, 9, 62. Un-
de venis et quo tendis?
Contractius contra Carmin. III.
27. 37. Unde quo veni? quod
foret Graece: πόθεν ποῖ ἐλή-
λυθα; — ἐκεῖ διέτριψα, sc.
apud Lysiam.

παιθόμενος Ἀκουμένῳ]
Mollis ac delicatulus homo: unde
medico modicas corporis exer-
citationes suadenti adeo religiose

obtemperat. conf. etiam locum
perquam memorabilem De Re-
publ. III. p. 406. B C, ubi primus
Herodicus narratur gymnasticam
ad medicum usum traduxisse,
id quod Plato vehementer exa-
gitat, et Symp. p. 176. D. A cu-
menum medicum, Eryximachi
medici patrem, philosophus me-
morat etiam infra p. 268. A. B.
et Sympos. p. 176. B. Alia de
eo vide sis apud Xenophonem
Mem. III. 13, 2., ubi temper-
rantiam dicitur appellavisse opti-
mum convivii condimentum, et
apud Groen van Prinsterer
Prosopograph. Plat. p. 193 sq.

ἀκοπωτέρους εἶναι τῶν
ἐν τοῖς δρόμοις] „Δρόμοι
fuerunt loca tecta non modo ad
cursum, sed etiam ad ambula-
tionem destinata.“ Rulink. ad
Tim. Gloss. p. 89. His igitur αἱ
ὁδοὶ opponuntur, hoc est, viae
apertae atque publicae, in qui-
bus Acumeno deambulatio visa
est salubrior esse et ad amo-
vendam lassitudinem efficacior

ΣΩ. Καλῶς γάρ, ὡς ἑταῖρος, λέγει. ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄσσει.

ΦΑΙ. Ναί, παρ' Ἐπικράτει, ἐν τῆδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ.

B. ἦν ἡ διατριβή] V. ἡ aberat, invitis codd. Quidam libri δὴ, alii numero octo δὴ ἦν omittunt, quod tamen Bodl. P. Vat. alii tuentur.

Τί δαί; οὐκ ἂν οἶε —] Sic boni aliquot codd. AΣ, tres Vindd., cum corr. Bodl. Vulgo Τί δέ; probante C. Fr. Hermanno.

(stärkender und erquickender), propterea, nisi fallor, quod ibi et liberior atque purior aer hauriretur, et motus corporis plus laberent varietatis. Voc. ἀκοπιώτερος enim ex usu medicorum positum. Nam ἀκοια a medicis dicuntur medicamenta vel remedia, quibus adversus lassitudinem utuntur, hoc est, lassitudinem levantia vel amoventia, ad tollendam lassitudinem efficaciac ac salubria, denique vires rescientia et recreantia; v. Foësius Oeconom. Hippocrat. s. v. Celsus De medic. IV. 24. Plin. Hist. Nat. XXIX. 3. XXXI. 7. Qua ratione etiam Latini loquuntur, ac opa Graecum vocabulum crebro usurpantes. Contulisse cum his iuvabit Aristotel. Probl. I. 37. τῶν περιπάτων οἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοπιώτεροι εἶναι οἱ ἀνώμαλοι τῶν εὐθειῶν. Probl. V. 12. et quae copiose disputat Mercurialis De Arte Gymn. IV. 10 p. 217sq. ed. Venet. Ceterum iungenda verba in hunc modum sunt: φησὶ γάρ αὐτοῖς, h. e. τοὺς κατὰ τὰς ὁδοὺς περιπάτους, ἀκοπιώτερος εἶναι τῶν ἐν τοῖς δρόμοις, sc. περιπάτων.

B. ἀτὰρ Λυσίας ἦν, ὡς ἔοικεν, ἐν ἄσσει] Ἀτὰρ ita positum tetigit Heindorf. ad Theaet. p. 142. E. — ὡς ἔοικεν, ut ex iis, quae dixisti, conicere licet, quod dictum est paullo lenius pro ut apparet, ut Euthyd. p. 271. B. — ἐν ἄσσει, Athenis. De Rep.

I. 327. A. addito articulo: ἀπῆ-μεν πρὸς τὸ ἄστυ: sed ibidem E. δοκεῖ μοι πρὸς ἄστυ δρῆσθαι. Item infra p. 231. C. οὐτως ἐκ τοῦ ἄστειος οὐτ' εἰς ὑπερ-ορῶν ἀποδημεῖς, οὐτ' ἔξω τέλ-χους. Sed v. Flügelium Obs. in Plutarchi Phocionem p. 16. Videtur Lysias domicilium suum habuisse in Piraeo, quod Heindorf. recte collegit ex eo, quod Cephalus, pater eius, Reip. I. p. 328. C. ibi narratur habitavisse Non vacat autem irrisione quadam, quod rhetor devertisse dicitur apud Epicratem, qui fuit demagogus famae admodum ambiguae. Verissime Groen van Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 114: „A verisimilitudine non abhorret hunc esse Epicratem, qui in Aristophanis Ecclesiazusis memoratur, ubi quum quaesivisset Praxagora: ἔχετε δ' οὐν πάγωνας; mulier versu 71. respondet: Ἐπικράτους οὐκ ἄλλ-γω καλλίονα. Nam ibi Scholiastes, οἷτος, scribit, εἰς διούτη-τα κομψοδεῖται, ἦν δὲ ὁῖτωρ καὶ δημαγωγός. οἷτος μέγαν πάγωνα ἔχων ἐπεκαλεῖτο Σακισφόρος. καὶ Πλάτων ὁ κομικός φησιν: „Ἀναξ' ἐπῆρης, Ἐπικράτης σα-κισφόρος. Aedes Morychiae domini Morychi intemperantia famosae fuerunt; v. Ruhnk. ad Tim. p. 153. Quamobrem hand scio an in Lysiae mores lateat aculeus: certe ad talem loci notationem accommodate quaerit Socrates: τίς οὐν δὴ ἦν ἡ δια-τριβή; ἢ δῆλον, ὅτι τῶν λόγων

ΣΩ. Τίς οὐν δὴ ἦν ἡ διατριβή; ἢ δῆλον, ὅτι τῶν λόγων ὑμᾶς Λυσίας εἰστία;

ΦΑΙ. Πεύσει, εἰ σοι σχολή προΐοντι ἀκούειν.

ΣΩ. Τί δαί; οὐκ ἂν οἶε με κατὰ Πίνδαρον καὶ

At vero utrumque vi et potestate sua nonnihil differt. Plenior enim forma atque sonantior usurpatur, quando cum affectu quodam animi, admirationis, doloris, indignationis, gaudii, interrogatur; id quod plane in hunc locum convenit. v. Reiz. et Hermann. ad Viger. n. 340. Buttman. Ind. ad II. Dall. in voc. Δαί, et nostra ad Euthyphron. p. 4. A.

ὑμᾶς Λυσίας εἰστία; Vide- tur quippe res commemorari in primis etiam ideo, quia Lysiae oratio, quam mox recitat Phaedrus, ea est, quae generosiore spiritu plane caret atque tota versatur in vulgaris et humilioris amoris rationibus rimandis atque examinandis. Nimirum talis oratio sane digna fuit, quae ab Epicrate eiusque familiaribus in domo Morychia audiretur, conf. p. 243. C. extr.

ἐν τῆδε —] Loquitur δεικτι-κῶς. Finguntur enim nondum urbe egressi, ut recte vidit Heindorfius. Ὀλυμπίου s. Ὀλυμπίου fuit Iovis Olympii templum, de quo laudant Meurs. Athen. Att. II. 10. Poppon. Prolegg. ad Thucyd. P. I. Vol. II. pag. 464. De sermonum epulis v. ad Reip. I. p. 354. A. IX. p. 571. E. et quos ibi laudavimus. — τῶν λόγων, videlicet, quibus solet vel consuevit. Similiter articulum explicandum censemus in superioribus A: ποιῶμαι τοὺς περιπάτους, h. e. ambulationes, quibus utor. — ἔστι-αν τῶν λόγων τινά dictum ut εὐωχεῖν τινα κινῶν λόγων Theophr. Char. c. 8. Ceterum conf. Gorg. p. 518. E. οἱ τούτους εἰστιάσασιν εὐωχῶντες ὧν ἐπε-θύμου.

οὐκ ἂν οἶε με κατὰ Πίν-δαρον —] Pindari verba sunt Isthm. I. in.: μᾶτερο ξυμά, τὸ τεόν, χρύσασι Θῆβα, πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέριτερον θῆσομαι. Hinc

originem duxit quod vulgo in editt. circumfertur a Stephano introductum, τὸ τεῖν τε καὶ Λυσίου. Quod ferri nullo modo potest. Nam poetae verba a Platone haec tantum respiciuntur: ἀσχολίας ὑπέριτερον πρᾶγμα: reliqua ipsius philosophi sunt, quem non est probabile ceteris in vulgarem linguam translatis unum istud τεῖν fuisse servatum. Alia ratio est De Rep. II. p. 365. C, ubi τὰν ἀλάθειαν legimus ex imitatione Simonidis. Nollem vero Astius scripsisset ποιῶσασθαι τὴν σὴν τε κ. Δ., quum σὴν, omisso τὸ articulo, dictum sit infinite eine Rede von dir und Lysias, ad sententiam accommodatus, τὸ autem infinitivo adiunctum eleganter significet istam auditionem rem esse maximi momenti. Quod si quis ambigat, quo iure ita statuamus, adeat is Rostium Gr. Gr. §. 125. 3. de hoc usu articuli infinitivis adiuncti praeclare disputantem. Dein ποιῶσασθαι, pro quo Bekkerus alique ποιῶσασθαι dederunt, unice verumputamus. Nam aoristus quoniam indicat actionem in se spectatam atque absolutam, seiuncta perpetuitatis notione, post verba putandi, sperandi, existimandi ita ponitur, ut significet aliquid continuo certoque factum iri, sive adiuncta conditio sit sive omisa. Eandem habes rationem Gorg. p. 448. A. Xenoph. Mem. II. 1, 4. 15. III. 9, 813. IV. 2, 23. et centenis aliis locis.

ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα ποιήσασθαι τὸ σὴν τε καὶ
Λυσίου διατριβὴν ἀκοῦσαι;

C ΦΑΙ. Πρόαγε δὴ.

ΣΩ. Λέγοις ἄν.

ΦΑΙ. Καὶ μὴν, ὦ Σώκρατες, προσήκουσά γέ σοι
ἢ ἀκοή, ὃ γὰρ τοι λόγος ἦν, περὶ ὃν διετριβόμεν,
οὐκ οἶδ' ὄντινα τρόπον ἐρωτικός. γέγραφε γὰρ δὴ ὁ
Λυσίας περιωμένον τινὰ τῶν καλῶν, οὐχ ὑπ' ἐραστοῦ
δέ, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ κεκόμψευται· λέγει γὰρ,
ὡς χαριστίον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι.

πρᾶγμα ποιήσασθαι] Codd. fere omnes ποιήσασθαι, quod
recepit Bekkerus. Aoristum cum Par. E tueri videtur Bodleianus
s. Clarkianus, quippe ex quo Gaisfordius nihil discrepantiae eno-
taverit, ut adeo cum Stephan. consentire existimandus sit. Dein
Steph. τὸ τὴν τε, quod est in codd. paucissimis. Vind. 7. τὴν σὴν.
Ceteri cum Bodl. τὸ σὴν τε κ. Vid. annot. Ceterum *δαλ* pro δέ

Itaque loci sententiam ita lice-
bit interpretari: Putasne me
protenus ac sine ulla du-
bitatione secundum Pin-
darum quavis occupatione
superius habiturum tuum
atque Lysiae sermonem
audire? Futuri temporis longe
alia vis et significatio est, quam
ab hoc loco alienam arbitramur.
Ceterum locum Platonis imitatus
est Plutarch. De genio Socrat.
p. 575. D. T. II. ed. Franc.

C. Πρόαγε δὴ] Ita dicit
respicens ad superius illud, ἐλ-
σοι σχολὴ προῶντι ἀκοῦειν. P.
228. B. καὶ προάγειν ἐκέλευε.

προσῆκουσα γέ σοι ἢ
ἀκοή] qui soles artem pro-
fiteri amatoriam. Symp. p. 177. D.
ὅς οὐδὲν φημι ἄλλο ἐπιστάσθαι
ἢ τὰ ἐρωτικά. Ibid. p. 212. B.
καὶ αὐτὸς τιμῶ τὰ ἐρωτικά καὶ
διαφερόντως ἀκούω. Lysid. p. 204.
B. Charmid. p. 154. B. C. Xeno-
ph. Sympos. III. 3. VIII. 13.
Mem. II. 6, 25. Maxim. Tyr.
XXIV. 4. Themist. Orat. XXIII.
in. Enimvero Socrates amorem
a rebus turpibus et abiectis con-
vertit ad pulchra, honesta, deco-

ra: qua de re quum praeclara
sit Heusdii disputatio Init. Philo-
soph. Platon. P. I. p. 96 sqq.,
tum nos quoque in Prolegome-
nis exposuimus.

περιωμένον τινὰ τῶν κ.—]
Notum est περιῶσθαι, ut Lat.
tentari, interdum esse pel-
licii ad amorem, de qua verbi
significatione praeter Ruhn-
ken. ad Tim. p. 210. dixerunt
Kuster. ad Aristoph. Equitt.
v. 514. Hemsterhus. ad Plut.
v. 150. et ad Lucian. Dialogg.
Deor. VI. §. 1. Eodem pertinet
χαρῆσθαι, de quo item vid.
Ruhnk. l. c. p. 274. Proxima
hanc vim habent: sed hoc
ipsum etiam lepide et ar-
gute finxit. Nam ita κομ-
ψεύσθαι explicari oportere pa-
tebit e praeclara Ruhnkeni
annotatione ad Tim. p. 154 sqq.
In quam re autem argutus hic
lepos cernatur, dilucidius decla-
ratur verbis: λέγει γὰρ, ὡς χα-
ριστίον μᾶλλον μὴ ἐρῶντι ἢ
ἐρῶντι.

ὦ γενναῖος —] Vulgatum
ὦ γενναῖος qui tuentur, Socra-
tem arbitrantur ipsum Phaedrum
compellere, qui scriptiois Ly-

ΣΩ. ὦ γενναῖος, εἶθε γράψαι, ὡς χρὴ πένητι
μᾶλλον ἢ πλουσίῳ, καὶ πρεσβυτέρῳ ἢ νεωτέρῳ, καὶ
ὅσα ἄλλα ἐμοὶ τε πρόεστι καὶ τοῖς πολλοῖς ἡμῶν. D
ἢ γὰρ ἂν ἀστεῖοι καὶ δημωφελεῖς εἶεν οἱ λόγοι. ἐγὼ γ'
οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστ', ἐὰν βαδίζων
ποιῇ τὸν περίπατον Μέγαράδε καὶ κατὰ Ἡρόδικον
προσβάς τῷ τείχει πάλιν ἀπίης, οὐ μὴ σου ἀπο-
λειφθῶ.

ΦΑΙ. Πῶς λέγεις, ὦ βέλτιστε Σώκρατες; οἶει
με, ἂ Λυσίας ἐν πολλῷ χρόνῳ κατὰ σχολὴν συνέδηκε, 228

hic quoque Bodl. corr. alique praeberunt.

C. ὦ γενναῖος] Ita Vind. l. 4. 7. pro ὦ γ. Illud confirmant
etiam Flor. 9 et Γ, qui ὦν γ. habent. EF γενναῖε. v. annot.

D. Μέγαράδε] V. Μεγάραδε, quod Bekk. ex codd. emen-
davit. Enimvero scribimus etiam οἰκόνδε, πόλεμόνδε, κ. τ. λ. In
Bodl. pr. m. μέγαρα δέ.

sianae argutias mirifice praedi-
cavisset. Quae ratio nobis qui-
dem minus probatur. Nam pri-
mum ipsa perspicuitas ita ὦ γεν-
ναῖε postulat. Deinde nec ul-
lius loci meminimus, in quo com-
pellatio alterius, sic in principio
enuntiati collocata, casu nomi-
nativo sine ὄτος facta sit. Ac-
cedit, quod nec ipsi rei conveni-
nit, quod Socrates Phaedrum
alloquitur, quum de Lysia cum
acerba irrisione sit dicturus.
Recte Ficinus: O genero-
sum virum! ut intelligatur
Lysias. Itaque de Bastii senten-
tia Specim. de Symp. Plat.
p. 85 sq. prodita ex aliquot codd.
scripsimus ὦ γενναῖος. Quid ὦ
et ὦ inter se differant, discas a
Valckenario ad Theocrit.
Adon. p. 403 sq. Bastio et
Boissonadio ad Aristaeon.
p. 269. Eandem permutationem
ad Protagor. p. 309. D. nota-
vimus.

καὶ ὅσα ἄλλα —] et quae
aliae eiusmodi attributiones, qua-
les sunt pauperis et divitis, in
me conveniunt atque in plurimos
nostrum. Non spernam tamen

quod codices nonnulli habent
ὑμῶν.

D. ἢ γὰρ ἂν ἀστεῖοι —]
Animadvertas irrisionis acerbita-
tem. Ita, inquit, Lysiae scrip-
tiones certe fuerint urbanae ac
populo utiles. Elegans est am-
biguitas in vocabulo ἀστεῖοι,
quod et de elegantia atque ur-
banitate et de communi utilitate
capiendum.

ποιῇ τὸν περίπατον Μέ-
γαράδε] h. e. vel Megara
usque. Cave tamen post πε-
ρίπατον inserendum putes καὶ.
Nam Μέγαράδε maiore vocis
contentione pronuntiandum est,
quam ob causam etiam in fine
incisi locatum videtur. Neque
hinc colligi cum Krischio li-
cet, colloquentes amicos revera
viam Megara ducentem ingres-
sos esse. Certe illi mox ad
lissum se convertunt muris
longis, qui vocantur, atque viis ad
Piraeum et Phalerum perducen-
tibus ab illis seiunctum atque
separatum. Ceterum Megara
Athenis distabant millia passuum
paullo amplius viginti; v. Gel-
lius VI. 10. Unde Eryxia p.
392. A. κέκμηκα χθὲς βαδίσας

δεινότατος ὢν τῶν νῦν γράφειν, ταῦτα ἰδιώτην ὄντα ἀπομνημονεύσειν ἀξίως ἐκείνου; πολλοῦ γε δέω. καί τοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον ἢ μοι πολὺ χρυσίον γενέσθαι.

Cap. II. ΣΩ. ὦ Φαῖδρε, εἰ ἐγὼ Φαῖδρον

P. 228. A. ἀλλὰ πολλὰς ἐπαναλ.] V. ἀλλὰ καὶ πολλὰς ἐπ., quod sicuti per se displicet, ita nec multorum aut bonorum librorum gaudet defensione. Dein ἐκέλευεν cum Clark. codd.

Μεγαρόθεν. — Tum κατὰ Ἡρόδικον est: Herodici exemplo et auctoritate. Sic infra p. 252. D. Plato formulam: καθ' ἑκάστον θεόν, ipse interpretatur: ἐκείνον τιμῶν τε καὶ μισοῦμενος. Intelligitur vero Herodicus Selymbrianus, qui diligenter distinguendus est ab Herodico medico, Gorgiae fratre. De eo v. ad Remp. III. p. 406. A. Ceterum his verbis ipsum Phaedrum tangi, medicorum de ambulatione praeceptis mirum quantum tribuentem, vix eget annotatione.

P. 228. ἰδιώτην ὄντα —] artis oratoriae imperitum, v. ad Sympos. p. 178. B. Protagor. p. 322. E. Praeterea adverte animum ad verba δεινότατος τῶν νῦν γράφειν. Per totum enim librum Lysias non ut orator, sed tanquam orationum scriptor carpitur.

καί τοι ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον — γενέσθαι] Structuram tetigit Schaefer. Melet. p. 127. n. 77.

εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ] Ἀγνοεῖν τινα est alicuius indolem ac mores non novisse. Eodem modo Latini dicunt ignorare aliquem; cui contrarium est aliquem intelligere, v. Lambin. ad Horat. Sat. I.3.22. in tpp. ad Terent. Eunuch. V. 8. 59. Ἐπιλανθάνεσθαι ἑαυτῶν autem dicuntur qui se-

met ipsos ignorant nec sciunt, qui revera sint. Apol. Socr. p. 17. A. ἐγὼ δ' οὐκ αὐτὸς ἀπ' αὐτῶν ὄλγον ἐμοῦ ἐπιλανθάνην. Menex. p. 235. C. μάρις ἀναμνησκομαι ἑαυτοῦ.

ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά ἐστι —] Dupliciter diversis temporibus in his Astius offendit. Olim enim censuit ante εἰ οἶδα excidisse ἀλλά, quo sane nihil opus est: in recentissima autem libri editione arbitratur ἀλλά particulam, quae verbis εἰ οἶδα praemitteri debuerit, ab γὰρ esse veluti attractam. Ea vero permira attractio foret. Nam istud ἀλλά quum manifesto ad praecedentia referatur, profecto nullo modo potest simul ad εἰ οἶδα pertinere. Imo ἀλλά γὰρ ut Lat. a. t. enim, sed enim, per breviloquentiam ita usurpatur, ut quae est adversativa sententia, eadem simul pro causali valeat. Quocirca ἀλλά γὰρ consociatur, quia binae notiones, alias distingui solitae, in unum coarctantur. Graeci enim quum eas enuntiationes, quibus causa redditur, iis praemittere soleant, quarum causa reddenda est, de quo loquendi genere v. Matthiae ad Eurip. Phoeniss. v. 371. et nos ad Plat. Phaedon. p. 117. A., etiam ita loquuti sunt, ut causalem sententiam cum adversativa in unum confunderent, ideoque γὰρ, quod proprie aliter fuit collocandum, continuo ad ἀλλά referrent, quippe causae significationem sta-

ἀγνοῶ, καὶ ἑαυτοῦ ἐπιλέλησμαι. ἀλλὰ γὰρ οὐδέτερά ἐστι τούτων· εἰ οἶδα, ὅτι Λυσίου λόγον ἀκούων ἐκείνος οὐ μόνον ἀπαξ ἤκουσεν, ἀλλὰ πολλάκις ἐπαναλαμβάνων ἐκέλευεν οἱ λέγειν· ὁ δὲ ἐπίθετο προθύμως. τῷ δὲ οὐδὲ ταῦτα ἦν ἱκανά, ἀλλὰ τελευτῶν πα-

longe plurimi pro vulg. ἐκέλευεν. Imperfectum liquet rei ipsi esse accommodatius; sed mutatum temere a criticis est, qui ob antegressum ἤκουσεν hic quoque aoristum requisivissent.

tim ab initio membrorum facientes. Quocirca h. l. quum proprie distinctius fuerit dicendum; ἀλλ' οὐδέτερά ἐστι τούτων· εἰ γὰρ οἶδα, causae commemoratione occupata continuo omnia mente et cogitatione tanquam uno verborum circuitu comprehenduntur, ut, etiamsi membra interpunctione seiuncta sint, tamen, vim verborum si spectamus, singula vix divellenda videantur. Itaque facile intelligitur contrarium fere eius, quod Astius statuit, verum esse. Nam quod ille ἀλλά censet ab γὰρ tanquam attractum esse, quum proprie ἀλλ' εἰ οἶδα dicendum fuerit, translatum potius γὰρ est in periodi initium eam ob causam, quam modo significavimus, miramurque magnopere illius rationem nuper viro cuidam docto unice probari potuisse. Haec igitur vera videtur loci expediendi ratio. Quae ne cui videatur insolentior, comparavisse iuvabit quae de aliorum locorum similium explicatione commentati sunt Hoogeveen, ad Viger. de Idiotism. p. 472 sqq. Hermann. ad eund. p. 810 sq. ed. 3. Schaefer. Melett. p. 67 sqq. Elmsl. ad Soph. Oed. Col. v. 797. Eur. Med. v. 1035. Heraclid. v. 481. Matthiae ad Phoeniss. v. 371. Hand. ad Tursell. I. p. 444. Beier. ad Cic. Offic. I. 40, 144. Itaque locum apparet esse sincerissimum; neque quidquam habere, quod ab usu Graeco-

rum ullo modo recedat. Germanice totum locum ita fere reddideris: Allein es ist ja keins von beiden der Fall; recht wohl weiss ich, dass jener nicht bloss ich, dass jener nicht bloss ein Mal des Lysias Rede anhörte etc. Nimirum verba: εἰ οἶδα κτλ., quoniam superiora vel explicant vel confirmant, usitate iam sine coniunctione subiiciuntur. Eodem modo Sophocli. Oed. Col. v. 624. ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδὲν ἢ δὴ τὰ κλητ' ἔπη· ἐὰ μ' ἐν οἴσιν ἤρξάμην, i. e. sine igitur me in iis, quae dicere coepi, subsistere. Eurip. Phoen. v. 1347. ἀλλὰ γὰρ Κρόντα λέύσω τόνδε δεῦρο — σιέχοντα· παύσω τοὺς παρεσιῶτας γόους. Ceterum οὐδέτερον usu pervulgato numero plurali dictum, licet de duabus tantum rebus agatur, ut οὐδέτερον requiri videatur. Exempla rei sunt Hipp. Mai. p. 294. A. Gorg. p. 524. B. p. 429. B. Phileb. p. 43. C. Euthyphr. p. 9. D. Demosth. de Coron. p. 285. ed. Reisk. al. — πολλὰς ἐπαναλ. ἐκέλευεν οἱ λέγειν] h. e. iterum iterumque iussit. Comparant Theaet. p. 169. D. οὐδὲν ἂν πάλιν ἴδει ἐπαναλαβόντας βεβαιοῦσθαι. Imperfectum ἐκέλευεν de re diutius duranti eaque saepius repetita aoristo esse multo praestabilius nemo dubitabit. Praetulerunt etiam Bekkerus, Buttmanus et nuperrime Astius.

ραλαβῶν τὸ βιβλίον ἂ μάλιστα ἐπεθύμει ἐπεσκόπει καὶ τοῦτο δρῶν ἐξ ἑωθινοῦ καθήμενος ἀπειπῶν εἰς περίπατον ἦν, ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, νῆ τὸν κύνα, ἐξ-
πιστάμενος τὸν λόγον, εἰ μὴ πάνυ τις ἦν μακρός. ἐπορεύετο δ' ἐκτὸς τείχους, ἵνα μελετῆ. ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λόγων ἀκοήν, ἰδὼν μὲν, ἰδὼν

B. καθήμενος ἀπ.] Hirschig. καθήμενος uncis seclisit. ἰδὼν μὲν, ἰδὼν ἦσθη] Sic codd. fere ad unum omnes, exceptis paucis, in quibus scriptum est ἰδὼν μὲν ἰὼν ἦσθη. Stephanus edidit ἰδὼν μὲν ἰόντα, quod nunc nolim amplecti. Winckelmann. con. ἰδὼν μὲν εἰς ὄν. sed v. annot. Dein vulgo ἔξοι, adversantibus

B. δρῶν — καθήμενος ἀπειπῶν —] Ne quem hic participiorum concursus male habeat, Graecos ita cumulare solere participia, sicubi diversa ratione explicanda sunt, dudum demonstravimus ad Euthyphr. p. 4. C. Apol. Socr. p. 27. A. Gorg. p. 464. C. ad Phileb. p. 53. Et hic quoque participiorum varia ratio est. Nam τοῦτο δρῶν ἐξ ἑωθινοῦ καθήμενος est: hoc faciens ita, ut inde a multo mane sederet. Cui subiungitur ἀπειπῶν, ubi defatigatus erat. Ex quo apparet, cur interpunctionis distractionem ab eiusmodi locis alienam esse arbitremur. Eadem ratio tenenda est infra p. 245. A. p. 251. C. et p. 253. A. Dein in verbis ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι vocula μὲν, non subiuncto δέ, posita est usitate, sicuti in formulis οἶμαι μὲν, δοκεῖ μὲν aliis, ita ut pars orationis suppressa sit, cui δὲ additum esse debebat, v. Hermann. ad Viger. p. 841 sq. Falso igitur Astius legendum coniecit: ὡς γοῦν ἐγὼ οἶμαι. Ceterum ludibundum hoc Socratis iusiurandum, νῆ τὸν κύνα, ad Apolog. Socr. c. 7. attigimus.

ἀπαντήσας δὲ τῷ νοσοῦντι περὶ λ. ἀκοήν] Noσεῖν, ut Lat. aegrotare, de quo v. Lambin. ad Horat. Sat. I. 6, 30., positum de vehementioribus cupiditatibus, quae hominem vel-

uti morbo quodam afficiunt, legitur etiam Sympos. p. 207. A. τὰ πέζα καὶ τὰ περὶ νοσοῦντά τε πάντα καὶ ἐρωτικῶς διατιθέμενα. Theaet. p. 169. B. conf. Grammat. apud Valckenar. Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 80. Wytttenbach. Bibl. Crit. Vol. II. P. IV. p. 73 sq. Eandem structuram habes Plutarch. T. II. p. 462. D. ἀνθρώπου φιλολήθου καὶ περὶ σφραγῖδα πολυτελεῖ νοσοῦντος. Articulum τῷ ante νοσοῦντι, pro quo Stephanus τῷ, i. e. τινί, scribendum putabat, Heindorf. minus recte explicat aegrotanti cuidam. Imo est: ei, qui misere cuperet. Lepide enim Socrates semet ipsum significat. conf. p. 227. B. extr. Itaque τῷ νοσοῦντι idem est quod ἐμοί. Atque hinc etiam facilem habet explicationem, quod deinceps dicitur ὅτι ἔξει τὸν συγκορυβαντιῶντα: cuius rationis exempla ad Reipubl. VII. p. 524. E. indicavimus.

ἰδὼν μὲν, ἰδὼν ἦσθη —] Sic libri mss. Lectio vulg. ἰδὼν μὲν ἰόντα ἦσθη ex importuna scioli alicuius correctione fluxisse videtur, qui venustatem huius conduplicationis non sentiret, cuius plurima exempla collegerunt Dorvill. ad Chariton. p. 311. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 11. Astius ad Legg. p. 5 sqq. et ad Phaedr. p. 273. ed. 1. Neque

ἦσθη, ὅτι ἔξει τὸν συγκορυβαντιῶντα, καὶ προάγειν ἐκέλευε· δεομένου δὲ λέγειν τοῦ τῶν λόγων ἐραστοῦ, C
ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ ἐπιθυμῶν λέγειν· τελευτῶν δὲ ἐμελλε καὶ εἰ μὴ τις ἐκὼν ἀκούοι βίᾳ ἐρεῖν. σὺ οὖν, ὦ Φαῖδρε, αὐτοῦ δεήθητι, ὅπερ τάχα πάντως ποιή-
σει, νῦν ἤδη ποιεῖν.

plurimis optimisque codicibus. Tenuerunt tamen optativum Turicenses, scilicet quia ex uno Clark. ἔξει non est enotatum.

C. νῦν ἤδη ποιεῖν] Ab hac voce Phaedri orationem orditur Stephanus, quem Lenzius, Heindorfius, Bekkerus, Astius recte emendarunt, adstipulantibus codd. mss.

enim Astio, Buttmanno et C. Fr. Hermann accedimus, qui vim aliquam in repetito ἰδὼν inesse negantes alterum tanquam errore ortum delendum censuerunt. Quippe imago exhibetur adolescentis, ipso ad aspectu eius, qui secum Lysiae scriptionem esset denuo pertractaturus, mirum in modum exsultantis, ut eum veluti exclamantem audiamus: εἶδον, εἶδον αὐτόν, quod Socrates hac narratione sua imitatur. Est igitur haec rarior quaedam forma orationis mimicae, qua verba eius, qui loquens introducendus erat, narrando referuntur recto sermone in orationem obliquam converso. Cui explicationi nostrae quod nuper Voegelinus illud officere iudicavit, quod talis repetitio non habeat locum nisi interiecto aliquo vocativo aut simili vocabulo, istud quidem nihili est, quippe quod vel Anacreonteis illis: θέλω θέλω μανῆναι ac similibus satis refellitur. Simillimus huic locus Horatii est Od. I. 35, 15. neu populus frequens ad arma cessantes, ad arma concitet, imperiumque frangat: ubi item rectae orationis exclamationem intertextam vides orationi aliunde suspensae. Verissime enim Lambinus ibi repetitione verborum ad arma, ad arma populi concitati im-

petum et furorem declarari censet. Similiter igitur hic Phaedri impetus atque furor depingitur commixta recta et obliqua oratione. Rationem non multum disparem mox D. notabimus. Atque hoc si recte iudicavimus, illud quoque liquere arbitramur, optativo ἔξοι multum praestare quod ex codd. nonnullis revocavimus ἔξει.

C. ἐθρύπτετο, ὡς δὴ οὐκ —] Ἐθρύπτεσθαι, delicias facere, quod est in amore proprium, illustrant Dorvill. ad Charit. p. 447. Boisson. ad Philostr. Her. p. 337. Bornem. ad Xenoph. Symp. VIII. alii. Dein καὶ ne iungas cum εἰ μὴ τις ἐκ ἀκούοι, scite Heindorfius observavit voculam ad βίᾳ ἐρεῖν pertinere, ut vel significet. Quocirca post ἐμελλε cum eodem viro docto delevimus item post ἀκούοι. Mox πάντως est omnino, auf jeden Fall, sicut Protag. p. 313. B. Gorg. p. 472. E. Phileb. 39. E; τάχα autem est fortasse. Ceterum Stephano, id quod iam Lenzius, Heindorfius alii monuerunt, eximie fraudi fuit, quod Socrates de Phaedro tanquam homine alieno et absente loquitur: corrigendum enim ille statuit ποιήσεις vel ποιήσῃ, neque istud αὐτοῦ δεήθητι intentatum reliquit. Similem orationis spe-

ΦΑΙ. Ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς πολὺν κράτιστόν ἐστιν οὕτως, ὅπως δύναμαι, λέγειν· ὡς μοι δοκεῖς σὺ οὐδαμῶς με ἀφήσειν, πρὶν ἂν εἴπω ἀμωσγέπως.

ΣΩ. Πάνν γὰρ σοὶ ἀληθῆ δοκῶ.

D Cap. III. ΦΑΙ. Οὕτωςι τοίνυν ποιήσω. τῷ ὄντι γάρ, ὦ Σώκρατες, παντὸς μᾶλλον τὰ γε ῥήματα οὐκ ἐξέμαθον· τὴν μὲντοι διάνοιαν σχεδὸν ἀπάντων, οἷς ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρωήτος ἢ τὰ τοῦ μῆ,

εἴπω ἀμωσγέπως] Asperum habent cum Bodl. sive Clark. non pauci alii. V. ἀμωσγέπως. Bekkerus et Turicc., ut solent, ἀμῶς γέ πως. Res eodem redit.

D. ἐν κεφαλαίοις ἑκαστον] Om. ἑκαστον Bodl. cum AT GT et pr. II. Magna est sane Bodl. auctoritas. Nec tamen cum Turicenss. vocem abiciam. v. annot.

ciem notavimus Euthyphron. p. 4. E., ubi Stephanus eodem errore deceptus est.

Ἐμοὶ ὡς ἀληθῶς —] Gravis haec ac ponderosa asseveratio quod coniunctionum vinculis libera est, nos quidem minime miramur, qui talia alibi saepius observaverimus. Itaque neque cum Heindorfio οὐν post Ἐμοὶ inculcandum, neque Eίεν ante idem vocabulum cum Klopfero De Cebetis Tabula Part. I. p. 11. inferciendum arbitramur. Dissimiles hac ex parte sunt loci alio nomine simillimi: Euthyphr. p. 5. A. ἄρ' οὐν μοι, ὦ θανμάσι Εὐθυφρον, κράτιστόν ἐστι μαθητῆ σὺ γενέσθαι; Euthyd. p. 297. D. κράτιστον τοίνυν μοι — ἀποκρίνασθαί σοι· οὐ γὰρ μὴ ἀγῆς ἐρωτῶν.

Πάνν γὰρ σοὶ ἀληθῆ δοκῶ] h. e. πάνν γὰρ ἀληθῆ ἐστιν ἃ σοὶ δοκῶ ποιῆσειν. Pari breviloquentia Reipubl. VIII. p. 567. D. Ἀληθῆ γὰρ δοκῶ σοι, quem locum comparavit Heindorf, ipse minus accurate explicans: πάνν γὰρ σοὶ ἀληθῆ δοκεῖ, εἰ δοκῶ.

D. παντὸς μᾶλλον — οὐκ ἐξέμαθον] neutiquam edidici. Sic παντὸς μᾶλλον sequente

negandi particula positum Charm. p. 171. C, quem locum ad tuendam librorum lectionem optime comparavit Heindorf. Nec abludat quod infra legitur p. 265. C. Καὶ μάλα ἔμοιγε οὐκ ἀηδῶς ἀκούσαι. — διάνοιαν est argumentum, ut Lysid. p. 205. B. Ion. p. 530. B. C. — οἷς ἔφη — τὰ τοῦ μῆ, quibus dicebat praestabiliorem esse causam amantis quam non amantis. Sic enim διαφέρειν sequente ἢ intelligendum, de qua constructione v. ad Phaedon. p. 85. B. Sine causa igitur Hirschig. mero arbitrato suo scripsit καὶ τὰ τοῦ μῆ pro ἢ τὰ τοῦ μῆ. Post τὴν μὲντοι διάνοιαν σχ. ἀπάντων deinde rei accuratius definiendae gratia inferitur ἑκαστον. Quod positum est perinde, ac si antea non διάνοιαν ἀπάντων, sed ἅπαντα scriptum esset. Hoc ipsum vero molestum accidisse iis videtur, qui ἑκαστον cum Bodl. et paucis aliis extruserunt. Sed ἑκαστον istud quam nec per se improbabile sit, tum prope necessarium videtur propter insequens ἀπὸ τοῦ πρώτου. Genus loquendi univrsum, quo ἑκαστος post nomina antegressa epexegetis causa subiicitur, post alios abun-

ἐν κεφαλαίοις ἑκαστον ἐρεξῆς δίδειμι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου.

ΣΩ. Λείξας γε πρώτον, ὦ φιλότης, τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερῇ ἔχεις ὑπὸ τῷ ἱματίῳ. τοπάξω γὰρ σε ἔχειν τὸν λόγον αὐτόν. εἰ δὲ τοῦτό ἐστιν, οὕτωςι διανοῦσθ' περὶ ἐμοῦ, ὡς ἐγὼ σε πάνν μὲν φιλῶ, παρόντος δὲ καὶ Ἀυσίου ἑμαυτόν σοι ἐμμελειῶν παρέχειν Ε οὐ πάνν δέδοκται. ἀλλ' ἴθι, δείκνυ.

ΦΑΙ. Πᾶνε. ἐκκέκρουκός με ἐλπίδος, ὦ Σώ-

τί ἄρα ἐν τῇ ἀρισι.] Sic Bodl. Flor. h. ΑΛΣΦΔGNOT. Vulgo post ἄρα insertum ὄ.

παρόντος δὲ καὶ Α.] Sic Bodl. ΑΠG probante Bekkero. Vulgo καὶ abest. In septem aliis codd. exstat π. δ. τοῦ Ἀυσίου. Dein pro vulgato δείκνυ cum Hirsch. refinimus δείκνυ.

de illustravit A. Matthiae Gr. Ampl. §. 302. = p. 764 sq. ed. 3.

Λείξας γε πρώτον —] Intell. δειλθε, quod κατὰ σύνεσιν e praecedenti δίδειμι petendum. Usus loquendi illustravit Matthiae Gr. Gr. §. 556. ann. 1. pag. 1093. extr. Deinde πρώτον est ante omnia, ut saepe. Corruptit verba Platonis Hirschig. corrigendo πρώτερον. Denique Atticam hanc compellationem, ὦ φιλότης, a posterioris aetatis scriptoribus certatim frequentatam, illustrarunt Berglerus ad Alciphron. T. I. p. 359. ed. Wagn. et Astius ad h. l.

τί ἄρα ἐν τῇ ἀριστερῇ ἔχεις] Animadvertendum est istud ἄρα in obliqua positum interrogatione, quia recta interrogatio erat: τί ἄρα ἔχεις; Eodem modo οὐν in interrogatione aliunde suspensa inferitur Protagor. p. 322. C. Sympos. p. 219. D, ubi vide annot.

E. ἑμαυτόν σοι ἐμμελειῶν παρέχειν] me tibi praebere, in quo te exerceas. Nam ἐμμελειῶν est ὥστε σὲ ἐν ἐμοὶ ἐμμελειῶν. Eodem modo dicitur διδάσκειν, μανθάνειν, ἐπιδείξαι, παιδεύειν, δηλοῦν ἐν τι: quam in rem conferas, si

lubet, Reipubl. III. p. 392. D. Alcibiad. i. 114. D. Phileb. p. 17. A. p. 21. A. Menon. p. 82. A. Sophist. p. 238. D. al. Παρέχειν ita cum infinitivo copulatum legitimus etiam Gorg. p. 475. E. p. 480. C. Apolog. Socr. p. 33. B. al. — παρόντος δὲ καὶ Ἀυσίου, quum vero adeo etiam Lysias praesens sit, quippe cuius ipsius orationem litteris perscriptam habeas. Sic enim istud καὶ intelligendum, quod non videmus cur Voegelino adeo displicuerit, ut illud vel optimis codicibus invitis procul arcendum putaverit. Fortasse tamen ex vestigiis codd. refingendum: δὲ καὶ αὐτοῦ Ἀυσίου.

Πᾶνε. ἐκκέκρουκός με ἐλπίδος] Aristoph. Eccles. v. 160. πᾶνε τοίνυν. Pac. v. 326. ἀλλὰ πᾶνε, πᾶν' ὀρχοῦμινος. Ran. v. 269. ὦ πᾶνε, πᾶνε, παραβαλοῦ τῷ κωλύ. Ibid. v. 121. et 588. Vulgo pro πᾶνον dictum putant. Alii τὸν λόγον aut tale quid intelligendum arbitrantur, quod tamen ideo minus placet, quia interdum πᾶνε τοῦ λόγου dictum invenimus. Respondet, nisi fallor, nostratium formula: mache, dass du aufhörst. Sic activum pro medio ponitur Eurip. Hecub. v. 898. μολπᾶν ἄπο — κα-

κρατες, ἢν εἶχον ἐν σοὶ ὡς ἐγγυμασόμενος. ἀλλὰ ποῦ δὴ βούλει καθεζόμενοι ἀναγνῶμεν;

229 ΣΩ. Δεῦρ' ἐτραπόμενοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν ἴωμεν· εἶτα, ὅπου ἂν δόξῃ, ἐν ἡσυχίᾳ καθιζήσομεθα.

ΦΑΙ. Εἰς καιρὸν, ὡς ἔοικεν, ἀνυπόδητος ὢν ἔτυχον· σὺ μὲν γὰρ δὴ αἰεὶ ῥᾶστον οὖν ἡμῖν κατὰ τὸ ὑδάτιον βρέχουσι τοὺς πόδας ἰέναι, καὶ οὐκ ἀηδέες, ἄλλως τε καὶ τήνδε τὴν ὥραν τοῦ ἔτους τε καὶ τῆς ἡμέρας.

ΣΩ. Πρόαγε δὴ, καὶ σκόπει ἅμα, ὅπου καθιζήσομεθα.

ΦΑΙ. Ὅρῳ οὖν ἐκείνῃ τὴν ὑψηλοτάτην πλάτανον;

E. καθεζόμενοι ἀναγνῶμεν] Sic cum Astio ex Vind. 4. Ven. II. et Monac. scripsimus pro vulg. καθιζόμενοι.

P. 229. A. ἐν ἡσυχίᾳ καθιζήσομεθα] Steph. cum Aldo καθιζόμεθα, praeter fidem codicum omnium.

ταπαισίας πόσις ἐν θαλάμοις ἐκεῖτο, ubi plura collegit Pflugk. καθεζόμενοι ἀναγνῶμεν] Haec lectio quin vulgato καθιζόμενοι sit anteposenda, nemini dubium videbitur, qui hos locos diligenter perpenderit: Theaet. p. 162. D. δημηγορεῖτε συγκαθεζόμενοι. Lysid. p. 206. D. ἂν γὰρ εἰσελθῆς καὶ καθεζόμενος διαλέγῃ. Hom. Iliad. VIII. v. 889. παρεζόμενος μινύριζε. Odys. IV. v. 738. ὄφρα τάχιστα Λαέρτη τάδε πάντα παρεζόμενος καταλέξῃ. Ib. XX. v. 334. ἀλλὰ σὴ τάδε μητοῦ παρεζόμενος κατάλεξον. Ex quibus omnibus perspicue apparet locum sic interpretandum esse: ubinam vis, ut, posteaquam consederimus, legamus. Nam καθεζόμενοι est temporis aoristi; καθιζόμενοι foret praesentis, consistentes, recte iudicante Buttmanno Gr. Gr. Ampl. Vol. II. p. 202. ed. 2. Fallitur ergo Voegelinus καθεζεσθαι interpretans praesenti tempore: sich setzen.

P. 229. εἰς καιρὸν] opportune. Ceterum καθιζήσομεθα,

quod codd. optimi plurimique suppeditant, legit etiam Grammaticus in Bekkeri Anecd. T. I. p. 101. dictum illud ratus ἀπὸ τοῦ καθεζόμεθα.

σὺ μὲν γὰρ δὴ αἰεὶ] Compar. Plat. Symp. 150. C. 174. A. Aristoph. Nubb. v. 103. 362. Xenoph. Mem. I. 6, 2. ibique interpretes.

Ὅρῳ οὖν ἐκείνῃ — πλάτανον;] Platanus haec, quae non tam loco illo quam oratione Platonis crevit, quum ab aliis, veluti ab Aristaeo, Epist. I. 3., tum saepius a Cicerone memoratur: conf. De Orat. III. 1. Legg. I. et III. proem.

B. πόα καθιζήσοθα] Prorsus eodem modo Aelian. Hist. Anim. VI. 42. σιβάδα ἐγκαθεύδων. Infinitivus enim sicuti verbis et adiectivis, ita etiam nominibus substantivis adicitur ad notionem eorum veluti explendam atque consummandam: unde saepnumero finis et eventus nascitur significatio. — πνεῦμα μέτριον, lenis aura.

οὐκ ἐνθένδε μέντοι πο-

ΣΩ. Τί μὴν;

ΦΑΙ. Ἐκεῖ σκιά τ' ἔστι καὶ πνεῦμα μέτριον, καὶ πόα καθιζήσοθα ἢ, ἂν βουλώμεθα, κατακλιθῆναι.

ΣΩ. Πρόαγοις ἂν.

ΦΑΙ. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυϊαν ἀρπάσαι;

ΣΩ. Λέγεται γάρ.

ΦΑΙ. Ἄρ' οὖν ἐνθένδε; χαρίεντα γοῦν καὶ καθάρα καὶ διαφανῆ τὰ ὑδάτια φαίνεται καὶ ἐπιτήδεια κόραις παίζειν παρ' αὐτά.

B. ἢ, ἂν βουλ., κατακλιθῆναι] Vulgo ἢ ἂν βουλώμεθα. Bodl. ἢ ἂν βουλώμεθα. Coniunctivum codd. ceteri fere omnes suppediant. Hirschig. praeterea κατακλιθῆναι scripsit, invidis codd. Errorem primus correxit Bastius Specim. crit. in Sympos. p. 86.

θέρ] Usum hunc voc. μέντοι in interrogationibus affirmantibus, qui in Phaedro etiam p. 229. B. 261. C. 267. D. recurrit, multis demonstravimus exemplis ad Rempubl. l. c. 13. in p. 399. B. VII. p. 521. C. IX. p. 581. A. Protagor. in Theaet. p. 163. E. Ex quibus locis item intelligas, quam magnae ille offensionis fere semper fuerit. Post ἐνθένδε — ποθὲν recte Heindorfius statuit τοῦ Ἰλισσοῦ explicationis gratia esse subiectum: quam in rem comparat Enthyd. p. 271. C. ἐντεθέν ποθὲν εἶλον ἐκ Χίου. Theaet. p. 142. B. αὐτοῦ Μεγαροῖ κατέλυν. Alia id genus exempla collegerunt Schaefer. ad Long. p. 371. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 77 sq. Non opus autem est coniectura Valckenarii Annot. in Nov. Test. T. I. p. 480. ἀπὸ τοῦ τοῦ Ἰλισσοῦ scribendum putantis, praesertim quum articulum ita uno eodemque casu geminatum apud Platonem quidem frustra quaesieris. Nec vero quemquam alium veterum scriptorum hac loquendi ratione usum esse ar-

bitramur. Certe quae notavit huius iterationis exempla Boissonad. in Anecd. II. p. 296. ad Planud. Met. p. 73. Eurip. III. p. 339. ea omnia aut incertae fidei sunt, aut debentur ceterioris graecitatis auctoribus.

τὴν Ὠρείθυϊαν ἀρπάσαι] Orithyiam, Erechthei regis filiam, narrabant aliquando cum nymphis ad Ilissi ripas ludentem a Borea raptam et in Thraciam ablatam esse. Ex quo factum esse dicebant, ut Boreas, utpote cum Atheniensibus iunctus affinitate, his ipsis aliquando in bello adversus barbaros suscepto opem ferret. Quo beneficio ornati Athenienses ei ad ripam Ilissi aram dedicaverunt. Fabulam exposuerunt Heynius ad Apollodor. P. II. p. 334 sq. Sturz. ad Pherecyd. Fragm. p. 176 sq. intpp. ad Ciceron. de Legg. I. 1. p. 8. ed. Moser. et qui ab his ipsis atque ab Astio ad h. l. laudantur. conf. inprimis Herodot. VII. 189. Sophocli. Antigon. v. 980 sqq. ed. Brunck. Pausan. I. 19.

C ΣΩ. Οὐκ, ἀλλὰ κάτωθεν ὄσον δὴ ἢ τρία στάδια, ἢ πρὸς τὸ τῆς Ἀγρας διαβαίνομεν· καὶ πού τις ἔστι βωμὸς αὐτόθι Βορέου.

ΦΑΙ. Οὐ πάννυ νενόηκα· ἀλλ' εἰπέ, πρὸς Δίος, ὦ Σώκρατες, σὺ τοῦτο τὸ μυθολόγημα πείθει ἀληθὲς εἶναι;

Cap. IV. ΣΩ. Ἄλλ' εἰ ἀπιστοῖην, ὥσπερ οἱ σοφοί, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴην· εἶτα σοφισζόμενος φαίην αὐτὴν πνεῦμα Βορέου κατὰ τῶν πλησίον πετρῶν οὖν Φαρμακεία παίζουσαν ὄσαι, καὶ οὕτω δὴ τελευτήσα-

C. τὸ τῆς Ἀγρας] Sic Bodl. pr. m. ΔΔΕΠΔΕFGT et pr. B Flor. g. i. Vind. 1.3.7. cum Timaeo Gloss. p. 223. Grammat. Bekker. Anecd. T. I. p. 526. Stephan. Ἀγρᾶς, ut in Bodl. aliisque nonnullis corr.

ὦ Σώκρατες, σὺ τοῦτο τὸ μ.] Steph. καὶ σὺ τ. τ., quod praeter Flor. a. et E nullus liber tuetur. Igitur καὶ cum Bekkero delevimus. Quippe σὺ fortius pronuntiandum.

C. ἢ πρὸς τὸ τῆς Ἀγρας—] Intelligitur templum Dianae, quae vel Ἀγρα vel Ἀγρᾶ vel etiam Ἀγροῖα appellata est a loco Atticae, ubi colebatur, cui nomen erat Ἀγρα vel Ἀγραί, ut docuit Ruhnk. ad Tim. p. 223. Siebelis ad Philochori Fragm. p. 88. et ad Phanodem. Fragm. p. 29 sqq. De omissō ἱερῶν v. Valcken. Opusc. Vol. II. p. 295. ed. Lips. Lectionem Ἀγρας, quam habuit etiam Grammaticus in Bekkeri Anecd. T. I. p. 326., abunde tenebuntur quae collecta sunt in Stephani Thes. T. I. a p. 713 sqq. ed. Anglic.

ὥσπερ οἱ σοφοί] Notat philosophos et sophistas fabulas ἀλληγορικῶς interpretantes: quae de re vide annotat. ad Reip. II. p. 379. D. coll. Lobeckio Aglaopham. T. I. p. 155 sqq.

εἶτα σοφισζόμενος φαίην αὐτὴν —] Istud φαίην putarunt ἂν sibi additum deposcere, sive illud de coniectura adiciendum sive ex antegressis repetendum sit. Alii optativum meram opinionem designare censue-

runt, quam loquendi rationem illustravit G. Hermanni. Opuscul. IV. p. 159. Falso, ut opinor. Imo optativus ponitur, quia haec quoque ex antecedenti εἰ suspensa sunt, hoc sensu: Si dubitarem, sicuti sapientes, non ineptus essem, si nimirum deinde argutiis utens dicerem etc. Itaque est haec quasi quaedam epexegesis, quae ad protasin enuntiati hypothetici pertinet. Quod vero additur οὖν Φαρμακεία, Pharmaceia Naias intelligitur, de qua Timaeus Gloss. p. 268. Nam Pharmaceia nomen fontis fuit, unde etiam nympha nomen accepit, ut solebant veteres diis fluvialibus eadem atque ipsis fluvii nomina imponere. Ex quo apparet summo iure Heindorfium sprevisse Heynii coniecturam, qua ad Apollod. T. II. p. 854. ἐπὶ Φαρμακεία scribendum esse statuit. — ἀνάραστον γερονέναι, raptu sublatam esse, v. Dorvill. ad Chariton. p. 416.

ἢ ἔξ Ἀρείου — ἱερᾶσθη] Ad ἢ ἔξ Ἀρείου πάγου intell. ex

σαν λεγθῆναι ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀνάραστον γερονέναι· D ἢ ἔξ Ἀρείου πάγου· λέγεται γὰρ αὐ καὶ οὗτος ὁ λόγος, ὡς ἐκείθεν, ἀλλ' οὐκ ἐνθένδε, ἱερᾶσθη. ἐγὼ δέ, ὦ Φαίδρε, ἄλλως μὲν τὰ τοιαῦτα χαριέντα ἡγοῦμαι, λίαν δὲ δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου καὶ οὐ πάννυ εὐτυχούς ἀνδρός, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δ' αὐτῷ ἀνάγκη μετὰ τοῦτο τὸ τῶν Ἴπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι, καὶ αὐτὴς τὸ τῆς Χιμαίρας· καὶ ἐπιρῶσει δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγᾶσων, καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπία τερατολόγων τινῶν E

D. ἢ ἔξ Ἀρείου πάγου — ἱερᾶσθη] Haec verba Bastius Specim. crit. in Symp. p. 21. spuria censebat, assentientibus Kirschio p. 19. et C. Fr. Hermanno.

ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπία] Ita codd. omnes, uno E excepto, qui cum Steph. habet πλήθει τε καὶ ἀτοπία, quod in F est superscriptum. v. annot. Athenaeus V. p. 265. T. III. ed. Schw. scribit τερατολογῶν τινῶν φύσεως.

superioribus: πνεῦμα Βορέου αὐτὴν ὄσαι. Liberi enim haec antegressis annexa sunt. Quae tamen cur eicienda censeamus, caussam idoneam nullam intelligimus.

D. κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δὲ —] Recte Astius: hanc unam solam ob causam, quod etc., apte comparans Tim. p. 48. C. Apolog. Socr. p. 32. A. Reipubl. II. p. 359. D. Xenoph. Anab. IV. 5, 32. V. 5, 20. VII. 6, 39. Alia collegit Iacobs ad Philostr. Imag. p. 502. Addimus Reipubl. V. p. 449. B. ἄλλο μὲν οὐδέν κατηγοροῦσμεν, τότε δέ. Legg. IV. p. 710. C. Mox ἐπανορθοῦσθαι facete dictum et ironice pro ἐρηγεῖν, ἐξηγεῖσθαι.

καὶ ἐπιρῶσει δὲ ὄχλος —] Hunc locum plurimos posterioris aetatis scriptores vel respexisse vel imitando expressisse docte demonstravit Astius Comment. T. X. p. 233 sq., cui viam praevit Wyttenbach. Epist. Crit. p. 237. ed. Lips. s. ann. ad Iulian. p. 127. B. ὄχλος de turba et multitudine affluentium dictum illustra-

runt Boissonad. ad Philostr. Her. p. 414. Wyttenb. l. c. — τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγᾶσων, sic intelligas: similitum praeterea s. eiusdem generis monstrorum, Gorgonum et Pegasorum. Similiter ἄλλο usurpari constat, de quo diximus infra ad Phaedrum p. 232. E.

καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπία τ. τ. φ.] Nondum poenitet me hanc librorum mss. lectionem olim cum Bekkero suscepisse, quamvis Astius semel iterumque unice verum esse contenderit quod in editt. vet. circumfertur πλήθει τε καὶ ἀτοπία. Enimvero nomina abstracta apparet posita esse pro concretis, nec praedicatorum complurium concursus, de quo v. Matthiae Gr. §. 444., quidquam affert molestiae. Sententia haec est: atque etiam affluunt Gorgonum et Pegasorum, atque aliarum mirabilium portentosarumve naturarum turbae atque monstra. Nimirum ἀμηχανοὶ φύσεις sunt ad

φύσεων· αἷς εἰ τις ἀπιστῶν προσβιβᾶ κατὰ τὸ εἰκὸς ἕκαστον, ἅτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, πολλῆς αὐτῷ σχολῆς δεήσει. ἐμοὶ δὲ πρὸς αὐτὰ οὐδαμῶς ἐστι σχολή. τὸ δὲ αἴτιον, ὃ φίλε, τούτου τόδε· οὐ δύναμαι πῶ κατὰ τὸ Δελφικὸν γράμμα γνῶναι ἑμαυτόν·

E. πρὸς αὐτὰ οὐδαμῶς] Sic Bodl. ΑΠΣΔΓΝΟΤ Vindob. et Flor. g. h. θ. Vulgo ταῦτα.

P. 230. A. γελῶν δὲ μοι φ.] Sic Vind. 3. et Heindorf. ex coniectura. Vulgo δὴ. Atqui conclusio fit demum in proximis; hic rei ratio atque caussa adhuc describitur. Quapropter Voegelinus veterem scripturam tueri non debebat

Θηρόν τυγχάνω] Sic Bodl. ΑΠΣΦΔΟΤ. Flor. g. h. θ.

explicandum et interpretandum difficiles. Ceterum poterat etiam dici: πολλὰ καὶ ἀποποιήσας τερατολ., unde istud πλήθον καὶ ἀποποιήσας habet explicationem. Eodem modo Demosth. Olynth. III. p. 35. §. 25. καὶ ἄλλη τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατεσκεύασαν ἡμῖν ἑρῶν καὶ τῶν ἐν τοῖσι τοῖσι ἀναθημάτων, i. e. κατὰ ἑρῶν καὶ ἀναθημάτων. Legg. I. p. 625. B. κηραστῶν ὕψη τε καὶ καλλὴ θανάσια, h. e. κηραστοὶ μεγάλα καὶ καλὰ θανάσια. Ibid. p. 653. A. μέγας τε ὄφελος αἴτιον πολλῆς σπονδῆς, i. e. μεγάλη τις ὄφελος. Ibid. XI. p. 924. C. παίδων ἰκανότης—ἀφῆν καὶ θήλειαι, i. e. παῖδες ἰκανοὶ ἀφῆνες καὶ θήλειαι. Atque hinc explicandus Sophoc. Ant. 585. οὐδὲν ἔλλειπει (ἔτι) γενεᾶς ἐπὶ πλῆθος ἔργον, i. e. ἐπὶ πολλὰς γενεάς. Sed de hoc loquendi usu alio loco dicitur pluribus.

E. αἷς εἰ τις ἀπιστῶν—] quas si quis non pro veris habuerit atque unumquodque ad verisimilitudinis et probabilitatis rationem exigere vel adducere voluerit. Hoc enim significat προσβιβᾶειν (cuius futurum atticum est προσβιβᾶ) ἕκαστον κατὰ τὸ εἰκός: quod etiam plenius dicitur τῷ λόγῳ προσβιβᾶειν. Dein ἀγροίκος σοφία est quae talia tractat pinguius, adhibita frigida ac putida interpretatione,

a sensu sublimiore et religiosiore aliena. Meminisse hic iuvabit eorum, quae scripsit Schleiermacherus Praef. ad Remp. Germ. p. 19. „Wenn sich Platon auch in der Republik gegen alle die Idee des höchsten Wesens entwürdigende Fabeln erklärt, so war er zugleich zu tief sinnig, um sich der flachen raisonnirenden Göttervernichtung einiger Sophisten gleichzustellen, und nicht vielmehr das wunderbare Gewebe von Naturabhandlung und geschichtlicher Sage in der hellenischen Götterlehre in Ehren zu halten.“ Conf. p. 245. C. et locum perquam memorabilem Legg. X. p. 885. D sqq. De studiis sophistarum populari mythologiae inimicis optime exposuit T. C. M. van Baumhauer Disput. Quam vim sophistae habuerint Athenis ad suae aetatis disciplinam. Traiect. ad Rhen. 1844 8. p. 102sqq.

πρὸς αὐτὰ οὐδαμῶς ἐστι σχολή] αὐτὰ dictum pro eo, quod quisque expectabat quodque in vet. edit. legitur, ταῦτα, v. Iacobs ad Anthol. Palat. p. 186. Matthiae Gr. p. 869. Euthyphr. p. 11. C. Theaet. p. 207. D. Aristoph. Ran. 498. 589. α. το δὲ αἴτιον—τόδε] Ita

γελῶν δὲ μοι φαίνεται τοῦτο ἐτι ἀγνοοῦντα τὰ ἀλλότρια σκοπεῖν. ὅθεν δὴ χαιρῶν ἐάσας ταῦτα, πειθόμενος δὲ τῷ νομιζομένῳ περὶ αὐτῶν, ὃ νῦν δὴ ἔλεγον, σκοπῶ οὐ ταῦτα, ἀλλ' ἑμαυτόν, εἴτε τι Θηρόν τυγχάνω Τυφῶνος πολυπλοκώτερον καὶ μᾶλλον ἐπιτε-

Vind. 4. 7. a. Vulgo post Θηρόν interponunt ὄν, quod in aliquot libris in ὄν commutatum est. Utrumque Bodl. et meliores ignorant.

μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον] V. ἐπιτεθυμμένον, quod iam Fabric. ad Sext. Emp. p. 72. Hemsterhus. ad Hesych. T. I. p. 492. Ruhken. ad Tim. p. 250. depravatam esse censuerunt. Quod repositum, id cum Bodlei. pr. m. plurimi optimique libri suppeditarunt.

saepe τὸ δὲ αἴτιον τόδε, vel etiam αἴτιον δέ, rectae orationi praemitti docuit Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 346 sq. De illo γνῶθι σεαυτόν, quod Apollinis Delphici templo inscriptum fuit, dictum ad Protagor. p. 343. B.

P. 230. A. τὰ ἀλλότρια σκοπεῖν] Articulus in hac formula addi solere docebunt quae monuimus ad Rempubl. IV. p. 433. E. et 443. D. Omisso illo Lysias c. Eratosthen. §. 3.

εἴτε τι Θηρόν τυγχάνω Τυφῶνος π.] Nobilissimus locus, qui multos nactus est imitatores, quos suaviter ridet Plutarchus. T. II. p. 749. A. coll. 1119. B. Typhonis descriptionem legitimus Aeschyl. Prom. v. 351 sq. Schol. ad h. l. Τυφῶν Γῆς καὶ Ταρτάρου υἱός, γεννηθεὶς ἐν Σικελίᾳ, εἶδος ἔχων οὐμμυγῆς ἀνδρός καὶ Θηρόν. Ex quo liquet, quorsum istud πολυπλοκώτερον retulerit, quod tamen Astius cum Boeckhio et Schleiermachers melius ad centum capita anguinea Typhoni vulgo tributa spectare censuit. Deinde quod vulgo scribatur ἐπιτεθυμμένον, id ab Ruhkenio ad Tim. Gloss. p. 250. verissime esse in ἐπιτεθυμμένον conversum librorum mss. testimonia arguunt. Enimvero Platonem liquet originem nominis ab

ἐπιτύφασθαι sive inflando deducti significare. Timaeus quum p. 250. in Glossarium suum retulerit: τεθυμμένος ὑπὸ πυρός ἐκκαυμένος ἢ κκαυόμενος, hoc loco legisse videatur καὶ μᾶλλον ἐτι τεθυμμένον, quod placuit Fabricio ad Sext. Emp. p. 72. Sed nihil mutandum esse praeter codicum auctoritatem luculente docent aliorum Grammaticorum testimonia, Moer. p. 150. Hesych. T. I. p. 491. Bekker. Anecd. Gr. p. 462. 10., evincunt item imitationes eorum, qui hunc locum respexerunt, de quibus vide Astii Commentar. Opp. Plat. T. X. p. 238. — Tum observabis chiasmum, qui cernitur in verbis εἴτε ἡμερώτερόν τε καὶ ἀπλούστερον: nam ἀπλούστερον refertur ad πολυπλοκώτερον, sicuti ἡμερώτερον opponitur τῷ ἐπιτεθυμμένῳ, v. ad Apolog. Socr. p. 39. B. ubi alia id genus exempla attulimus. Denique Θηρόν τυγχάνω omisso ὄν nec Platonicæ adversari loquendi consuetudini docebit annot. ad Reipubl. II. p. 369. B. Apol. Socr. p. 33. A. Phaedon. p. 62. A. Gorg. p. 502. B. Hipp. mai. p. 300. A. Tim. p. 61. D. Infra p. 263. C. ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει. Similiter atque hic in omisso ὄν offensum est Protagor. p. 313. E. Ceterum admirabilem ac plane divinam esse universi huius loci venustatem et elegan-

1089 *Φυμμένον, είτε ημερώτερόν τε καὶ ἀπλούστερον ζῶον
θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. Ἀτὰρ
ὦ ἑταῖρε, μεταξὺ τῶν λόγων, ἄρ' οὐ τόδε ἦν τὸ
δένδρον, ἐφ' ὅπερ ἦγες ἡμᾶς;*

B *ΦΑΙ. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτό.*

*Cap. V. ΣΩ. Νῆ τὴν Ἥραν, καλή γε ἡ κα-
ταγωγή. ἢ τε γὰρ πλάτανος αὐτὴ μάλ' ἀμφιλαφής*

B. *ὥστε γε τῷ ποδὶ τεκμ.]* Sic cum Bodl. codd. plurimi
et praestantissimi pro eo quod Steph. habet *ὡς γε*. Pauci libri *ὡς*

tiam sponte quisque sentiet. Illud unum igitur satis erit monuisse, hinc quoque apparere, Socratem artes ac fraudes sophistarum ita oppugnasse, ut omnia retulerit ad nobilissimum illud: Nosce te ipsum.

μεταξὺ τῶν λόγων] h. e. ut hunc sermonem interpellem, et de eo dicam, quod mihi iam in mentem venit. Nostrates formula *ἄ propos* utuntur, quam recte comparavit Heindorfius. Neque enim Astio accedimus, *μεταξὺ λόγων* vel addito articulo *τῶν λόγων* iudicanti esse tantummodo sermonem alio translatum interruptentis et ad propositum se revocantis: quod etsi in hunc atque similes locos convenit, in omnes tamen nullo modo convenire existimandum est. Exempla formulae collegerunt Vigerus de Idiot. p. 407. Toup. Emdatt. in Suid. p. 265. T. II. ed. Lips. Imperfectum *ἦν* ponitur, quia ad superiora respicitur, de quo usu vide Gorg. p. 516. D. Phaedon. p. 68. B. Criton. p. 47. D. De Rep. III. p. 466. E. IV. p. 433. D. VI. p. 490. A. al.

B. *ἢ τε γὰρ πλάτανος αὐ-
τῆ]* Locum ob oculos habuit Cicero de Orat. I. 7. iam ab aliis laudatus: Cur non imitatur, Crasse, Socratem illum, qui est in Phaedro Platonis? nam me haec

tua platanus admonuit, quae non minus ad operandum hunc locum **patulis est diffusa ramis** (*ἀμφιλαφής*), quam illa, cuius umbram secutus est Socrates, quae mihi videtur non tam ipsa aquila quae describitur, quam Platonis oratione crevisse. Eundem significavit etiam Legg. II. c. 3. Veteres platanum umbram et amoenitatem mirifice delectatos esse praeter alios docuit I. H. Voss. ad Virgil. Georg. II. 79. Voc. *ἀμφιλαφής* eximie illustrat Ruhnk. ad Tim. p. 26 sqq., quo loco simul plurimos eorum locos recenset, qui haec Platonis verba imitatione expresserunt. *Ἄγνος*, vitex (*Keuschlamm*), teste Eustathio in Odys. κ. p. 367. 369. nomen accepit, quia valebat ad servandam castitatem. Plura vide apud interpretes ad Alciphron. I. 39. III. 8., ubi contra codd. *τὴν ἄγνον* pro *τὸν ἄγνον* editum est, et apud Ruhnk. ad Tim. p. 12.

*καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἀν-
θης — παρέχοι τὸν τόπον]* Heindorfius coni. *καὶ οὕτως ἀκμὴν ἔχει*, aut *ὡς ἀκμὴν ἔχει* — *ὡς*, ut *ὡς* posterius pro *οὕτως* accipiatur, me quidem non probante, qui facilius tulerim: *καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει*, — *ὡς ἄν*. Sed non opus est mutatione. Quamquam nec Astius locum recte

*τε καὶ ὑψηλή, τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σὺσκιον
παγκαλον, καὶ ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἀνθης, ὡς ἂν εὐω-
δέστατον παρέχοι τὸν τόπον. ἢ τε αὐτὴ πηγὴ χαριεστά-
τη ὑπὸ τῆς πλατάνου ῥεῖ μάλα ψυχροῦ ὕδατος, ὥστε
γε τῷ ποδὶ τεκμηρασθαι. νυμφῶν τε τινῶν καὶ
Ἀχελώου ἱερὸν ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων
ἔοικεν εἶναι. εἰ δ' αὖ βούλει, τὸ εὐπνοῦν τοῦ τόπου*

τό γε. Cod. Γ corr. ὄσα γε. Paullo ante Steph. correxit ἢ γε αὐτὴ πηγὴ, quod est in libris paucissimis. Mox ἀχελώου Bodl. h. e. Ἀχελώου.

defendit. Is enim *ὡς* explicat per *ὅτι οὕτως*, ut post *καὶ* intelligendum relinquatur *τοῦτο πάγκαλον ἔστιν; ὡς ἂν* autem sequente optativo interpretatur ut, et *ἂν* particulam ait referendam videri ad superlativum, hoc sensu: ut quam possit sua vissime, locum perfundat odore. In quibus omnibus quid sequutus sit, haudquaquam intelligimus. Nam nec *ὡς* nunc pro *ὅτι* *ὡς* poni potuit, quod qua lege fiat, ex Criton. p. 43. E. Protag. p. 334. D. facile intelligetur, neque *ἂν* cum superlativo necti licet, neque, si ista totius loci esset sententia, *ὡς* cum optativo locum haberet. Immo *ὡς ἀκμὴν ἔχει τῆς ἀνθης* per exclamationem accipiendum est. Istud *ὡς ἂν* autem cum optativo significat: quomodo possit, ut infra p. 231. A. 205. D. Gorg. p. 449. E. 453. C. Phaedon. p. 82. E. Sympos. p. 187. D. Politic. p. 286. D. et centenis aliis locis. Ita iam Homerus Iliad. IX. 112. *φραζώμεσθ', ὡς κέν μιν ἀρκοσάμενοι πεπύθειοιμεν*. Odys. XVI. 297. *ὡς ἂν ἐπιθύσαντες ἔλοοιμεθα*. Hymn. in Cerer. v. 272 sq. *ὡς ἂν ἐπειτα — ἐμὸν νόον ἰλάσσοισθε*, h. e. qua ratione placare possitis. Sed de loco Iliad. XVI. 84. *ὡς ἂν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῆδος ἄραιο*, non nihil dubites, num *ἄραιο* potius legendum sit, id quod plurimi am-

plexi sunt. Itaque verba interpretamur sic: *und wie steht er eben in der schönsten Blüthe in einer Weise, wie er den Ort im höchsten Grade mit Wohlgeruch zu erfüllen vermag!* Quare non est cur scripturam codicum sollicitemus; nec Winckelmanni commento opus videtur, qui nuper scribendum coniecit: *καὶ ὡς καὶ ἐκινῶς ἀκμὴν ἔχει.*

ὥστε γε τῷ ποδὶ τεκμηρασθαι] Sic codd. pro vulg. *ὡς γε τῷ π. τ.*, quod libris invitis nolim praeferre. Herodot. II. 10. *ὥστε εἶναι σμικρὰ ταῦτα μεγάλοι οὐ συμβάλλειν*, ubi Schweighaeuserus *ὡς γε* malebat. Sophocles Trachin. v. 1222. *Ἰόλην ἔλεξας, ὥστ' ἀπεικάζειν ἐμέ*, ubi Schaeferus *ὡς γ'* corrigit. Arist. Nubb. v. 465. *ὥστε γε σοὺ πολλοὺς ἐπὶ ταῖσι θύραις ἀεὶ καθῆσθαι, βουλομένους κίλ.*

νυμφῶν τε τινῶν — ἔοικεν εἶναι] *lungas: ἔοικεν τε ἀπὸ τῶν κορῶν τε καὶ ἀγαλμάτων* (si quid ex imaginibus et donariis colligere licet) *εἶναι ἱερὸν νυμφῶν τινῶν καὶ Ἀχελώου*. Vocce *κόρη* et *ἀγάλματα* illustravit Ruhnk. ad Tim. p. 166. et p. 6. Formulam *ἔοικεν ἀπὸ τούτου* attigimus ad Gorg. p. 477. D.

C. *εἰ δ' αὖ βούλει]* Formulam interpretari liceat: adde et hoc.

ὡς ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα ἠδύ· θερνόν τε καὶ λιγυρόν ὑπηγεῖ τῷ τῶν τεττίγων χορῷ. πάντων δὲ κομψοτάτου τὸ τῆς πόας, ὅτι ἐν ἡρέμα προσάντει ἰανῆ πέφυκε κατακλιέντι τὴν κεφαλὴν παγκάλως ἔχειν. ὥστε ἄριστά σοι ἐξενάγεται, ὦ φίλε Φαῖδρε.

ΦΑΙ. Σὺ δὲ γε, ὦ θανυμάσιε, ἀτοπώτατός τις φαίνεται. ἀτεχνῶς γὰρ, ὃ λέγεις, ξαναγονμένῳ τινὶ καὶ, οὐκ ἐπιχωρίῳ ἔοικας· οὕτως ἐκ τοῦ ἄστεος οὐτ' εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀποδημεῖς, οὐτ' ἔξω τείχους ἔμοιγε δοκεῖς τὸ παράπαν ἐξίεναι.

ΣΩ. Συγγίγνωσκέ μοι, ὦ ἄριστε. φιλομαθῆς

C. ἀγαπητὸν καὶ σφόδρα] Steph. ἀγαπητόν τε καὶ σφ. praeter fidem codicum. Mox Bodl. m. sec. κατακλιέντι.

D. ἀποδημεῖς] Hirschig. de conii. ἀποδημεῖν. — Συγγίγνωσκέ μοι] V. δὴ μοι, invitis codd. praeter unum omnibus. οὐ μέντοι δοκεῖς μοι] Male Bodl. cum aliis plurimis οὐ μέντοι. Idem statim post δοκεῖ scribit, ac dein cum AHTG et pr. D

θερνόν τε] „Stephanus Annot. „Magis placeret θερνόν τε καὶ λιγυρόν.“ Sic Suidas T. I. p. 31. Etiam Ficinus aestivum insuper quiddam et canorum cicadarum subresonat choro. Similiter Himer. Orat. XIV. 11. p. 626. θερνόν τε καὶ ἠλύρα περὶ τὸν θεὸν ἀβρύνεται. Gregor. Nazianz. Ep. I. 768. ἠδύ τι καὶ ἐναρμόνιον. Philostr. Her. p. 66. φοικῶδες τι καὶ ὄρθιον. Sic iam Callimach. Hymn. in Apoll. 4. ἐπένευσεν ὁ Δάλιος ἠδύ τι ποικίλ. all. Pronomen τι intendit, ut Theocrit. I. in. ἄδύ τι τὸ ψιθύροισμα, et adiectivum adverbii partes sustinet. Attamen per se quoque adiectivum sic usurpatur, ut Theaet. p. 179. D. εἶτε ὑγίης εἶτε σαθρὸν φθέγγεται. Politic. p. 275. A. οὐδὲ σαφές λόγῳ ἦθη. Politic. I. p. 337. A. ἀνεκάρησέ τε μάλα σαρόδιον. Philostr. Her. p. 12. ἠδύ γάρ που — ἀναπνεῖ. Aristen. I. 3. λιγυρόν ὑπηγεῖ. — Similiter Juvenal. XIV. 295. aestivum sonat. Cfr. Jacobs ad Callistrat. p. 683. et Matth. Gr. p. 833^a. ASTIUS. De τὸ adiectivis

neutrius generis non addito diximus ad Sympos. p. 175. B.

ἐν ἡρέμα προσάντει] quod in leni quam habet acclivitate idonea est etc. De ἐν ita posito v. Matthiae Gr. §. 577.

ξαναγονμένῳ τινὶ — εοικας] Quum Socrates dixisset sese opportunissime a Phaedro tanquam peregrinum aliquem in locum tam amoenum et iucundum deductum esse, hic eum facete ait revera peregrino alicui esse similem, ut qui nec urbem nec patriae fines egredi soleat, sed perpetuo intra urbis moenia commoretur. Criton. p. 52. B. οἱ γὰρ ἂν ποτε τῶν ἄλλων Ἀθηναίων (τῆ πόλει) ἐπεδήμεις, εἰ μὴ σοι διαφερόντως ἤρεσκε, καὶ οὐτ' ἐπὶ θεωρίαν πάποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξήλθες, ὅτι μὴ ἄπαξ εἰς Ἴσθμόν, οὕτε ἄλλοτε οὐδαμῶς, εἰ μὴ ποστρατευσόμενος, οὕτε ἄλλην ἀποδημίαν ἐποιήσω πάποτε, ὥστε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, κτλ. Meno. p. 80. B. Usum verbi ξαναγεῖν declaravit Ruhken. ad Tim. p. 186 sq.

γὰρ εἰμι. τὰ μὲν οὖν χωρία καὶ τὰ δένδρα οὐδὲν μ' ἐθέλει διδάσκειν, οἱ δ' ἐν τῷ ἄστεϊ ἄνθρωποι. σὺ μέντοι δοκεῖς μοι τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φάρμακον εὐρηκέναι. ὥστε γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἢ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι, σὺ ἔμοι λόγους οὕτω προτείνων ἐν βιβλίῳ τὴν τε Ἀττικὴν φαίνεται περιάξειν ἅπασαν καὶ ὅποι ἂν ἄλλοσε βούλη. νῦν ἔσθ' οὖν ἐν τῷ παρόντι δεῦρ' ἀφικόμενος ἐγὼ μὲν μοι δοκῶ κατακεῖσθαι, σὺ δ' ἐν ὁποίῳ σχήματι οἶε ῥᾶστα ἀναγνώσεσθαι, τοῦθ' ἐλόμενος ἀναγίνωσκε.

ΦΑΙ. Ἄκουε δὴ.

ἐμῆς ante ἐξόδου omittit. Eiecerunt igitur ἐμῆς. Turicenses. Quo tamen aegre carueris ad sententiam. Videtur nobis certe errore propter antegressum τῆς omissum esse.

προσειόντες ἄγουσι] V. προσείοντες, quod emendavit Casaub. ad Athen. T. I. p. 190. ed. Schw., cuius emendationem confirmat Vind. 4. et unus de Bekkerianis, Laur. 6.

E. νῦν οὖν ἐν τῷ π.] Sic optimi et plurimi libri mss. pro

D. οὐδὲν μ' ἐθέλει διδάσκειν] Venuste ἐθέλειν de rebus inanimatis dicitur, quem usum Platonicis exemplis illustravimus ad Rempubl. II. p. 370. B. et Legg. IX. p. 872. E. Falluntur autem in talibus qui ἐθέλειν idem esse statuunt quod δύνασθαι. Liquet enim hunc usum a quodam prosopopoeiae genere repeti oportere. Quae Astius de hac re Commentar. p. 249 sq. exposuit, ea vereor ut cuiquam satisfactura sint.

τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φάρμακον εὐρηκέναι] h. e. rationem illam invenisse, quae commoveres ad urbem relinquendam. Infra p. 274. E. μνήμης — καὶ σοφίας φάρμακον. Ibid. p. 275. A. Legg. I. p. 627. E. φόβον φάρμακον, h. e. ad metum iniiciendum efficax. Charmid. p. 157. D. ὡς οὐ φῆς τὴν ἐπωδὴν ἔχειν, ad quod comparandum te ais hanc habere incautionem tuam. Chrysoptom. Orat. XI. p. 324. ἢ ποίησιν φάρμακον ἠδονῆς, h. e. valet ad efficiendam voluptatem. Quae se-

quantur, ὥστε γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρ. κτλ., ea recte statuit Astius posita esse pro: ὥστε γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα ἄγοντες θαλλὸν ἢ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσι. Usum hunc verbi προσείοντες, quo dicitur de iis, qui pecora ducunt ostentantes iis frutices, quos subinde quatunt et huc atque illuc movent, erudite explanavit Ruhkenius ad Tim. p. 136. Dein ne haereas in collocatione verborum, ὃ ἔμοι λόγους οὕτω προτείνων, eadem ratio est Protagor. p. 329. A. ὥστε γὰρ τὰ χαλκία — καὶ οἱ θῆτιοι οὕτω μακροῦς λόγους ἀποτίνοσαν. De Rep. I. p. 354. B. ὥστε οἱ λέχοι — ἀπογεύονται, καὶ ἐγὼ μοι δοκῶ οὕτω — ὀρμηθεῖν. Ibid. IX. p. 585. A. ὥστε δὲ πρὸς μέλαν φαῖδον ἀποσκοποῦντες — καὶ πρὸς τὸ ἄλυπον οὕτω λίπην ἀφορῶντες κτλ. Phaedon. p. 61. A. ὥστε οἱ τοὺς θεῖους διακελευόμενοι, καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον. Gorg. p. 449. A. ὥστε τὰ ἐμπροσθέν σου ὑπετείναιο Χαίρεφῶν — καὶ νῦν οὖν οὕτως ἐπέ.

E. ἐγὼ μὲν μοι δοκῶ κατα-

Cap. VI. Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστα-
σαι, καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν γενομένων τούτων
231 ἀκήκοας. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυγήσαι ὧν δεομαι,
ὅτι οὐκ ἐραστὴς ὧν σου τυγχάνω. ὡς ἐκείνοις μὲν
τότε μεταμέλει ὧν ἂν εὖ ποιήσωσιν, ἐπειδὴν τῆς ἐπι-
θυμίας παύσονται· τοῖς δὲ οὐκ ἔστι χρόνος, ἐν ᾧ
μεταγῶναι προσήκει. οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκης, ἀλλ' ἐκόν-
τες, ὡς ἂν ἄριστα περὶ τῶν οἰκείων βουλευσάντο,
πρὸς τὴν δύναμιν τὴν αὐτῶν εὖ ποιούσιν. Ἔτι δὲ
οἱ μὲν ἐρωῶντες σκοποῦσιν, ἅ τε κακῶς διέθεντο τῶν
αὐτῶν διὰ τὸν ἔρωτα καὶ ἅ πεποιθήσιν εὖ, καὶ ὄν

vulg. ὄν δ' οὖν. Dein vulgo erat κατακείσθαι, quod ex optimis plurimisque codd., inter quos est etiam Bodl., a Bekkero et aliis mutatum est.

γενομένων τούτων] V. τούτων γενομένων, invitis codicibus melioribus.

κείσθαι] Verissime Heindorf interpretatur: placet mihi recumbere. Nam δοκῶ μοι saepenumero personaliter dicitur pro impersonali δοκῆ μοι. cfr. Theaetet. p. 183. D. ἀλλὰ μοι δοκῶ—οὐ πέσομαι αὐτῶν. Euthydem. p. 288. C. ἐγὼ οὖν μοι δοκῶ ὑφηγήσασθαι, ubi nollem vir praestantissimus ὑφηγήσασθαι correxisset. Certum est enim atque exploratum Graecos post verba putandi, sperandi, credendi, alia id genus, non tantum infinitivos futuri, sed etiam aoristi et praesentis adhibuisse, prouti ipsius sententiae ratio exigere videretur. Et aoristum quidem nunc mitamus. De praesentis autem usu ut iam monendum sit, illud facit, quod in multis codicibus hoc loco scriptum extat κατακείσθαι, quod ipsum desideravisse videtur Heindorfius. At enim vero rectissime codices optimi praesens tinentur. Neque enim agitur de re aliquando futura, sed de eo, quod iam nunc praesens adest. Est igitur huius loci eadem prorsus ratio, atque Criton. p. 52. C. ubi v. ann. Diversi

sunt generis quae ad h. l. attulit Astius: aptiora suppeditabit Lobeckii solertia, qui ad Phrynichum Parerg. VI. inde a p. 749. hunc usum loquendi illustravit. Ceterum fuit qui δοκῶ οὕτω κατακείσθαι scribendum opinaretur, propterea quod ἐν ὁπῶν σχήματι esset subiectum. At is certe non vidit, quod sponte in oculos incurrit, Socratem ipsum velle recumbentem audire quam Phaedrus secum ferebat orationem, quum Phaedrus inbeatur ita recitare scriptionem, ut ei commodum sit, sive stare velit, sive erectus sedere, sive itidem recumbere. Formulam ἀκουε δὴ tractat Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 350.

Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πρ.] Tenendum est, de quo etiam in Prolegg. explicavimus, Lysiam non ut oratorem, sed ut rhetorem et orationum ἐπιδεικτικῶν scriptorem perstringi a Platone. Itaque nunc non una aliqua ex orationibus eius iudicialibus recitatur ac severo iudicio exigitur, sed legimus potius aliquam μελέτην rhetoricam, quales multas

εἶχον πόνον προστιθέντες ἡγοῦνται πάλαι τὴν ἀξίαν B
ἀποδεδωκέναι χάριν τοῖς ἐρωμένοις. τοῖς δὲ μὴ ἐρω-
σιν οὔτε τὴν τῶν οἰκείων ἀμέλειαν διὰ τοῦτο ἔστι
προφασίζεσθαι, οὔτε τοὺς παρεληλυθότας πόρους ὑπο-
λογίζεσθαι, οὔτε τὰς πρὸς τοὺς προσήκοντας διαφο-
ράς αἰτιάσασθαι· ὥστε περιηρημένων τοσούτων κακῶν
οὐδὲν ὑπολείπεται ἀλλ' ἢ ποιεῖν προθύμως ὅ τι ἂν
αὐτοῖς οἴωνται πράξαντες χαριεῖσθαι. Ἔτι δὲ εἰ διὰ
τούτου ἀξιὸν τοὺς ἐρωῶντας περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, C
τούτους μάλιστα φασὶ φιλεῖν ὧν ἂν ἐρωῶσι, καὶ ἔτοι-
μοὶ εἶσι καὶ ἐκ τῶν λόγων καὶ ἐκ τῶν ἔργων τοῖς

P. 231. A. τῶν αὐτῶν] Sic Bodl. Vulgo αὐτῶν. v. ad Phaedon. p. 613. A. ann. crit.

καὶ ὄν εἶχον πόνον] Ven. Σ et Vind. 4. καὶ ὄν δὲ εἶχον π.

καὶ ἔτοιμοὶ εἶσι] Haec om. Bodl. pr. cum AGT male.

probabile est ab eo in publicum emissas fuisse. Sed explicatus de Lysiana hac oratione diximus in Prolegomenis.

P. 231. A. ὡς ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει] Intelliguntur ii, qui a τοῖς οὐκ ἐρασταῖς diversi sunt, h. e. amatores. Ex quo apparet, cur ἐκείνοις dixerit. Pluralis numerus ad eundem modum post singularem ponitur infra p. 233. A. βέλτιον σοὶ προσήκει γενέσθαι ἐμοὶ πεποιημένῳ ἢ ἐραστῆ· ἐκείνοι μὲν γὰρ καὶ περὶ τὸ βέλτιστον—ἐπαινοῦσι κτλ. et pag. 249. A. ἢ τοῦ φιλοσοφῆσαντος ἀδόλως (ψυχῆ)· αὐταὶ δὲ τρ. κτλ. Similiter pluralem relativi pronomini post nomen singulare inferri notavimus ad Reipubl. VIII. p. 554. B. Alia id genus Schoemann. ad Isaacum p. 466. collegit.

οὐ γὰρ ὑπ' ἀνάγκης] intellig. cupiditatis naturalis necessitudinem. Reip. V. p. 458. D. οὐ γεωμετρικαῖς, ἀλλ' ἐρωτικαῖς ἀνάγκαις κτλ. Vid. annot. ad Reip. VII. p. 527. A. IX. p. 581. D.

ὡς ἂν ἄριστα—βουλευσάντο] h. e. οὕτως, ὡς ἂν

ἄριστα β., in dem Maasse, wie sie das Ihrige am Besten becrathen können. V. ad p. 230. B. coll. p. 232. D. Xenoph. Mem. I. 6. 2. Itaque interpretationis gratia adicitur πρὸς τὴν δύναμιν τὴν αὐτῶν, pro facultatibus suis.

B. διὰ τοῦτο ἔστι προφασίζεσθαι] Quemadmodum paullo ante ex οὐκ ἐραστὴς ad ἐκείνοις intelligendum erat οἱ ἐρασταί, ita hic ex μὴ ἐρωῶσι intelligas ὅτι ἐρωῶσι. Errant qui locum aliter interpretantur.

οὐδὲν ὑπολείπεται ἀλλ' ἢ ποιεῖν] Quomodo ἀλλ' ἢ a Graecis dicitur, explicavimus ad Phaedon. p. 81. B. et Reip. X. p. 601. A.

C. μάλιστα φασὶ φιλεῖν] Errat Heindorfius οἱ πολλοὶ s. οἱ ἄνθρωποι intelligendum ratus. Subiectum est potius οἱ ἐρωῶντες. Idem deinde etiam ad ἐλεῖν λέγουσιν intelligendum est, quae vulgo perperam interpretantur sic: facile est ad intelligendum, si quidem ipsi haec vere profitentur, futurum esse, ut, quos serius amaverint, eos ipsis

ἄλλοις ἀπεχθανόμενοι τοῖς ἐρωμένοις χαρίζεσθαι, ὁρῶντιον γινῶναι, εἰ ἀληθῆ λέγουσιν, ὅτι ὅσων ἂν ὕστερον ἐρασθῶσιν, ἐκείνους αὐτῶν περὶ πλείονος ποιήσονται, καὶ δῆλον, ὅτι, ἐὰν ἐκείνοις δοκῆ, καὶ τούτους κακῶς ποιήσουσι. Καίτοι πῶς εἰκός ἐστι τοιοῦτον πρᾶγμα προέσθαι τοιαύτην ἔχοντι συμφοράν, ἣν D οὐδ' ἂν ἐπιχειρήσειεν οὐδεὶς ἔμπειρος ὢν ἀποτρέπειν; καὶ γὰρ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι νοσεῖν μᾶλλον ἢ σωφρονεῖν, καὶ εἰδέναι, ὅτι κακῶς φρονοῦσιν, ἀλλ' οὐ δύνασθαι αὐτῶν κρατεῖν. ὥστε πῶς ἂν εὖ φρονήσαντες ταῦτα καλῶς ἔχειν ἠγήσαιντο, περὶ ὧν οὕτω διακείμενοι βού-

λέγουσιν ὅτι ὅσων ἂν] Bodl. λέγουσιν ὁπόσων ἂν ὕστ. Unde nuper C. Fr. Hermann. effinxit: ἀ γ' ὅσων. Sed praestatur tenere scripturam librorum fere omnium.

D. καλῶς ἔχειν ἠγήσαιντο] Sic Bodl. eum plurimis optimisque reliquis. Vulgo ἠγήσονται, quod Dissen. Disquisitt. Philol. I. p. II. in ἠγήσονται mutatum volebat. Perverse nuper grammatici quidam hoc loco abusi sunt, ut conjunctivum deliberativum cum ἂν coniungi demonstrarent. Nam codd. plerique omnes quum tueantur optativum, facile apparet, temere eam in rem hoc testi-

deliciis suis praeferant etc. Immo sententia haec est; facile est ad intelligendum, an vere dicant (h. e. falso eos hoc dicere), propterea quod eos, quos postea amaverint, hos ipsos illis sunt anteposituri. — ἐκείνους, quos postea amaverint. αὐτῶν, ipsis illis, quos adhuc in deliciis habuerunt.

τοιοῦτον πρᾶγμα προέσθαι τοιαύτην ἔχοντι συμφοράν] Quomodo, inquit, decet talem rem profundere homini tali malo (amore) laboranti, quod nemo prudens (quia est insanabile) ne conetur quidem avertere atque tollere? ἔχειν συμφοράν dicuntur qui malo aliquo laborant eoque urgentur et premuntur, ut Reip. IX. p. 591. D. al. Hoc loco de amore esse cogitandum, quo quis tanquam malo

aliquo correptus est, universae disputationis ratio evincit. Et eodem sensu Reip. IX. p. 574. E. ἔχειν ἔρωτα dictum novimus. Obscoenitatem autem quandam habet istud τοιοῦτον πρᾶγμα. Nimirum orator tecte significat inventus florem, qui amatori veluti profundatur ab iis, qui eius voluntati gratificantur.

D. περὶ ὧν οὕτω διακείμενοι βούλονται] Quomodo, inquit, ubi bene sapiunt, ista recte habere sibi persuadent, quae ita affecti animo expetunt? Recte haec omnia dicta sunt, ut nec cum Stephano βουλεύονται nec cum Heindorfio βεβούλευνται correxerim. Nam οὕτω διακείμενοι opponitur praecedentibus illis, εὖ φρονήσαντες: περὶ ὧν autem, h. e. quorum habita ratione, connectendum est cum οὕτω διακείμενοι, de quo usu praepositionis περὶ v. infra ad p. 250. C. et ad Reipubl. VII. p. 538.

λονται; Καὶ μὲν δὴ εἰ μὲν ἐκ τῶν ἐρώντων τὸν βέλτιστον αἰροῦτο, ἐξ ὀλίγων ἂν σοὶ ἢ ἐκλεξῆς εἶη· εἰ δ' ἐκ τῶν ἄλλων τὸν σαντιῶ ἐπιτηδειότατον, ἐκ πολλῶν. ὥστε πολὺ πλείων ἐλπίς ἐν τοῖς πολλοῖς ὄντα τυχεῖν τὸν ἄξιον τῆς σῆς φιλίας. Cap. VII. E Eὶ τοίνυν τὸν νόμον τὸν καθεστηκότα δέδοικας, μὴ πυθομένων τῶν ἀνθρώπων ὄνειδος σοὶ γένηται, εἰκός ἐστι τοὺς μὲν ἐρώντας, οὕτως ἂν οἰομένους καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων 232 ζηλοῦσθαι ὥσπερ αὐτοὺς ὑφ' αὐτῶν, ἐπαρθῆναι τῶ λέγειν καὶ φιλοτιμουμένους ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας, ὅτι οὐκ ἄλλως αὐτοῖς πεπόνηται· τοὺς δὲ μὴ

monium esse adhibitum. Dein vett. editt. οὔτοι διακείμενοι, quod Bekkerus e marg. cod. F. et Ambros. r. corr. emendavit. Ficinus: qui sic affecti sunt. Pro βούλονται quod edidit Stephanus βουλεύονται, id in nullo libro ms. repertum est. Heindorfius dedit βεβούλευνται. Tum Bodl. et alii quidam αἰροῦτο.

P. 232. A. ἐπαρθῆναι τῶ λέγειν] τε λέγειν Flor. h. in margine. Venet. Σ. καὶ λέγειν Aliquot libri τὸ λέγειν, quod Buttmanno et Hermanno placet. Winckelm. con. ἐπαρθῆναι ὥστε λέγειν, coll. Eurip. Suppl. v. 581. Sed unice vera est lectio vulgata, optimis codd. probata.

E. Verum perspexit iam Haenischius, qui tamen fallitur in eo, quod περὶ ὧν arbitratur etiam ad βούλονται referri. Ad hoc enim liquet sponte intelligi αὐτά.

E. Eὶ τοίνυν τὸν νόμον —] Progreditur ad aliud quid, ideoque utitur hic quoque particula τοίνυν, quae in eiusmodi locis prorsus respondet Latino iam, iam vero, ut alibi exemplis demonstravimus. Νόμον autem nunc intelligit communem hominum existimationem, ut recte statuit Heindorfius. Nimirum evidenter id apparet vel ex adiectis verbis: μὴ πυθομένων τῶν ἀνθρώπων ὄνειδος σοὶ γένηται, ut nihil viderit qui nuper Heindorfii interpretationem vocavit in dubitationem.

P. 232. A. ἐπαρθῆναι τῶ λέγειν —] Mirum est hanc loci scripturam a criticis sollicitatam esse. Nimirum non viderunt illi ἐπαρθῆναι vel absolute poni,

eo sensu, ut sit superbia et fastu effferri, fastuosum evadere, vel coniungi cum infinitivo (ut Plat. Reip. III. 416. C. Aristoph. Rann. v. 1052. Nubb. v. 42. Lys. Apol. Mantith. p. 159. ed. Brem. al.) eaque ratione significare: Fastu eo perduci sive impelli, ut etc. Quod posterius quum viri docti in hunc locum unice convenire statuissent, non uno modo de infinitivo laborarunt, qui ex ἐπαρθῆναι suspensus esset. In quo certe operam atque oleum perdidit. Nam ἐπαρθῆναι nunc absolute positum est, ut nullo modo opus sit infinitivi alicuius accessione. Aristoph. Rann. 777. κἄπειρ' ἐπαρθεὶς ἀτελέθειο τοῦ θρόνου. Nubb. v. 810. ἀνδρὸς ἐκπεληγμένου καὶ φανερώς ἐπῆρμένου. Acc. 43. v. 13. Aeschin. p. 84, 17. οὐ ταπεινώσαντες ἀποπέμφετε τοὺς νῦν ἐπῆρμένους. Polyb. I. 1. ἐκ τοῦ

ἐρω̄ντας, κρείττους αὐτῶν ὄντας, τὸ βέλτιστον ἀντὶ τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων αἰρεῖσθαι. Ἐπι δὲ τοὺς μὲν ἐρω̄ντας πολλοὺς ἀνάγκη πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν ἀκολουθοῦντας τοῖς ἐρω̄μένοις καὶ ἔργον τοῦτο ποιουμένους, ὥστε, ὅταν ὀφθῶσι διαλεγόμενοι ἀλλήλοισι, τότε αὐτοὺς οἴονται ἢ γεγεννημένης ἢ μελλούσης ἔσεσθαι τῆς ἐπιθυμίας συνεῖναι· τοὺς δὲ μὴ ἐρω̄ντας οὐδ' αἰτιάσθαι διὰ τὴν συνοσίαν ἐπιχειροῦσιν, εἰδότες, ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν ἢ διὰ φιλίαν τῶν διαλέγεσθαι ἢ δι' ἄλλην τιὰ ἡδονήν. Καὶ μὲν δὴ εἰ σοι δέος παρέστηκεν ἡγουμένῳ χαλεπὸν εἶναι φιλίαν συμμένειν, καὶ ἄλλῳ μὲν τρόπῳ διαφορᾶς γενομένης κοινὴν ἀμφο-

C. μάλλον ἂν φοβοῖο] Sic Bodl. ΔΠΣΔΓΝΟΤ alii. Vulgo hic ἂν deest. Sed paullo ante Bodl. ΔΠΤ voculam ἂν etiam ante γενέσθαι inserciunt. Quod vereor ne errore ita factum sit. τὰς πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἐρ.] V. τῆς πρὸς τοὺς ἄλλους. Bodl. τὰ πρὸς τ. ἂ. Recte τὰς Vind. 1. 4. 6. a. Flor. a. b. c. h. 3. et ple-

γεγονότος προτερήματος ἐπαρθέ-
τους. Qua vi et potestate ubi
verbum acceperimus, sponte in
oculos incurrit τῶ λέγειν καὶ ἐπι-
δεικνύσθαι interpretandum esse:
eo quod dicunt et ambitiose
coram omnibus iactant
non frustra sese labora-
visse. De quo loquendi genere v.
ad Phaedon. p. 60. B. Criton. p. 51.
D. al. Itaque sententia loci sic
explicanda est: consentaneum
est amantes protenus eva-
dere importune superbos
ac fastuosos eo, quod di-
cant ac glorientur apud
omnes non frustra a se in
amoris opere esse labora-
tum. Ποιεῖν simili euphemismo
positum ut πράττειν et ποιεῖν,
de quo vide infra p. 232. D.

τὸ βέλτιστον ἀντὶ τῆς δό-
ξης—αἰρεῖσθαι] h. e. malle
id, quod sibi et amatis sit uti-
lissimum, quam vanam captare
hominum existimationem.

ἀνάγκη πυθέσθαι καὶ
ἰδεῖν ἀκολουθοῦντας] Iun-
gendum: εἰ δὲ ἀνάγκη (ἔστι)
πολλοὺς πυθέσθαι καὶ ἰδεῖν τοὺς
ἐρω̄ντας ἀκολουθοῦντας τοῖς ἐρω̄-

μένοις καὶ ἔργον τοῦτο ποιουμέ-
τους. Ἐργον ποιέσθαι τε
dicuntur qui aliquid sedulo agunt
et pro officii sui parte ducunt:
quam in rem Heindorfius Asti-
usque laudant Plat. Tim. p. 27. A. Eryx. p. 392. C. Xenoph.
Hieron. IX. 10. Dion. Chrys.
Orat. p. 394. D. Themist. X. p.
234. Sententia verborum haec
est: Et id ipsos studiose agen-
tes, ut multi ipsos audiant atque
videant hoc facientes. Nam τοῦτο
referendum ad πολλοὺς πυθέ-
σθαι καὶ ἰδεῖν ἂν. Astius idem
ad ἀκολουθοῦντας retulit. Alius
criticus τοῦτο per euphemismum
dictum vult ad designandam τὴν
συνουσίαν: quod vix crediderim.

B. ἢ δι' ἄλλην τιὰ ἡδο-
νήν] Male Heindorfius:
„Magis placeret ἢ δι' ἄλλην τιὰ
ἀνάγκην seu χρεῖαν. Ita ne in
singulis quidem verbis laudan-
dus est libelli huius scriptor,
ne quid dicam de absurdis sen-
tentiis, vix sophista dignis.“ Vi-
delicet poterat etiam sic dici: ἢ
δι' ἄλλο τι, ὃ ἡδονὴν παρέχει,
aut: ἢ ἄλλως διὰ τιὰ ἡδονήν. No-
tissimus est hic usus voc. ἄλλος

τέροις καταστῆναι τὴν συμφορὰν, προεμένου δὲ σου
ἂ περι πλείστου ποιεῖ μεγάλην ἂν σοι βλάβην γενέ- C
σθαι, εἰκότως ἂν τοὺς ἐρω̄ντας μάλλον ἂν φοβοῖο.
πολλὰ γὰρ αὐτοὺς ἐστὶ τὰ λυποῦντα, καὶ πάντ' ἐπὶ
τῇ αὐτῶν βλάβῃ νομίζουσι γίνεσθαι. διόπερ καὶ τὰς
πρὸς τοὺς ἄλλους τῶν ἐρω̄μένων συνοσίας ἀποτρέπουσι,
φοβούμενοι τοὺς μὲν οὐσίαν κεκτημένους, μὴ χρήμα-
σιν αὐτοὺς ὑπερβάλλωνται, τοὺς δὲ πεπαιδευμένους, μὴ
συνέσει κρείττους γένωνται· τῶν δ' ἄλλο τι κεκτημέ- D
νων ἀγαθὸν τὴν δύναμιν ἐκάστου φυλάττονται. πεί-
σαντες μὲν οὖν ἀπέχθεσθαι σε τούτοις, εἰς ἐρημίαν φί-
λων καθιστάσιν· εἰν δὲ τὸ σεαυτοῦ σκοπῶν ἀμεινον
rique omnes Bekker.

D. ἀπέχθεσθαι σε τούτοις] V. ἀπέχθεσθαι σε τούτοις.
Vind. α'. 3. 4. exhibent: ἀπέχθεσθαι σε τούτων. Sed verissime Bek-
kerus, Heindorfius et Turicenss. e Bass. 1. 2. Par. F. Flor. a. Vind.
1. receperunt ἀπέχθεσθαι σε τούτοις, nisi quod malim ἀπέχθεσθαι.

de quo v. p. 232. E. ad Symp. 191.
B. Apol. Socr. p. 36. B. Phaedon.
p. 110. E. 111. A.

καὶ ἄλλῳ μὲν τρόπῳ —
μάλλον ἂν φοβοῖο] Opposita
sunt verba ἄλλῳ μὲν τρόπῳ et
προεμένου δὲ σου ἂ περι πλείστα
ποιεῖ: deinde κοινὴν ἀμφοτέροις
συμφορὰν et μεγάλην σοὶ βλά-
βην. Itaque σοὶ maiore vocis con-
tentione pronuntiandum. Senten-
tia haec est: Porro si animum
tuum metus invaserit, ne
difficile sit amicitiam per-
petuo conservare, atque
te haec subierit cogitatio,
alio quidem pacto,
amicitia non amoris fru-
endi causa iuncta sit,
orta discordia aliqua, de-
trimentum utrisque com-
mune accidere; ubi vero
in amatoris gratiam ea,
quae plurimi facienda
sint, castitatem, bonam
famam, familiaritates ho-
nestas, alia, proieceris,
tibi uni nasci calamita-
tem; consentaneum est
amantes a te magis esse
metuendos. De ἂν repetito v.

Hermann. de particula ἂν p.
120. Voculam etiam inter κοινὴν
et ἀμφοτέροις de suo inseruit
Hirschig, quo vix opus.

C. διόπερ καὶ τὰς πρὸς
τοὺς ἄλλους τῶν ἐρω̄μέ-
νων συνοσίας ἀπ.] Male
Haenischius atque Astius
genitivum τῶν ἐρω̄μένων e verbo
ἀποτρέπειν pendere censuerunt,
insolentius dictum esse rati ἀπο-
τρέπειν τί τις pro τιὰ τις.
Immo sic haec interpretanda sunt:
Avertunt amasiorum cum aliis
familiaritates, h. e. impedire stu-
dent, ne illi aliorum utantur fa-
miliaritate et consuetudine. Ita-
que τῶν ἐρω̄μένων nectendum est
cum συνοσίας.

D. ἀπέχθεσθαι σε τού-
τοις] suadentes, ut eorum
odium et inimicitiam in
te suscipias. Mox p. 233. A.
τὰ μὲν δεδιότες μὴ ἀπέχθων-
ται.— Formulam ἦκειν τιὰ εἰς
διαφορὰν illustravit Boissonad.
ad Philostrat. Heroic. p. 333 sq.
Compares Protagor. p. 335. A. ἐγὼ
πολλοῖς ἦδη εἰς ἀγῶνα λόγων ἀφι-
κόμην ἀνθρώποις. Eurip. Med.
v. 868. ἐγὼ δ' ἐμμανῆ διὰ λό-

ἐκείνων φρονῆς, ἥξεις αὐτοῖς εἰς διαφοράν. ὅσοι δὲ μὴ ἐρώντες ἐτυχον, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν ἐπραξαν ὧν ἐδέοντο, οὐκ ἂν τοῖς συνοῦσι φθονοῖεν, ἀλλὰ τοὺς μὴ ἐθέλοντας μισοῖεν, ἡγούμενοι ὑπ' ἐκείνων μὲν ὑπερορᾶσθαι, ὑπὸ τῶν συνόντων δὲ ὠφελῆσθαι. ὥστε πολὺ

E. τῶν μὲν ἐρώντων] μὲν vulgo omissum ex plurimis longe optimisque codd., etiam Bodl. accessit.

ἀδελον, αὐτοῖς εἰ ἔτι] Hoc ordine Bodl. alique permulti.

γων ἀφικόμην. Infra p. 237. C. ποτὸν ἐῶντι μάλλον ἢ μὴ εἰς φιλίαν τίειν.

δι' ἀρετὴν ἐπραξαν ὧν ἐδέοντο] h. e. virtute sua voti sui compotes facti sunt. Sic πράττειν et πράγμα saepius in hac oratione per μελιγμὸν quendam posita reperiuntur, ut 232. E. 233. A. Omnino Graeci et Latini faciendi verba in re obscœna de explenda cupiditate ponere solent, veluti διαπράττεισθαι p. 253. C. 256. C. 234. A. Symp. c. 10. p. 181. B. et ἐξεργᾶσθαι Lueian. Dial. Meretr. p. 219. ed. Bip. Homer. Od. λ. 245. αὐτὰρ ἐπεὶ ἐτέλεσε θεὸς φιλοτήσια ἔργα, quod fere expressit Ovidius Am. I. 4. 48. verbis: dulce peregit opus. Usus loquendi tetigerunt Burmann. ad Petron. Sat. I. p. 522. ed. 2. in tpp. ad Theocrit. Idyll. II. 143. Lennep. ad Coluth. v. 141. Bosscha ad Ioan. Sec. I. p. 132. Welcker. ad Theogn. p. 135. Winckelmann. ad Plutarchi Amator. p. 116. Conf. etiam infra ad p. 234. A. et Hipp. mai. p. 299. A. τὸ δὲ πον περὶ τὰ ἀφροδῖαια πάντες ἂν ἡμῖν μάχονται ὡς ἡδιστον ὄν, δεῖ δὲ αὐτό, ἐάν τις καὶ πράττη, οὕτω πράττειν, ὥστε μηδὲνα ὀρᾶν. — τοὺς μὴ ἐθέλοντας, sc. συνέιναι.

ὑπ' ἐκείνων μὲν ὑπερορᾶσθαι] Videl. ὑπὸ τῶν μὴ συνέιναι ἐθέλοντων. Observarunt grammatici dudum ἐκείνος et Lat. ille haud raro ad nomen proxime praegressum, οὗτος au-

tem atque hic ad remotius referri. vid. Duker. ad Flor. I. 26. 7. IV. 2. 48. Ruhnk. n. ad Ruil. Sup. p. 126. ad Terent. Andr. I. 4. 6. Heindorf. ad Plat. Lysid. p. 19. Schaefer. ad Demosth. Appar. T. II. p. 215. T. V. p. 322. Matthiae Gr. Gram. 874. Astius ad h. l. Sed qua id lege et conditione fiat, parum adhuc explicatum est. Itaque tenendum arbitramur, saepenumero in horum pronominum usu non tam id spectari, utrum nomen aliquod sit loco propinquius an remotius, quam illud potius, utrum vi sua emineat ac significet id, quod ad aliquid propius pertineat, an contra. Quod sicubi fit, propter causas logicas ἐκείνος et ille refertur ad id, quod minus habet gravitatis aut cum ea re, de qua agitur, minus coniunctum videtur; οὗτος autem et Lat. hic designat illud, quod tanquam gravius quiddam aut cum re ipsa propius coniunctum praecipue notari et observari debet. Quod ne temere commenti esse videamur, age, praeter hunc locum paucos alios diligentius excutiamus. Et hic quidem οἱ μὴ συνέιναι ἐθέλοντες vocantur ἐκείνοι, propterea quod ab amatorum caussa sunt alieniores, ideoque ab iis quasi remotiores esse cogitantur. Similem rationem notavimus p. 231. A. 231. C. 233. A. B. Demosthen. de Cherson. p. 242. ed. Bremi: δεῖ — τὸ βέλτιστον αἰεὶ, μὴ τὸ ἥσιστον ἑπαντας λέγειν. ἐπ' ἐκείνο μὲν γὰρ ἡ φύσις

πλείων ἐλπίς φιλίαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ πράγματος ἢ ἐχθραν ἐγενήσεσθαι. Καὶ μὲν δὴ τῶν μὲν ἐρώντων πολλοὶ πρότερον τοῦ σώματος ἐπεθύμησαν ἢ τὸν τρόπον ἐγνώσαν καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων ἐμπειροὶ ἐγένοντο, ὥστε ἀδελον, αὐτοῖς εἰ ἔτι τότε βουλήσονται φίλοι εἶναι,

V. ἀδελον, εἰ ἔτι αὐτοῖς. Dein. τότε om. ΑΠΣ GNO. Ob quam variationem C. Fr. Hermann. αὐτοῖς tanquam suspectum circumscrispsit; fortasse ipse iusto suspiciosior. Nos post ἀδελον interpunximus.

αὐτῇ βαδίζειται, ἐπὶ τοῦτο δὲ τῷ λόγῳ δεῖ προάγεσθαι διδασκοντὰ τὸν ἀγαθὸν πολίτην] ubi Schaeferus recte observat relationem esse logicam, non grammaticam: quippe τὸ ἥσιστον, ad quod ἐκείνο referatur, esse removendum, τὸ βέλτιστον autem, quorsum τοῦτο pertinet, amplexandum. Lysias Apolog. Mantith. p. 154. ed. Bremi: ὥστε πολὺ ἂν δικαιότερον ἐκείνοις τοῖς γράμμασι ἢ τοῦτοις πιστεύουτε: ubi ἐκείνοις, licet ad nomen proxime praegressum spectet, tamen ea denotat, quae ab hac caussa sint alieniora. Cicero pro Muren. §. 31. Atqui ex veterum rerum monumentis vel maximum bellum populum Romanum cum Antiocho gessisse vides, cuius belli victor L. Scipio, parta cum Publio fratre gloria, quam laudem ille Africa oppressa cognomine ipso prae se ferebat, eandem hic sibi ex Asiae nomine assumpsit: ubi cur L. Scipio hic dicatur, apparet e verbis praecedentibus: cur Asiaticae nationes atque ille a te hostis contemnitur. Pro Muren §. 19. Haec fides atque haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicita est cum illis pecuniis Asiaticis et cohaeret; rueret illa non possunt, ut haec non eodem labefactata motu concidant: ubi

orator haec dicit, quae Romae sunt, ideoque propiora atque graviora esse cogitantur. Sed nolumus plura cumulare: sufficiet caussam et rationem significasse, qua hunc dicendi usum niti existimamus. Ceterum a vero aberravit Heindorfius, qui ad ὑπερορᾶσθαι statuit suppleendum esse σὲ pronomen. Quam sententiam recte redarguit Haenischius. „At hoc loco“, inquit, „ὑπερορᾶσθαι vel ὠφελῆσθαι non puer, sed ii dicantur, qui eius consuetudine utuntur, sive οἱ μὴ ἐρώντες, necesse est. Nam puerum ab amicis adiuvari, ab aliis contemni etiam amatores existimabant, sed illud ἐπὶ τῇ αὐτῶν βλάβῃ γίνεσθαι putabant. Non amantes contra censent sibi quoque ab amicis pueri aliquam utilitatem allatum iri.“

E. Καὶ μὲν δὴ — ἐπεθύμησαν ἢ τὸν τρόπον ἐγνώσαν] Aoristus de eo, quod solet identidem fieri; ut Phaedon. p. 73. D. Gorg. p. 484. A. 511. D. p. 524. E. p. 525. A. Protag. p. 342. D. Reip. VIII. p. 550. B. 551. A. 560. A. B. C. 566. E. infra p. 251. B. p. 254. A. B. C. D. p. 256. C. Sophocl. Oed. Col. 668. 691.

καὶ τῶν ἄλλων οἰκείων] h. e. ac praeterea res eorum domesticas. Male enim olim Astius alique mores pueri intelligendos censuerunt, quos iam per τὸν τρόπον designari quis est quin videat? Quod vero καὶ τῶν ἄλλων interpretati sumus ac praeterea, de hoc graecismo

233 ἐπειδὴν τῆς ἐπιθυμίας παύσονται· τοῖς δὲ μὴ ἐρωῶσιν, οἳ καὶ πρότερον ἀλλήλοις φίλοι ὄντες ταῦτα ἐπραξαν, οὐκ ἐξ ὧν ἂν εὖ πάθωσι ταῦτα εἰκὸς ἐλάττω τὴν φιλίαν αὐτοῖς ποιῆσαι, ἀλλὰ ταῦτα μνημεῖα καταλειφθῆναι τῶν μελλόντων ἕσθαι. Cap. VIII. Καὶ μὲν δὴ βελτιονί σοι προσήκει γενέσθαι ἐμοὶ πειθόμενον ἢ ἐραστῆ. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ παρὰ τὸ βελτιστον τὰ τε λεγόμενα καὶ τὰ πραττόμενα ἐπαινοῦσι, τὰ μὲν δεδιότες, μὴ ἀπέχθωνται, τὰ δὲ καὶ αὐτοὶ χεῖρον διὰ τὴν ἐπιθυμίαν γινώσκοντες. τοιαῦτα γὰρ ὁ ἔρωσ ἐπιδείκνυται· δυστυχοῦντας μὲν ἂ μὴ λύπην τοῖς ἄλλοις παρέχει ἀνιαρὰ ποιεῖ νομίζων· εὐτυχοῦντας δὲ

P. 233. B. ἐλεῖν τοὺς ἐρωμένους] Steph. τοὺς ἐρωμένους, cuius lectionis in tribus mss. Bekkeri vestigia sunt conspicua: ceteri omnes dativum praebent.

αὐτοὺς προσήκει] αὐτοῖς permulti libri, partim a pr. m.,

praeter ea, quae modo p. 232. B. attulimus, conferas Apolog. Socr. p. 36. B. Sympos. p. 191. B. p. 216. E. Gorg. p. 473. C. p. 480. D. Phaedon. p. 110. E. Reipubl. X. p. 618. A. ibique annot. Eurip. Med. v. 298. Aristoph. h. Rann. v. 1195. intpp. ad Soph. Phil. v. 38. Lucianea collegit Fritschius Quaest. Lucian. p. 54 sq. — ἐπειδὴν τ. ἐπ. παύσονται, videlicet quia nec mores nec rationes privatas eorum noverunt.

P. 233. ταῦτα ἐπραξαν] h. e. consuetudine usi sunt. Proxima sic iungas: οὐκ εἰκὸς ταῦτα, ἐξ ὧν ἂν εὖ πάθωσιν, h. e. unde hauserint voluptatem, ἐλάττω αὐτοῖς τὴν φιλίαν ποιῆσαι. In quibus quid, insit obscuritatis, equidem non perspicio. Hoc unum fortasse animadvertendum, de quo monuit Heindorfius, quanquam is ceteroquin loci sententiam paullulum obscuravit, αὐτοῖς post τοῖς μὴ ἐρωῶσιν abundanter inferri. Quod ne praeter usum et consuetudinem factum putetur, alia id genus adscri-

psimus ad Sympos. p. 195. A. et ad Gorg. p. 282. D. Dein post ἀλλὰ liquet εἰκὸς denuo intelligendum relinqui. Pro μνημεῖα — τῶν μελλόντων ἕσθαι Heind. coniecitabat σημεῖα — τῶν μ. ἐσ. Quod commentum qui reiecerunt, Astius et Haenischius, vereor ut et ipsi veram loci interpretationem investigaverint. Mihi ille simpliciter explicandus videtur sic: monumenta, unde de futuris coniecturam capere liceat. Germanice dixeris: *Denkmäler für die Zukunft*. Xenoph. De rep. Athen. in.: ὅτι ἐνομιζόμεν τὰς γεγεννημένας συμφορὰς ἰκανὰ μνημεῖα τῆ πόλει καταλείψασθαι, ὥστε μὴ ἂν τοὺς ἐπιγινόμενους ἐτέρας πολιτείας ἐπιθυμῶν. Demosthen. Leptin. §. 5. ἐπειδὴν δὲ τελευτήσωσι, ἐκείνοι τοῦ τῆς πόλεως ἠθους μνημεῖον ὄσει κτλ. Mox C. ταῦτα γὰρ ἐστι φιλίας πολὺν χρόνον ἐσομένης τεκμήρια. ἐμοὶ πειθόμενον ἢ ἐραστῆ] Breviter dictum pro: ἐμοὶ πείθοιο, ἢ γίγνοιο, εἰ πείθοιο ἐραστῆ. Frustra Lentzius

καὶ τὰ μὴ ἡδονῆς ἄξια παρ' ἐκείνων ἐπαινοῦ ἀναγκάζει τυγχάνειν· ὥστε πολὺ μᾶλλον ἐλεῖν τοῖς ἐρωμένοις ἢ ζηλοῦν αὐτοὺς προσήκει. ἐὰν δ' ἐμοὶ πείθῃ, πρῶτον μὲν οὐ τὴν παροῦσαν ἡδονὴν θεραπεύων συνέσομαι σοι, ἀλλὰ καὶ τὴν μέλλουσαν ὠφέλειαν ἕσθαι, οὐκ ὑπ' ἔρωτος ἠττώμενος, ἀλλ' ἑαυτοῦ κρατῶν, οὐδὲ διὰ μικρὰ ἰσχυρὰν ἐχθρὰν ἀναιρούμενος, ἀλλὰ διὰ μεγάλα βραδέως ὀλίγην ὀργὴν ποιούμενος, τῶν μὲν ἀκουσίων συγγνώμην ἔχων, τὰ δὲ ἐκούσια πειρώμενος ἀποτρέπειν· ταῦτα γὰρ ἐστι φιλίας πολὺν χρόνον ἐσομένης τεκμήρια. Εἰ δ' ἄρα σοι τοῦτο παρέστηκεν, ὡς οὐχ οἶόν τε ἰσχυρὰν φιλίαν γενέσθαι, ἐὰν μὴ τις ἐρῶν

nec tamen Bodl.; etiam in AHCDET αὐτοὺς correctione est restitutum.

δ' ἐμοὶ πείθῃ] V. δέ μοι π. Mutavit Bekker. ex Ven. E. ἀλλὰ καὶ τὴν μ.] καὶ vulgo aberat, iuvitis codd. praeter E.

μᾶλλον ante πειθόμενον excidisse suspicatus est. De coniunctione verborum τὸ τε λεγόμενα καὶ τὰ πραττόμενα v. Boisson. ad Philostrat. Heroic. p. 476. Dein τὰ μὲν — τὰ δέ, ut sexcenties, est: partim — partim.

ἐκπρεπῆς ἢ ἂν τύχη γενομένη] Observes ἐκπρεπῆς pronomini relativo cum vi prae-missum. Reipubl. II. p. 363. A. ἀγαθὰ τοῖς δόλοισι ἔφασκε θεοὺς δίδόναι. Ibid. IV. p. 426. B. τῶν πόλεων ὅσαι κακῶς πολιτευόμεναι προσαγορεύουσιν. Legg. IX. p. 871. E, quem locum vulgo male distinguunt. Eurip. Orest. v. 1370. ἢ πόρντον, Ἰκευανὸς ὄν ταυρόμονος ἀγκάλαις ἔλισσων κυκλεῖ χθόνα. Conf. Schaefer. Appar. Demosth. T. IV. p. 461. — τούτων τῶν ἰδεῶν, h. e. harum τῆς ὕβριως formarum. — Ad

ἔχοντα ταῦτον τοῦτο κεκλημένον παρέχεται· περὶ δ' αὐτῆς μέθας τυραννεύασα, τὸν κεκτημένον ταύτῃ ἄγουσα, δῆλον οὐ τεύξεται προσρήματος· καὶ τάλλα δὴ τὰ τούτων ἀδελφὰ καὶ ἀδελφῶν ἐπιθυμιῶν ὀνόματα, τῆς αἰεὶ δυναστευούσης ὃ προσήκει καλεῖσθαι, πρόδηλον. ἧς δ' ἕνεκα πάντα τὰ πρόσθεν εἰρηται, σχεδὸν μὲν ἤδη φανερόν, λεχθὲν δὲ ἢ μὴ λεχθὲν πᾶν

κρατοῦσα τοῦ λόγου τοῦ ἀρίστου] Vett. editt. τοῦ λόγου τε τοῦ ἀρ. Sed τε istud optimi codd. Bodl. *ΑΠΣΔΓΝΟΤ* Flor. g. h. φ. al. non agnoscunt. Buttmanus e libro Γ recepit τοῦ τε λόγου τοῦ ἀρ.

B. ὃ προσήκει καλ.] Sic ex cod. quodam Stob. dedimus. Libri mss. Platonis ἦ. Sed Turicenses pro diligentia sua tribuerunt ὃ operis.

τὸν ἔχοντα int. αὐτήν, ut mox B. etiam ad τὸν κεκτημένον. Ita usu fere constanti ad ἔχοντα participium accusativus pronominis demonstrativi omitti solet. De Republ. II. p. 357. B. μηδὲν ἄλλο — ἢ χρεῖται ἔχοντα, sc. αὐτάς. Ibid. p. 366. E. p. 367. B. D. E. III. p. 392. C. ὅταν εὐφραμὲν οἷόν ἐστι δικαιοσύνη καὶ ὡς φύσει λυσιτελοῦν τῷ ἔχοντι, sc. αὐτήν. VI. p. 491. B. ἐν ἕκαστον ὃν ἐπηρέσαμεν — ἀπόλλυται τὴν ἔχουσαν (sc. αὐτὸ) ψυχὴν. VI. p. 507. D. ἐνούσης που ἐν ὀμμασιν ὄψεως καὶ ἐπιχειροῦντος τοῦ ἔχοντος χρῆσθαι αὐτῇ. VIII. p. 545. A. p. 549. B. X. p. 610. C. al. Ceterum haec sic intelligas: eum, qui ipsam habet, suo ipsius cognomine nuncupatum exhibit. Ita mox B. κεκλημένον παρέχεται.

γαστριμαργία τε καὶ — παρέχεται] lungas hunc in modum: ἐπιθυμία μὲν γὰρ περὶ ἐδωδὴν κρατοῦσα τοῦ λόγου τοῦ ἀρίστου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν γαστριμαργία τε (κληθῆσεται) καὶ παρέχεται τὸν ἔχοντα (αὐτήν) κεκλημένον ταῦτον τοῦτο, h. e. idem τοῦ γαστριμαργίου nomen. Itaque notandum in his Zeugma est, quo ad γαστριμαργία τε ex proximis verbum rei convenien-

tius assumendum relinquitur. Formulam καλεῖν τινὰ τι s. ὀνομά τι saepius attigimus, ut Sympos. p. 212. C. Phaedon. p. 105. E. Gorg. p. 448. B. De ἄλλων ante ἐπιθυμιῶν illato vid. ad p. 232. E.

B. τὰ τούτων ἀδελφὰ] P. 276. D. ὅσα τούτων ἀδελφὰ. Phileb. p. 21. B. καὶ ὅσα τούτων ἀδελφὰ. Absolute autem posita sunt haec: καὶ τάλλα — ὀνόματα, si quidem vera est lectio ἦ vel ὃ προσήκει καλεῖσθαι. Quippe sententia haec est: Et de ceteris quidem iisque cognatis cupiditatum nominibus perspicuum est, quo quemque vocabulo oporteat appellari, prouti haec vel illa dominetur. Scripsi autem ὃ προσήκει κ., quod Heindorf. quoque atque A st. e Stobaei cod. Par. A. revocandum censuerunt. Ita iunctura verborum procedit hunc in modum: πρόδηλον, ὃ τῆς αἰεὶ δυναστευούσης (ὀνομα) προσήκει (τινὰ) καλεῖσθαι. Ceterum idem usus casu absoluti est. Sympos. p. 176. A. ζῶντες τὸν θεὸν καὶ τάλλα τὰ νομιζόμενα, ubi v. ann.

πᾶν πως σαφέστερον] Haec generalis sententiae vim et potestatem habent, ut non videam,

πως σαφέστερον. ἢ γὰρ ἄνευ λόγου δόξης ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὀρμώσης κρατήσασα ἐπιθυμία, πρὸς ἡδονὴν ἀχθεύουσα κάλλους καὶ ὑπὸ αὐτῶν ἐαυτῆς συγγενῶν ἐπιθυμιῶν ἐπὶ σωματίων κάλλος, ἐξῴωμένως ῥωσθεύουσα νικησασα ἀγωγῇ, ἀπ' αὐτῆς τῆς ῥώμης ἐπωνυμίαν λαβοῦσα ἔρως ἐκλήθη.

Ἄτιάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, δοκῶ τι σοί, ὡς περ ἐμαυτῷ, θεῖον πάθος πεπονθῆναι;

ΦΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Σώκρατες, παρὰ τὸ εἰωθὸς εὐροιά τις σε εἴληφεν.

πᾶν πως σαφέστερον] Stobaeus cum Vind. 7. Ven. ST πάντως, quod placuit Heindorfio et Astio.

C. πρὸς ἡδονὴν ἀχθεύουσα κ.] Flor. 9. et Bodl. in marg. ἄγουσα, omisso etiam ὑπὸ αὐτῆς. Bodl. a pr. m. ἐαυτῆς habet pro ἐαυτῆς. Mox Bodl. in marg. ῥωσθεύουσα. Pro ἀγωγῇ idem cum plurimis

cur Heindorfius istud πᾶν πως sensu cassum esse iudicaverit. Nam πᾶν est unumquodque, ut saepe; πως autem cohaeret cum σαφέστερον, ut sit aliquo modo, aliquatenus. Proximorum verborum haec est structura: ἢ γὰρ ἐπιθυμία ἢ ἄνευ λόγου κρατήσασα δόξης ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὀρμώσης κτλ.

C. καὶ ὑπὸ αὐτῆς — νικησασα ἀγωγῇ] In his nihil omnino fuit mutandum praeter unum solum ἀγωγῇ, quem nominativum plurimorum optimorumque librorum fide et auctoritate in ἀγωγῇ, dativum, convertimus. Qua mutatione facta atque verbis ut nunc fecimus distinctis, omnia habent explicationem facilissimam, ut iam plane improbemus tum quae ipsi ad h. l. olim commentati sumus, tum etiam ea, quae alii, inprimis Astius et Heindorfius, de eo disputaverunt. Sententia verborum haec est: Nam cupiditas sine ratione opinionem, quae ad rectum fertur, devincens, ubi ducitur ad voluptatem ex pulcritudine redundantem atque item a cognatis cum ipsa

cupiditatibus ad corporis pulcritudinem (defertur), potenter corroborata eo quod ductu suo reportavit victoriam (h. e. victrici ductu suo ubi corroborata est) ab hoc ipso robore cognomine amoris nominata est. Itaque amorem vult esse vehementiorem cupiditatem, quae ad corporis pulcritudinem pertineat, mentis imperio non obedientem. Ea vero iudicatur ἔρως dici utpote ἐξῴωμένως ῥωσθεύουσα: quod arctissime connectas cum νικησασα ἀγωγῇ. Nam prave vulgo post ῥωσθεύουσα commate interpungitur. Quae ipsa causa fuit, cur Heindorfius in his graviter offenderit. Mirum enim iudicavit esse, quod a solo isto: ἐξῴωμένως ῥωσθεύουσα, vocabuli ἔρως origo repetatur. At nimirum cohaeret illud cum νικησασα ἀγωγῇ, hoc sensu: vincendo corroborata. Recte vero ἐξῴωμένως ad ῥωσθεύουσα additum est, ut huius ipsius vocabuli, unde ἔρως nomen deducitur, vis et potentia extollatur. Iam vero νικησασα, i. e. κρατήσασα τῆς ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὀρμώσης δόξης τοῦ λόγου quod additum habet ἀγωγῇ, conferas quaeso p. 256. A.

ΣΩ. Σιγῇ τοίνυν μου ἄκουε. τῷ ὄντι γὰρ θεῖος ἔοικεν ὁ τόπος εἶναι, ὥστε, ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπτος προϊόντος τοῦ λόγου γένωμαι, μὴ θαυμάσης· τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόρῳ διθυράμβων φθέγγομαι.

ΦΑΙ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΣΩ. Τούτων μέντοι σὺ αἴτιος. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ ἄκουε. ἴσως γὰρ κἂν ἀποτράποιτο τὸ ἐπιόν. ταῦτα μὲν οὖν θεῶ μελήσει, ἡμῖν δὲ πρὸς τὸν παῖδα πάλιν τῷ λόγῳ ἴτεον.

aliis ἀγωγῇ, quod recepimus.

θεῖον πάθος πεπονθῆναι] In exemplo Steph. θεῖον errore omissum.

D. κἂν ἀποτράποιτο] V. ἄν. Sed κἂν est in Bodl. A II DGOT. Vind. 4. 6. 7. a. Flor. i. 9.

ἐὰν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην τε δίαίταν καὶ φιλοσοφίαν νικησῇ τὰ βελτίω τῆς διανοίας ἀγαγόντα, ubi vides simillimam esse vocabuli utriusque coniunctionem, nisi quod ἀγαγόντα dictum est pro eo quod dici potuit ἀγωγῇ. Nimirum cupiditas, quae ad pulcrum refertur, etsi dicitur ἀχθεύουσα, quia ad illud fertur et abripitur, tamen, quia est eadem κρατήσασα δόξης ἐπὶ τὸ ὀρθὸν ὀρμώσης, potuit item νικησασα ἀγωγῇ, h. e. νικησασα ἀγαγόντα, tanquam dux s. ductu suo vincens, rectissime appellari. En, explanavimus tandem locum intellectu difficillimum. Quae quidem explanatio si vera est, nemo iam, opinor, verba mutanda esse arbitrabitur, praesertim quum nec Dionys. Hal., qui haec laudat Epist. ad Pomp. T. VI. p. 762. et De grav. Demosth. p. 969. recedat a codd. Ceterum de re ipsa contulisse iuvabit locum Legg. VIII. p. 837. B. sqq. unde his nomibilib lucis affundetur.

εὐροιά τις σε εἴληφεν] Eὐροίαν de orationis flumine usurpatum illustravit Valckenar. Diatrib. in Eurip. Fragm. p.

148. Mox θεῖος dicitur locus propterea, quod pectus subinde videtur replere divino quodam afflatu. ἐὰν ἄρα πολλάκις, si forte. Frequentis est usus apud Platonem πολλάκις ea significatione positum, inprimis post εἰ, ἐὰν, μή, ἵνα μή, ut Phaedon. p. 60. E. p. 61. A. Protag. p. 361. C. Reip. IV. p. 424. C. Politic. p. 283. B. Lach. p. 179. B. p. 194. A. al. Haud inepte compares Virgil. Aen. l. 148. Ac veluti magno in populo quum saepe coorta est seditio — Ibid. X. 723. Impastus stabula alta leo ceu saepe peragrans.

D. νυμφόληπτος] Νυμφόληπτοι qui proprie sint, declarat Festus his verbis: „Vulgo memoriae profiditum est, quicumque speciem quandam e fonte, i. e. effigiem nymphae, viderint, furendi non fecisse finem, quos Graeci νυμφολήπτους vocant, Latini lymphaticos appellant.“ Deinde omnino sunt divino furore concitati. vide Ast. ad h. l.

ἴσως γὰρ κἂν ἀποτράποιτο τὸ ἐπιόν] Fortasse enim illud, quod animum meum subit, avertatur s.

Cap. XV. Εἶεν, ὦ φέρισται· ὁ μὲν δὴ τυγχάνει ὄν περι οὗ βουλευτέον, εἰρηταί τε καὶ ὄρισταί. βλέποντες δὲ δὴ πρὸς αὐτὸ τὰ λοιπὰ λέγωμεν, τίς ὠφέλεια ἢ βλάβη ἀπὸ τε ἐρωδντος καὶ μὴ τῷ χαρίζομένῳ ἐξ εικότος συμβήσεται.

Τῷ δὴ ὑπὸ ἐπιθυμίας ἀρχομένῳ δουλεύοντί τε ἡδονῇ ἀνάγκη που τὸν ἐρώμενον ὡς ἡδιστον ἐαυτῷ παρασκευάζειν. νοσοῦντι δὲ πᾶν ἡδὺ τὸ μὴ ἀντιτείνον, κρεῖττον δὲ καὶ ἴσον ἐχθρόν. οὔτε δὴ κρεῖττω οὔτε 239 ἰσοῦμενον ἐκὼν ἐραστῆς παιδικὰ ἀνέξεται, ἥττω δὲ καὶ

E. Τῷ δὴ ὑπὸ ἐπ.] V. Τῷ μὲν δὴ. Sed μὲν solus E tnetur. δουλεύοντι τε ἡδονῇ] V. ἡ δ. τε ἡδ. Recte ἢ om. codd. ΑΠΣDFGNOT. Florr. g. h. f. Bodlei. alii. Stephanus te in ye mutandum putabat.

τὸν ἐρώμενον ὡς ἡδιστον] Edit. Lugdun. τὸ ἐρώμενον, quod hinc errore in Bipont. Bekker. meamque migravit editionem.

averruncetur. Haec dicit respiciens ad illud, quod modo dixerat: ἐὰν ἄρα πολλάκις νυμφόληπιος γένομαι. Sensus loci neque Hermias, neque Cornarius, neque Heindorfius, nec Schleiermacherus, nec denique Astius perspexerunt. Qui si meminissent usum verborum ἐπιέναι et ἐπέχεσθαι, minus a recta ratione aberraturi erant. Exemplum eius suppediabant Valckenar. ad Phoeniss. p. 464. Hemsterh. ad Lucian. Prom. in Verb. 2. Iacob. ad Lucian. Alexandr. p. 93. Infra p. 264. B. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔδοξεν — οὐκ ἀγεννώς τοῦ πῖον εἰρησθαι τῷ γράφοντι. Videlicet Socrates divinam illam, quam sibi contigisse ait, mentis concitationem simulat malum sibi videri, quod averruncandum sit.

E. ἐξ εικότος] h. e. εικότως, ut ἐκ τῶν εικότων pro εικότως Legg. VI. 775. D. Phileb. 58. D. De Rep. II. 362. C. 365. D. IV. 422. C. al.

κρεῖττον δὲ καὶ ἴσον] Sententia haec est: aegrotanti omne est iucundum, quod

non renititur; quod autem potentius est ipso aut ei par, inimicum. Itaque aliquis τὸ ante κρεῖττον excidisse putet, quod de suo inculcavit Hirschigius. Nec tamen opus ea medicina putamus esse. Nam κρεῖττον ἢ κρεῖτόν τι, ut hoc dicatur: sed si quid est potentius aut par, inimicum esse solet.

P. 239. ἰσοῦμενον — παιδικὰ ἀνέξεται] Ne ἰσοῦμενα corrigas, παιδικὰ quia de uno intelligitur, ita cum adiectivo masculino singularis numeri coniungitur, estque creberrimum hoc σχῆμα πρὸς τὸ σημαινόμενον. Infra p. 240. A. ἐτι τοῖνυ ἀγεμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅ τι πλείστον χρόνον παιδικὰ ἐραστῆς εὔξαιτ' ἂν γενέσθαι. Protagor. p. 315. E. παιδικὰ Πανσανλον τυγχάνειών. Lysid. p. 204. E. χρῆ ἐραστῆν περὶ παιδικῶν πρὸς αὐτὸν (sc. τὰ παιδικὰ) λέγειν. Xenoph. Symp. VIII. 26. τῶν παιδικῶν ὅς ἂν εἰδῆ. vide ad Phaedon. p. 73. D. et conf. infra p. 241. A.

τοσοῦτων κακῶν — ἡδέος]

υποδέστερον αἰεὶ ἀπεργάζεται. ἥττων δὲ ἀμαθῆς σοφοῦ, δειλὸς ἀνδρείου, ἀδύνατος εἰπεῖν ῥητορικοῦ, βραδύς ἀγγίνου. τοσοῦτων κακῶν καὶ ἐτι πλειόνων κατὰ τὴν διάνοιαν ἐραστῆν ἐρωμένῳ ἀνάγκη γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνότων τῶν μὲν ἡδέσθαι, τὰ δὲ παρασκευάζειν, ἢ στέρεσθαι τοῦ παρατίκα ἡδέος. φθονερὸν δὴ ἀνάγκη εἶναι, καὶ πολλῶν μὲν ἄλλων συνουσιῶν ἀπειρογοντα καὶ ὠφελίμων, ὅθεν ἂν μάλιστ' ἀνήρ γίγνοιτο; μεγάλης αἰτίον εἶναι βλάβης, μεγίστης δὲ τῆς ὅθεν ἂν φρονιμώτατος εἴη. τοῦτο δὲ ἡ θεία

Codd. τὸν ἐρ.

P. 239. αἰεὶ ἀπεργάζεται] Steph. probante Hirschig. ἀπεργάζεται, inivitis codicibus.

ἐραστῆν ἐρωμένῳ ἀν.] V. τοῦ ἐραστοῦ τῷ ἐρωμένῳ ἀν., quod cum Bekkero ex Bodl. et ceteris codd. fere omnibus mutavimus. Dein Bodl. prave ἐν ὄντων pro ἐνότων.

Verba hunc in modum iungantur: ἀνάγκη ἐραστῆν, τοσοῦτων κακῶν καὶ ἐτι πλειόνων ἐρωμένῳ γιγνομένων τε καὶ φύσει ἐνότων κατὰ τὴν διάνοιαν, τῶν μὲν (sc. φύσει ἐνότων) ἡδέσθαι, τὰ δὲ (sc. γιγνόμενα) παρασκευάζειν. Quum inquit, tam multa mala adeoque plura amatianimo vel accidant vel natura insint, prorsus necesse est amatorem alteris, quae a natura proficiantur, gaudere, altera, quae extrinsecus accidunt, efficere studere. Sententia igitur clara est et perpicua. Sed offendit ἡδέσθαι cum genitivo constructum. Itaque Heindorfius correxit τοὺς μὲν ἡδέσθαι. Hirschigius autem de suo scripsit τῶν μὲν κήδέσθαι, altera sollicite iuvare atque alere. Nec dubium est, alterutrum si in codd. esset repertum, quin loci scriptura acquiescere liceret. Nunc vero libris omnibus adversantibus ἡδέσθαι unice tenendum, quod insolentius genitivo iunctum est ut χολοῦσθαι, ἀλγεῖν, ζηλοῦν,

ἀγασθαι alia, de quibus v. Matthiae Gr. Gr. §. 368. Eadem constructione usus est Sophocles Philoct. 715. ὅς μὴδ' οἰνοχύτου πάματος ἦσθη δεκέτη χρόνον, quem locum Buttmann comparavit. De ordine verborum paullulum impeditiore egregie Heindorfius: „Illud ἐραστῆν,“ inquit, „ante ἐρωμένῳ positum est ex more illo antiquorum iungendi praeponendique verbum verbo, nomen nomini, quae sunt inter se aut contraria aut similia, aut aliquo modo sibi respondent: unde nobis quidem moleste interdu verborum ordo turbatur.“ — κατὰ διάνοιαν infra p. 239. C. opponitur τῇ τοῦ σώματος ἔξει, usu pervulgato, quem Heindorfius copiosa exemplorum enumeratione illustravit. v. De Rep. II. 371. D. III. 395. E. Legg. VII. 816. D. XI. 916. A. 925. E. al.

B. μεγίστης δὲ τῆς ὅθεν —] Breviter dictum pro: μεγίστης δὲ βλάβης (αἰτίον εἶναι) ἀπειρογοντα τὰ παιδικὰ τῆς συνουσίας, ὅθεν κτλ. Dein ὄν

φιλοσοφία τυγχάνει ὄν, ἧς ἐραστήν παιδικὰ ἀνάγκη πόρρωθεν εἶργειν, περίφοβον ὄντα τοῦ καταφρονηθῆναι, τὰ τε ἄλλα μηχανᾶσθαι, ὅπως ἂν ἡ πάντ' ἀγνοῶν καὶ πάντ' ἀποβλέπων εἰς τὸν ἐραστήν, οἷος ὢν τῷ μὲν ἡδιστος, ἐαυτῷ δὲ βλαβερώτατος ἀνεῖη. Τὰ μὲν οὖν κατὰ διάνοιαν ἐπιτροπός τε καὶ κοινωνός οὐδαμῇ λυσιτελής ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα.

Cap. XVI. Τὴν δὲ τοῦ σώματος ἕξιν τε καὶ θεραπεῖαν οἶαν τε καὶ ὡς θεραπεύσει οὗ ἂν γένηται κύριος, ὃς ἡδὺν πρὸ ἀγαθοῦ ἠνάγκασται διώκειν, δεῖ μετὰ ταῦτα ἰδεῖν. ὀφθῆσεται δὲ μαλθακὸν τινα καὶ οὐ στερεὸν διώκων, οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τετραμμένον, ἀλλ' ὑπὸ συμμιγῆ σκιᾶ, πόνων μὲν ἀνδρείων καὶ ἰδρώτων ξηρῶν ἀπειρον, ἐμπειρον δὲ ἀπαλῆς καὶ

B. βλαβερώτατος ἂν εἴη] Recepti ἂν ex uno Vind. φ consentiente Bekkero. Dederunt etiam Turicenses, quamvis adversante Schneidero ad Remp. Vol. I. p. 366. Paullo ante τῷ ἐαυτῷ addito articulo Bodl. III G T. Quod vix ex iis defendas, quae scripsimus ad Phil. p. 20. B. Phaedr. p. 258. A.

participium in verbis: φιλοσοφία τυγχάνει ὄν, praedicato quod accommodatum est, nihil hoc usu esse frequentius ad Sophist. p. 242. E. et Menon. p. 79. E. ostendimus. conf. infra ad p. 244. C.

βλαβερώτατος ἂν εἴη] h. e. fuerit s. esse possit. Non caruerim hoc ἔν cum Schneidero ad Polit. Tom. I. p. 365.

C. ἀνὴρ ἔχων ἔρωτα] Ita supra p. 238. A. et alibi. Noli cum Schleiermacher haec pro poetis habere, quamquam Sophocles Antigon. 786. καὶ οὐδ' ἀθανάτων φρέσσιμος οὐδέ τις οὐθ' ἀμερῶν ἐπ' ἀνθρώπων· ὁ δ' ἔχων μέμνην.

ὀφθῆσεται δὲ μαλθ.] Pro δὲ Hirschig. de suo dedit δι: qua mutatione non opus. v. Hermann. ad Viger. p. 843. Klotz. ad Devar. p. 363 sqq.

οὐδ' ἐν ἡλίῳ καθαρῷ τετραμμένον] h. e. effeminatum, qui solis assi calorem fugiat et in umbra molliter con-

sueat. De insolatione, quae erat in exercitationibus gymnasticis, ut corpori robur quoddam compararetur, praeter Astium ad h. l. et nostra ad Remp. VII. p. 520. D. vide quae monuerunt Toup. ad Longin. p. 30. Casaubon. ad Persium p. 346. Iacobs. ad Philostrat. Imagg. p. 230. Meinek. ad Euphorion. Fragment. p. 14. Opponitur autem ἡλίῳ καθαρῷ, h. e. asso soli, οὐκ ἀπομυγῆς: quae qualis sit, apparet e p. 230. B, ubi Socrates memorabat τοῦ ἄγρου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύκιον πάγκαλον.

ἰδρώτων ξηρῶν] Suidas: „Ξηρός ἰδρώς· ὁ μὴ ὑπὸ λουτρῶν, ἀλλ' ὑπὸ γυμνασίων καὶ πόνων γινόμενος“. Optime Lentzius Animadvv. in Phaedr. p. 320. comparavit illud ξηραλοῦφειν, ξηραλουτρεῖν, ξηροτριβεῖσθαι, de quo Wesseling. ad Petiti Legg. Attic. p. 378. conf. etiam Wytenbach. ad Plu-

ἀνάνδρου διαίτης, ἀλλοτρίοις χρώμασι καὶ κόσμοις χή- D
τει οἰκείων κοσμούμενον, ὅσα τε ἄλλα τούτοις ἔπεται πάντα ἐπιτηδεύοντα. ἂ δὴλα, καὶ οὐκ ἄξιον περαιτέρω προβαίνειν, ἀλλ' ἐν κεφάλαιον ὀρισμένους ἐπ' ἄλλο ἵεναι. τὸ γὰρ τοιοῦτον σῶμα ἐν πολέμῳ τε καὶ ἄλλαις χρεῖαις, ὅσαι μεγάλαι, οἱ μὲν ἐχθροὶ θαρρόουσιν, οἱ δὲ φίλοι καὶ αὐτοὶ οἱ ἐρασταὶ φοβοῦνται. Τοῦτο μὲν οὖν ὡς δῆλον ἐάτεον.

Τὸ δ' ἐφεξῆς ῥητέον, τίνα ἡμῖν ὠφέλειαν ἢ τίνα βλάβην περὶ τὴν κτῆσιν ἢ τοῦ ἐρῶντος ὀμιλία τε καὶ E
ἐπιτροπεία παρέξεται. σαφές δὴ τοῦτό γε παντὶ μὲν, μάλιστα δὲ τῷ ἐραστῇ, ὅτι τῶν φιλτάτων τε καὶ εὐνουστάτων καὶ θειοτάτων κτημάτων ὄργανον πρὸ παντὸς εὔξαιτ' ἂν εἶναι τὸν ἐρώμενον. πατρὸς γὰρ καὶ

C. μαλθακὸν τινα] Sic optimi plurimique codd. mss. Vulgo τινὰ μαλθακόν, quod tuetur Ven. E.

D. ἀλλοτρίοις χρώμασι] V. ἀλλοτρίοις τε χρ. invitis codd. uno excepto Ven. E omnino omnibus.

E. ἐπιτροπεία παρέξεται] Steph. ἐπιτροπία cum cod. E. μάλιστα δὲ τῷ ἐρ.] Bodl. et nonnulli alii γε pro δὲ Flor.

tarch. Conviv. Sept. Sap. p. 152. D. = p. 950. Vol. I. ed. Ox.

D. χήτει οἰκείων κ.] h. e. in Ermangelung eigneter. Timaeus p. 275. „Χήτης· σπάνις, ἔνδεια, στήρησις.“ Ubi Ruhnkenius: „Phaedri locum adhibuit Plutarchus T. II. p. 51. D. atque imitando expressit Philo T. I. p. 568. χρώμασι τὴν ὄψιν ὑπογραφωμένη χήτει φουκῆς εὐμορφίας.“ Addimus Aelian. H. A. V. 39. τροφῆς χήτει. Philostr. V. A. II. p. 91. χήτει τῶν ἀναγκαιῶν. Id. V. p. 218. χήτει βουκόλου δικαίου. Iulian. Or. II. p. 50. B. χήτει χαλινοῦ. Synes. p. 20. a. Themist. p. 306. b. Dio Chrysost. Or. XII. p. 225. ed. Emper. χήτει τῶν κρειττόνων τε καὶ ζώοντων διδασκάλων, ubi Reiskius χήτει, verissime restituit pro lectione librorum δῆτι. Omnino istud χήτει τινὸς πράγματιος a posterioris aetatis scriptoribus creberrime usurpatum est, ut plane

in usum vulgarem abiisse existimandum sit. Mox Suckow (Form der Plat. Schriften p. 210. sq.) legendum contendit ἐπιτηδεύων. coniectura ineptissima. ἀλλ' ἐν κεφάλαιον ὀρισμένους]. Astius coniecit: ἀλλ' ἐν κεφάλαιον ὀρθεσθαι esse unum, quod summum sit et maxime generale, definiendo ponere et constituere: quo sensu ponitur κεφαλαιοῦσθαι τι Reip. IX. p. 576. B. Et video nunc virum optimum postrema palinodiam cecinisse. Post ἀλλὰ e praecedenti οὐκ ἄξιον commode per zeugma intelligere licet ἱκανόν ἐστιν aut simile quiddam.

οἱ μὲν ἐχθροὶ θαρρόουσιν] h. e. non metuunt. De θαρρόειν

μητροῦς καὶ ξυγγενῶν καὶ φίλων στέρεσθαι ἂν αὐτὸν
 240 δέξαιτο, διακωλυτὰς καὶ ἐπιτιμητὰς ἠγούμενος τῆς ἡδί-
 στης πρὸς αὐτὸν ὀμιλίας. ἀλλὰ μὴν οὐσίαν γ' ἔχον-
 τα χρυσοῦ ἢ τινος ἄλλης κτήσεως οὔτ' εὐάλωτον ὁμοίως
 οὔτε ἀλόντα εὐμεταχειρίστον ἠγήσεται. ἐξ ὧν πᾶσ'
 ἀνάγκη ἐραστὴν παιδικοῖς φθόνειν μὲν οὐσίαν κεκτη-
 μένοις, ἀπολλυμένης δὲ χαιρῆν. ἐτι τοίνυν ἄγαμον,
 ἀπαιδα, αἰκον ὅ τι πλείστον χρόνον παιδικὰ ἐρα-
 στής εἴξαιτ' ἂν γενέσθαι, τὸ αὐτοῦ γλυκὺ ὡς πλεί-
 στον χρόνον καρποῦσθαι ἐπιθυμῶν.

Cap. XVII. "Ἔστι μὲν δὴ καὶ ἄλλα κακά, ἀλλὰ
 B τις δαίμων ἐμίξε τοῖς πλείστοις ἐν τῷ παρανίτικῳ ἡδο-
 νῆν. οἷον κόλακι, δεινῷ θηρίῳ καὶ βλάβῃ μεγάλῃ,

θ. δέ γε. Mox Bodl. cum decem fere aliis nec tamen Vatic. καὶ
 ante μητροῦς omittit.

P. 240. ἀπολλυμένης δὲ χαιρῆν] Vett. editt. ἀπολλυμέ-
 νοις, quod ex plurimis optimisque libris correctum.

B. δαίμων ἐμίξε] ἐμίξε δαίμων Steph. cum Ven. E.

cum accusativo constructo v.
 Phaedon. p. 88. B. Euthydem.
 p. 275. C. D. et Abresch.
 Dilucidat. Thucyd. p. 561. Bois-
 son ad. ad Philostr. Her. p. 365.
 Bremi ad Demosthen. Oratt.
 Selectt. Sect. I. p. 168. — φο-
 βούονται, i. e. de eo solliciti sunt.
 Nec tamen audiendus est Hein-
 dorfius, qui duriore ellipsi
 περὶ αὐτῶν supplendum arbitra-
 tur. Nam φοβέσθαι hac vi et
 potestate positum etiam cum
 simplici accusativo copulari so-
 lere non est quod dubitemus.

P. 240. πᾶσ' ἀνάγκη] Sic
 infra p. 243. D. Lucian. Hermo-
 tim. §. 27. §. 39. al.

τὸ αὐτοῦ γλυκὺ] Adiecti-
 vum cum genitivo iunctum, quia
 instar est nominis substantivi.
 Ita creberrime τὰ τοῦ κοινοῦ, τὰ
 τῆς παιρῆδος συμμέρονα, de
 quo v. Taylor. ad Lys. Vol. V.
 p. 125., τὸ κοινὸν τῆς πόλεως, ut

Criton. p. 50. A. Protagor. p. 319.
 D. De Republ. VII. p. 519. E., τὸ
 τινος συμμέρον, ut Reipubl. I.
 338. C. 339. A. D. E. 340. A. B. C.
 341. A. B. 342. C. 343. C. 344. C.
 346. E. 347. E. II. 367. C. al. Nec
 masculino et feminino genere hic
 usus infrequens, ut Plat. Apo-
 log. Soer. p. 34. B. οἱ τούτων
 προσήκοιτες. Lycurg. adv. Leoc-
 rat. c. IV. §. 2. τῶν πάντων συν-
 ειδότων. Sed huius constructionis
 exempla larga manu praebe-
 bit Lobeckius ad Sophocl.
 Aiac. vers. 360. p. 238. ed. 2. Con-
 feras etiam Schaefer. ad Apol-
 lon. Rhod. II. p. 219. et 672.
 Markland. ad Suppl. v. 1089.

"Ἔστι μὲν δὴ καὶ ἄλλα κα-
 κά —] Argumentatio haec est:
 Ceteris malis omnibus, etsi per
 se iniucunda sunt, tamen for-
 tunae beneficio aliquid iucundi-
 tatis admixtum esse solet. Sed
 hoc neutiquam convenit in fa-

ὁμως ἐπέμιξεν ἢ φῦσις ἡδονῆν τινα οὐκ ἄμουσον. καὶ
 τις ἐταίραν ὡς βλαβερὸν ψέξειεν ἂν, καὶ ἄλλα πολλὰ
 τῶν τοιουτοτρόπων θροσμάτων τε καὶ ἐπιτηδευμάτων,
 οἷς τό γε καθ' ἡμέραν ἡδίστοισιν εἶναι ὑπάρχει. παι-
 δικοῖς δὲ ἐραστής πρὸς τῷ βλαβερῷ καὶ εἰς τὸ συνη- C
 μερεῦεν πάντων ἀηδέστατον. ἤλικα γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς
 λόγος τέρπειν τὸν ἤλικα ἢ γάρ, οἶμαι, χρόνον ἰσό-
 τῆς ἐπ' ἴσας ἡδονὰς ἄγουσα δι' ὁμοιότητα φιλίαν πα-
 ρέχεται· ἀλλ' ὁμως κόρον γε καὶ ἡ τούτων συνουσία
 ἔχει. καὶ μὴν τό γε ἀναγκαῖον αὐτὸ βαρὺ παντὶ περὶ
 πᾶν λέγεται· ὁ δὲ πρὸς τῇ ἀνομοιότητι μάλιστα ἐρα-
 στής πρὸς παιδικὰ ἔχει. νεωτέρῳ γὰρ πρεσβύτερος συν-
 ὦν οὔθ' ἡμέρας οὔτε νυκτὸς ἐκὼν ἀπολείπεται, ἀλλ'
 ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ οἴστρου ἐλαύνεται, ὅς ἐκείνῳ μὲν D

ἡδίστοισιν εἶναι ὑπ.] Codd. aliquot ἡδίστοις. De Ionica
 illa dative forma nec Atticis inusitata scriptoribus v. Astius ad
 Legg. p. 11. Matthiae Gr. T. I. p. 146. 150. Schneider. ad Rempubl.
 T. I. p. 222.

C. ἐκὼν ἀπολείπεται] V. inverso ordine ἀπολείπεται ἐκὼν,
 quod codicum auctoritate mutatum est.

miliaritatem illam, quae inter
 puerum et amatorem intercedit.
 Amator enim quum amasio suo
 sit damnosus, tum ei etiam mo-
 lestissimus sit necesse est, pro-
 pterea quod neque ei aequalis
 est etc.

B. δεινῷ θηρίῳ] Imitati
 sunt Plutarch. De discr. am.
 et adul. p. 61. C. Athen. T. II. p.
 474. Etiam loquutionem ἡδονῆν
 οὐκ ἄμουσον non pauci celebra-
 runt, de quibus v. Wytten-
 bach. Ep. Crit. p. 14. et Ruhn-
 ken. ad Tim. p. 3.

τό γε καθ' ἡμέραν] certe
 quidem in diem, hoc est ἐν
 τῷ παρανίτικῳ, ut antea loque-
 batur.

πρὸς τῷ βλαβερῷ] Sic p.
 240. E. πρὸς τῷ μὴ ἀνεκῷ ἐπ'
 αἴσχει. De Republ. X. p. 610. E.
 τὸν δ' ἔχοντα καὶ μάλα ζωτικὸν
 παρέχουσαν, καὶ πρὸς γ' ἐτι τῷ
 ζωτικῷ ἄγρυπνον, ubi vide annot.

C. ἤλικα — τέρπειν τὸν
 ἤλικα] Schol. εἴρηται μὲν ἐν-
 ταῦθα τῷ Πλάτῳ οὕτως ἤλικα
 γὰρ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος τέρπειν
 τὸν ἤλικα· τὸ δὲ τέλειον ἔχει·
 ἤλιξ ἤλικα τέρπει, γέρον δὲ
 τε τέρπει γέροντα, ὡς φησι
 καὶ ὁ Ξενοφῶν γεροντοκωμικά.
 Proverbium, a multis illustra-
 tum, apud Platonem saepius me-
 moratur, ut Sympos. p. 195. B.
 Gorg. p. 510. B. Lysid. p. 214. A.
 Mox quod σῆμαι inter nomen et
 articulum est interpositum, eo-
 dem modo De Rep. VIII. p. 564.
 A. 568. C. Polit. p. 300. B. al.

κόρον — ἔχει] cum taedio
 coniuncta est. v. Schaefer.
 ad Gregor. Corinth. p. 4. et p. 985.
 ibique Hermann. p. 863.

ὑπ' ἀνάγκης τε καὶ οἴ-
 στρου] Οἴστρου et οἴστρῶν de
 amore et omni vehementi cupi-
 ditate dictum illustravit Astius
 ad h. l. conf. Reip. IX. p. 573. A.

D. ὅς ἐκείνῳ μὲν — αἴγει]

ἡδονὰς αἰεὶ διδοὺς ἄγει, ὁρῶντι, ἀκούοντι, ἀπτομένῳ
καὶ πᾶσαν αἰσθησὶν αἰσθανομένῳ τοῦ ἐρωμένου, ὥστε
μεθ' ἡδονῆς ἀραρότως αὐτῷ ὑπηρετεῖν· τῷ δὲ δὴ
ἐρωμένῳ ποῖον παραμύθιον ἢ τίνας ἡδονὰς διδοὺς
ποιήσει τὸν ἕσον χρόνον συνόντα μὴ οὐχὶ ἐπ' ἔσχατον
ἐλθεῖν ἀηδίας; ὁρῶντι μὲν ὄψιν προεσβυτέρα καὶ οὐκ
ἐν ὥρᾳ, ἐπομένων δὲ τῶν ἄλλων ταύτη, ἃ καὶ λόγῳ
E ἐστὶν ἀκούειν οὐκ ἐπιτερές, μὴ ὅτι δὴ ἔργῳ ἀνάγκης
αἰεὶ προσκειμένης μεταχειρίζεσθαι· φυλακὰς τε δὴ κα-

D. αἰεὶ διδοὺς ἄγει] Schneiderus ad Xenoph. Sympos. VIII.
1. conī. αἰδοὺς ἄγει. Pro διδοὺς Bodl. ΑΠΤ αἰδοὺς; alii δε'
αἰδοὺς.

τὸν ἕσον χρόνον συνόντα] Sic codd. pro vulg. συνόντι. v.
interpretat.

E. φυλακὰς τε δὴ] Sic Vind. 7. et Heindorf. Vulgo φύ-
λακὰς τε δὴ. Dein vett. editt. praeter Bas. 2. καχυπότους. Bodl.
pr. καχυπό τόπους. Alii plurimi καχυποτόπους. Flor. a. c. Ven. Σ
corr. cum Bas. 2. καχυποτόπας.

ἀκαίρους τε καὶ ἐπαίρους] Vulgo καὶ aberat. Sed ἀκαίρους
τε καὶ ἐπαίρους Bodl. ΑΠΓ. ἀκαίρους τε καὶ ἐπαίρους ἐπιήρους
ΞΣΔΝΟ. ἐπαίρους τε καὶ ἀκαίρους Φ. Coniecit Winckelm. ἀκαί-

h. e. ἐπάγει αἰεὶ διδοὺς, quod concinnitatis gratia interpositum propter insequentia: τῷ δὲ δὴ ἐρωμένῳ — τίνας ἡδονὰς διδοὺς ποιήσει.

ἀραρότως] Hesychius: Ἀραρόσαι (Ἀραρότως corr. interpretes). ἀραρότως, προσρημοσμένως, ἀραμαζόντως, ἀσφαλῶς, ὅθεν καὶ τὸ ἀραμῶς πηγῶς δέδεικται, quod emendant: ὅθεν καὶ τὸ ἀραρότως, πηγῶς, ὡς δέδεικται. Eurip. Med. v. 1161. edunt ἀραρότως. Sed Aeschyl. Suppl. 951. vulgo ἀραρότως.

τὸν ἕσον χρόνον συνόντα] Exspectabas συνόντι, quod vulgo edebatur, praesertim quum ὁρῶντι subsequatur. Sed accusativum nunc ponit, quia participium retulit ad ποιήσει. Similem rationem notavimus ad Remp. IX. p. 586. E. Fallitur igitur Astius, qui accusativum

participii post dativum inferri arbitratur, ut oratio quasi in se consistens exhibeatur. Quod quid sibi velit, fatemur nos nullo pacto intelligere. Paulo post ad καὶ οὐκ ἐν ὥρᾳ ne οὐσαν desideres, compares quaeso Parmenid. p. 165. D. Οὐκοῦν καὶ τοὺς αὐτοὺς καὶ ἐτίθους ἀλλήλων ἀνάγκη φαίνεσθαι τοὺς ὄγκους, καὶ χωρὶς αὐτῶν, sc. ὄντας. Ibid. p. 166. B. οὐδὲ ἀπτόμενι οὐδὲ χωρὶς, sc. ὄντα. Atque hinc defendimus quod mox E. legitur οὐκ ἀνεκτοὺς, εἰς δὲ μέθην ἰόντος — ἐπ' αἰσχει, ubi Heindorfius ἐπιαισχίεις desiderabat. Simile quid observavimus ad Gorg. p. 501 A. et Tim. p. 618. D.

E. φυλακὰς τε δὴ καχυποτόπους] Vulgatum καχυπότους etsi Reipubl. III. p. 409. C. satis certam habet sedem, tamen hoc loco codd. et optimi et plurimi καχυποτόπους exhibent,

καχυποτόπους φυλαττομένῳ διὰ παντὸς καὶ πρὸς ἅπαντας, ἀκαίρους τε καὶ ἐπαίρους καὶ ὑπερβάλλοντας ἀκούοντι, ὡς δ' αὐτῶς ψόγους νήφροντος μὲν οὐκ ἀνεκτοὺς, εἰς δὲ μέθην ἰόντος πρὸς τῷ μὴ ἀνεκτῷ ἐπ' αἰσχει παρόρησιᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένη χρωμένου.

Cap. XVIII. Καὶ ἐρῶν μὲν βλαβερός τε καὶ ἀηδής, λήξας δὲ τοῦ ἐρωτος εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἄπιστος, εἰς ὃν πολλὰ καὶ μετὰ πολλῶν ὄρκων τε καὶ δεήσεων ὑπισχνούμενος μόγις κατεῖχε τὴν ἐν τῷ τότε ξυνουσίαν 241

ρους τε καὶ ἐπαχθεῖς ἐπαίρους, Quo minime opus est. Nam καὶ est etiam, a deo. Receptam lectionem etiam C. Fr. Hermann. restituit. — Mox Bodl. νήφροντες pro νήφροντος, errore manifesto. ἐπ' αἰσχει παρόρησιᾳ] Heindorfius malebat ἐπιαισχίεις. Non opus. Iungendum: χρωμένου ἐπ' αἰσχει.

P. 241. τὴν ἐν τῷ τότε ξ.] V. τὴν γ' ἐν τῷ τ. praeter fidem optimatorum codicum. Deinde οὐσαν post ἐλπίσαν in Bodl. aliisque multis optimae notae libris desideratur. Sed abesse vocabulum recte nullo modo potest, ut errore propter antegressum ονον elisum videatur. Quod enim nuper scripsit Voegelinus, languere sibi illud videri, certe vir optimus non vidit vel per grammaticas rationes aliter scribi non potuisse. Omisit tamen οὐσαν Hermannus.

quod ipsum Suidae confirmatur auctoritate. Is enim: Καχυπότος, inquit, καχυπόπος· τοπάσαι γὰρ τὸ ὑποθεῖναι et καχυποποιεῖσθαι τὸ τέλειον καὶ ὑπονοεῖσθαι. Verbum καχυποποιεῖσθαι legitur Aristoph. Ran. v. 956., ubi frustra Brunckius καθυποποιεῖσθαι. Ceterum intelliguntur praeter ipsum amatorem suspicione flagrantem homines ab illo subornati ad observandum amasium.

παρόρησιᾳ κατακορεῖ καὶ ἀναπεπταμένη χρ.] h. e. fastidiosa atque nimia, quae nec de clandestinis amoris mysteriis taceat. Plutarch. Symposiac. p. 712. A. ἢ τε πρὸς τὰ οκώμματα καὶ βομολοχίας εὐχέρεια, δεινῶς κατάκορος καὶ ἀναπεπταμένη, καὶ γέμονα ὀρημάτων ἀκόσμων καὶ ἀκολάστον ὄνομάτων. De Stoicor. Repugn. p. 1050. C. τῆ κακίᾳ — ἀναπε-

πταμένην παρόρησιαν δίδωσιν. Themistocl. p. 122. E. ἀναπεπταμένη — εἰς τὸν Θεμιστοκλέα κέχρηται βλασφημίᾳ. Plura collegit Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 832.

ἄπιστος, εἰς ὃν — κατεῖχε] Distinximus nunc orationem post ἄπιστος commate, olim omisso illo. Quo facto liquet εἰς ὃν referri ad antegressum τὸν ἔπειτα χρόνον, hoc sensu: Dum amat, ei damnosus est ac molestus; ubi autem amare desiit, in futurum tempus est perfidus, pro quo (tempore) olim multa, multis interpositis obstationibus accrebitibus, pollicitans amasium aegre retinebat, ita ut hic molestam tunc et aerumnosam perferret familiaritatem propter spem futurorum bonorum.

ἐπίπονον οὐσαν φέρειν δι' ἐλπίδα ἀγαθῶν. τότε δὴ
δέον ἐκτίνειν, μεταβαλὼν ἄλλον ἄρχοντα ἐν αὐτῷ καὶ
προστάτην, νοῦν καὶ σωφροσύνην ἀντ' ἔρωτος καὶ μα-
νίας, ἄλλος γεγωνὸς κέληθε τὰ παιδικά. καὶ ὁ μὲν
αὐτὸν χάριν ἀπαιτεῖ τῶν τότε, ὑπομνηστικῶν τὰ πρα-
χθέντα καὶ λεχθέντα, ὡς τῷ αὐτῷ διαλεγόμενος· ὁ

μεταβαλὼν ἄλλον ἄρχοντα] Bekkerus ex codd. NO, mg.
F. c. GD dedit μεταβαλὼν, quod habent etiam Flor. g. h. φ. Monac.
Sed vide infra. Ceterum vulgo: καὶ προστάτην ἐν αὐτῷ, inivitis
codd. mss. Bodl. ἐν αὐτῷ.

P. 241. μεταβαλὼν ἄ-
λον ἄρχοντα ἐν αὐτῷ καὶ
προστάτην] Non ausus sum
μεταβαλὼν cum Bekkero et
Astio revocare, quum libri
plurimi et optimi vulgatum tueantur,
nec ipsa sententiae ratio
suadeat mutationem. Quid dis-
criminis intercedat inter μετα-
βάλλειν τι et μεταλαμβάνειν τι,
optime definitur posse putamus
ex usu nominum substantivorum
μεταβολή et μετάληψις, quorum
prius mutationem et vicissitudi-
nem nobis vel insciis vel impru-
dentibus accidentem designat,
posterius mutationem, quam nos-
tra sponte facimus et suscipi-
mus. Ex quo clarum est με-
ταλαμβάνειν τι ita usurpari, ut
consilium permutandi et pro al-
tero quodam sumendi indicetur,
μεταβάλλειν τι autem dici eos,
qui non tam consilio in aliqua
re permutanda reguntur, quam
coeco aliquo casu aut necessitate
ducuntur: unde saepe mera mu-
tandi significatio tenenda, seiun-
cta prudentis deliberationis no-
tione. Quod quidem prorsus
congruit in amatorem, qualis
hoc loco depingitur. Is enim
cessante vi cupiditatis, quum an-
tea amasio suo de futuro opti-
ma quaeque sanctissime promi-
sisset, tamen repente alius eva-
dit ac veluti imprudens mentis
rationisque imperium amplecti-
tur. De Rep. IV. p. 424. C. εἶδος

γὰρ καινὸν μουσικῆς μεταβάλλειν
εὐλαβητέον ὡς ἐν ὄλῳ κινδυνεύον-
τα, ubi simplex permutationis
temerariae notio tenenda, ut fa-
cile appareat, cur μεταλαμβάνειν
minus aptum sit. Ibid. VII. p. 535.
D. χωλὸς δὲ καὶ ὁ τάναντια τού-
του μεταβεβληκῶς τὴν φιλοπο-
νίαν, ubi item de permutatione
quadam magis fortuita quam
deliberato consilio suscepta ser-
mo est. Ibid. X. p. 620. A. ἰδεῖν
δὲ καὶ κύνων μεταβάλλοντα εἰς
ἀνθρώπων βίον ἀφραῖν, ubi
μεταβάλλοντα cur dicatur, inde
patet, quod de μεταβολῇ τῶν
κακῶν καὶ τῶν ἀγαθῶν disputat-
ur. Phileb. p. 51. A. περιόσομαι
μεταβαλὼν σημαίνει ἡμῖν αὐτάς,
ubi v. annot. nostr. Sed optime
usum loquendi illustrent Euripi-
dea ab Heindorfio compara-
ta: Eurip. Iphig. Aul. v. 343.
κατ' ἐπεὶ κατέχευε ἀρχάς, μετα-
βαλὼν ἄλλους τρόπους τοῖς φί-
λοιςιν οὐκέτ' ἦσθα τοῖς πρὶν ὡς
πρόσθεν φίλος. Ibi Menelaus
Agamemnoni exprobrat incon-
stantiam et levitatem, ut profecto
μεταβαλὼν rei ipsi multo sit
convenientius et accommodatius,
quam μεταβαλὼν. Ibid. v. 363.
καθ' ὑπόστροφας κέλησαι μετα-
βαλὼν ἄλλας γραφάς, quo loco
item notatur inconstantia certi
consilii expers. Sed satis exem-
plorum in praesenti. Longe alia
ratio est verbi μεταλαμβάνειν.
Politie. p. 246. ed. Bekk.: διανα-

δὲ ὑπ' αἰσχύνῃς οὔτε εἰπεῖν τολμᾶ, ὅτι ἄλλος γέγο-
νεν, οὔθ' ὅπως τὰ τῆς προτέρας ἀνοήτου ἀρχῆς ὀρ-
ζωμοσία τε καὶ ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει ἔχει, νοῦν ἤδη B
ἐσχηκῶς καὶ σεσωφρονηκῶς, ἵνα μὴ πράττων ταῦτα
τῷ πρόσθεν ὅμοιός τε ἐκείνῳ καὶ ὁ αὐτὸς πάλιν γέ-
νηται. φυχὰς δὴ γίνεσθαι ἐκ τούτων, καὶ ἀπεστερηκῶς

B. ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει] Bodl. Flor. a. b. c. g. i. Vind. I.
3. Γ Δ Α Β C G H ἐμπεδώσῃ. Dein Bodl. aliique ταῦτα pro ταῦτά,
errore manifesto.

ἀπεστερηκῶς ὑπ' ἀνάγκης] ἀπειρηκῶς corr. Γ, ἀπεστηρη-
κῶς Bodl.

παίσομεν αὐτὸν μεταλαβόντες
αὐτοῦ τὸν συγγεναστὴν τόνδε
Σοκράτη. Phileb. p. 21. C. μήπω
τοῖνον μαλθακίζόμεθα, τὸν δὲ
τοῦ νοῦ μεταλαβόντες αὐ βίον
ἴδωμεν, ubi non probandum esse
quod quidam libri habent μετα-
βαλόντες in Appendice scripsi-
mus. Quippe olim quum libro-
rum mss. copiae nondum essent
cum eruditis communicatae, al-
terum tanquam rarius prae-
tuleram; μεταλαμβάνειν ita usur-
pari nequitiam ignoraveram.
Eandem imaginem habes Reip.
IX. p. 572. E. ἔρωτά τινα
αὐτῷ μηχανωμένους ἐμποῖσαι
προστάτην τῶν — ἐπιθυμιῶν.
Ibid. p. 573. B. οἰστῶ οὗτος ὁ
προστάτης τῆς ψυχῆς. Ibid. p.
575. A. C. Ceterum mireris va-
nas Suckowii argutias, qui in
libro Die Form der Platoni-
schen Schriften p. 218. locum
sic scribendum putat: ὅτε δὴ
δέον (sc. ἐστὶ) ἐκτίνειν, quod
interpretatur: zu der Zeit also,
wo der Dank erfolgen
soll. Nimirum hoc est emen-
dare Platonem.

καὶ ὁ μὲν] Intell. τὰ παιδικά.
vid. ad p. 238. E.

B. ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει
ἔχει] Vide ne ex codice Clar-
ckiano s. Bodleiano aliisque li-
bris bonae notae ἐμπεδώσῃ re-
stituendum sit: de quo genere
loquendi dictum est ad Gorg. p.

Plat. Opp. Vol. IV. P. I.

465. C. et Sympos. p. 216. C. Con-
iunctivus deliberativus tertiae per-
sonae neminem offendet, qui
comparaverit Reipubl. l. p. 348. E.
Menon. p. 92. E. Legg. p. 719. E.
Phaedon. p. 115. C. Sophist. p.
225. A. Adde Matthiae Gr. §.
516. 3.

ἀπεστερηκῶς ὑπ' ἀνάγκης]
In his ἀπεστερηκῶς ita
simpliciter positum tolerari non
posse Stephan., Heindorf,
alii censuerunt. Dorvill. ad
Chariton. p. 199. reponendum pu-
tabat ἀπεσπερχῶς, formam so-
loecam. Astius scribi volebat
ἀπεστερηκῶς ὑπ' ἀνάγκης οὐ πρὶν
ἐραστῆς, h. e. τοῦτον, οὐ πρὶν
ἐραστῆς ἦν. Hirschig. dedit
ἀπεστηρηκῶς. Possis etiam re-
fingere: ἀπειρηκῶς ὑπ' ἀνάγκης
ὁ πρὶν ἐραστῆς, quod correctio-
ne in cod. Γ investum esse
Bekker. testatur. Sed nulla
opus est mutatione. Positum est
ἀπεστερηκῶς vulgari significatione
fraudandi, hoc sensu: trans-
fuga igitur fit idcirco et
iam testa conversa se in
fugam dat mutatus, post-
eaquam amatum neces-
sitate coactus iis priva-
vit, quae promiserat, s.
promissis fraudavit. Casus
obiecti ut verbo adderetur,
non fuit necessarium, quum
quid rei sit, sponte intelligatur.
Ceterum ne cui videatur languere
quod additum est ὁ πρὶν ἐρα-

ὑπ' ἀνάγκης, ὁ πρὶν ἐραστής, ὁστράκου μεταπεσόντος, ἵεται φηγῆ μεταβαλὼν· ὁ δὲ ἀναγκάζεται διώκειν ἀγαυακτῶν καὶ ἐπιθειάζων, ἠγνοηκῶς τὸ ἅπαν ἐξ ἀρχῆς, ὅτι οὐκ ἄρα ἔδει ποτὲ ἐρῶντι καὶ ὑπ' ἀνάγκης ἀνοήτω χαρίζεσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον μὴ ἐρῶντι καὶ νοῦν ἔχοντι· εἰ δὲ μὴ, ἀναγκαῖον εἶη ἐνδοῦναι ἑαυτὸν ἀπίστω, δυσκόλῳ, φθονερῷ, ἀηδεῖ, βλαβερῷ μὲν πρὸς οὐσίαν, βλαβερῷ δὲ πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἕξιν, πολλὴ δὲ βλαβερωτάτῳ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς παιδευσιν, ἧς οὔτε ἀνθρώποις οὔτε θεοῖς τῇ ἀληθείᾳ τιμωτέ-

ἐπιθειάζων] Sic meliores libri omnes. V. ἐπιθειάζων. Pro διώκειν Bodl. διώκων.

C. τὴν τοῦ σώματος ἕξιν] V. τοῦ aberat, invitis codicibus. Paulo ante Bodl. αὐτὸν pro ἑαυτὸν.

D. οὐκέτι ἂν τὸ πέρα ἀκούσῃς] τὸ super e plurimis reductum codd. Paulo ante Steph. ἄρα φιλοῦσιν, Bodl. ἄρας ἀγαπῶσιν.

στῆς, habet haec appositio sane insignem quandam elegantiam et gravitatem. Germanice dixeris: *er, der früher den Liebhaber abgab.* vid. ad Remp. p. 579. A.

ὁστράκου μεταπεσόντος] Proverbiū de repentina nec opinata mutatione usurpari solitum. Vide Schol. ad h. l. et quae notata sunt ad Remp. VII. p. 521. C. Dein μεταβαλὼν est mutatus: nam positum est intransitive, ut Reip. V. p. 473. B, ubi vide ann.

C. ἀναγκαῖον εἶη ἐνδοῦναι] De hoc optativo vide quae scripsimus ad Phaedon. p. 86. A. coll. Matthiae Gr. §. 529. 3. — ἐνδοῦναι ἑαυτὸν τινι est se alicui dedere, ut Reip. VIII. p. 561. A. X. p. 605. E. conf. Timaevi Gloss. p. 101. ibique Ruhnken.

βλαβερῷ μὲν — βλαβερῷ δέ —] De hac orationis forma consulas Reitz. ad Viger. p. 841.

ἧς οὔτε ἀνθρώποις — τιμωτέρον οὔτε ἔστιν οὔτε ποτὲ ἔσται] Ne quis οὐδὲν

post τιμωτέρον desideret, Gorg. p. 485. D. ἐλείθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἰκανὸν μηδέποτε φθέξασθαι. Reip. I. p. 337. E. V. p. 464. D. Legg. p. 642. A. p. 942. C.

D. ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσι —] Versiculus constructione cohaeret cum proxime antecedentibus: nam verba sic nectenda sunt: ἀλλ' (ὅτι) ἐρασιὰ φιλοῦσι παῖδα οὐκὸν τρόπον χάριν πληρομῆς οὕτως, ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσι. Male igitur Cornarius *θηρίου τρόπον* corrigebat. Ceterum Scholiasta ad h. l. et Hermias p. 90. hos versiculos putant ab ipso Platone ad imitationem loci Homericī Iliad. XXII. 262 sq. compositos esse: de qua re nihil certi decerni posse videtur. Eodem modo Horat. Epod. IV. in.: Lupis et agnis quanta sortito obtigit, Tecum mihi discordia est. Ridicule res invertitur Horat. Epod. XI. 25 sq.: O ego infelix, quam tu fugis, ut pavet acres Agna lupos capreaeque leones. Paederastarum cum lupis comparisonem Graecis fuisse admodum usitatam di-

ρον οὔτε ἔστιν οὔτε ποτὲ ἔσται. Ταῦτά τε οὖν χορή, ὦ παῖ, ξυνοεῖν, καὶ εἰδέναι τὴν ἐραστοῦ φιλίαν, ὅτι οὐ μετ' εὐνοίας γίγνεται, ἀλλὰ σιτίου τρόπον χάριν πληρομῆς

ὡς λύκοι ἄρν' ἀγαπῶσ', ὡς παῖδα φιλοῦσιν D ἐρασταί.

Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὦ Φαῖδρε, οὐκέτι ἂν τὸ πέρα ἀκούσῃς ἐμοῦ λέγοντος, ἀλλ' ἤδη σοι τέλος ἔχτω ὁ λόγος.

Cap. XIX. ΦΑΙ. Καίτοι ᾤμην γε μεσοῦν αὐτὸν

ἀλλ' ἤδη σοι τέλος] Vulgo invitis codd. scribebatur ἀλλὰ δὴ σοι πέρα.

Καίτοι ᾤμην γε μ.] Legebatur Καίτοι γε ᾤμην γε, quod est in libris paucissimis. Pro αὐτὸν, quod tuentur Ven. Ξ S Par. C T F H N O P tres Vindob. Flor. a. g. h., Bodl. αὐτοῦ cum Γ Α Π Β Ε Γ Ι aliis. Quo arrepto C. Fr. Hermann. de suo dedit: Καίτοι ᾤμην σε μεσοῦν αὐτοῦ, quum proximum ἔκειν istud σε abesse vix patiat. Quod quam vere iudicatum sit, infra ostendimus.

sces ab interpret. Aristaen. II. 21. et a Jacobsio ad Antholog. Gr. Vol. II. P. III. p. 123.

Τοῦτ' ἐκεῖνο] Recte Heindorfius: „Refertur hoc ad versum hunc, quo disputationem finierat Socrates. Ecce, inquit, me versus loquentem! Hoc illud est, quod ante dixeram, me dithyrambos propemodum loqui.“ Compares de hac formula Sympos. p. 210. E. p. 223. A. Charmid. p. 166. B. Hipp. Mai. p. 296. D. ἀλλ' ἄρα τοῦτ' ἦν ἐκεῖνο. Praeterea legas Reisig. Coniectan. p. 279. Hermann. ad Aristophan. Nubb. v. 1053.

μεσοῦν αὐτὸν —] Non pauci codd. neque ii deteriores αὐτοῦ. Et construitur μεσοῦν cum genitivo etiam De Rep. X. p. 618. B. τὰ δὲ καὶ μεσοῦν τούτων. Politic. p. 265. B atque alibi. Sed inde neutiquam sequitur, ut αὐτὸν mutandum sit. Immo eam lectionem unice veram esse ex eo intelligitur, quod illo admissio opus est pronomine οἱ, quod quidem quum in nullo codice reperitur, de suo addidit C. Fr. Hermann. adeoque in exemplo Teubneriano

haud cunctanter addidit. At enim vero boni librarii vel critici verissimam scripturam de medio sustulerunt duplici de causa. Primum enim non meminerunt rectissime dici τὸν λόγον μεσοῦν, h. e. in medio versari. Deinde videntur neglexisse, eundem etiam per prosopopoeiam quandam dici solere λέγειν, φάναι etc. Utriusque rei exempla haec sunt: Sympos. p. 175. C. οἷός μεσοῦν δειπνοῦντας, ubi v. ann. Aristoph. Rann. 924. ἐπειδὴ — καὶ τὸ δῶμα μεσοῦν (dimidia fabulae parte acta). Eurip. Med. v. 59. ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοῦδέπω μεσοῦ, ubi v. Elmsl. et Lenting. conf. Suid. v. Μεσῶ. Alterius vero usus exempla apud Platonem sunt frequentissima, ut Phileb. p. 51. C. p. 50. A. p. 18. B. De Rep. V. p. 465. E. VI. p. 484. A. p. 503. A. Theaet. p. 169. D. Legg. I. p. 630. B. Sophist. p. 237. B. Politic. p. 264. B. al. Hoc igitur neglecto boni critici αὐτοῦ scribendo orationem effecerunt mancam et balbutientem, praesertim quum etiam verba proxime antegressa: τέλος ἔχτω ὁ λόγος, accusativum

καὶ εἶναι τὰ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος, ὡς δεῖ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι μᾶλλον, λέγων ὅσ' αὐτὸν ἔχει ἀγαθὰ. νῦν δὲ δὴ, ὦ Σώκρατες, τί ἀποπαύει;

E ΣΩ. Οὐκ ἦσθον, ὦ μακάριε, ὅτι ἤδη ἐπηφθέγγομαι, ἀλλ' οὐκέτι διθυράμβους, καὶ ταῦτα ψέγων; ἐὰν δ' ἐπαινῆναι τὸν ἕτερον ἀρξώμαι, τί με οἶε ποιήσῃ; ἀρ' οἶσθ', ὅτι ὑπὸ τῶν Νυμφῶν, αἷς με σὺ προὔβαλες ἐκ προνοίας, σαφῶς ἐνθουσιάζω; λέγω οὖν

λέγων ὅσ' αὐτὸν ἔχει ἀγαθὰ] V. λέγων αὐτὸν ἔχει ἀγαθὰ, quod vix in uno alterove cod. repertum est. Bodl. aliique nonnulli: ὅσα αὐτῷ.

E. προὔβαλες ἐκ προνοίας] Verba ἐκ προνοίας vulgo cum seqq. σαφῶς ἐνθουσιάζω coniuncta recte Lennepius ad Phalar.

αὐτὸν requirere ac flagitare videantur. Patet igitur hoc quoque exemplo, quanta cum cautione vel optimis libris utendum sit, et quam digni sint etiam libri deteriores, ut ipsorum lectiones diligenter perpendantur et cum ceterorum codicum auctoritate contendantur. Nam quo certius est vel optimos libros exhibere nobis grammaticorum recensiones, eo maiore utique cautione opus est, ne illis temere fidem habeamus. Grammaticorum correctionem hoc loco arguit etiam illud, quod Ven. 6. (Φ) a m. rec. αὐτοῦ scriptum exhibet, Par. F. autem a m. pr. illud habet.

λέγων ὅσ' αὐτὸν ἔχει ἀγαθὰ] Constructionis ratio exigebat λέγοντα, quod Stephan. requirebat. At nulla opus est mutatione, quandoquidem nominativus κατὰ τὸ νοούμενον subiicitur, quasi praecessisset: κατὰ τοὺς ἐδόκει μοι μεσοῦν καὶ εἶναι x. t. λ. Celebratissimus hoc nomine est locus Homeri Iliad. β', 350. φημὲν μὲν οὖν κατανεύσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα — Ἄστράπτων ἐπιθέξια, ubi iam Eustath. et postea Clark. atque Valckenar. ad Phoeniss. v. 481. recte notarunt anacolu-

thiam. Xenoph. Cyrop. I. 4, 26. τέλος δὲ καὶ ἦν εἶχε οἰολῆν ἐκδύνατα δοῦναι τινι (φρασί), δηλῶν, ὅτι τοῦτον μάλιστα ἠσπάζετο, ubi nominativus infertur, perinde ac si non φασί, sed λέγεται praecederet. Aptè contulisset Heindorf. Legg. X. p. 885. C. ἀσπόμεν — ἡμᾶς πρότερον ἐπιχειρεῖν πεθεῖν καὶ διδάσκων, ὡς εἰσὶ θεοί, τεκμήριον λέγοντες ἰκανά, si certa ibi lectio esset, nunc a nobis aliter constituta. Sed poterat adiciere locum, qui p. 270. D. huius ipsius libri legitur, ubi vir optimus praeter necessitatem ἀριθμησάμενον e Galeno suscepit. Dissimilia confudit Astius, qui nec structurae rationem recte declaravit, illustratam illam nuper etiam a Poppone De Elocutione Thucyd. p. 117. et Krügero ad Thucyd. VIII. c. 63. extr. Quippe Astius λέγων ait cohaerere cum ἄμην εἶναι, non cum τὸν λόγον. Quod quid valeat ad expediendam structurae insolentiam, Oedipo coniectore opus est. Nam ego si quid video, vel sic λέγοντα requiritur. Ceterum similiter Latini subinde usi sunt nominativo, de quo v. Ruhnken. Dict. in Terent. Heeyr. III. 1. 6. Bremi ad Cic. De Fin. II. 33. p. 244. Kühner. ad

ἐντὶ λόγῳ, ὅτι, ὅσα τὸν ἕτερον λελοιδωρήκαμεν, τῷ ἑτέρῳ τάναντία τούτων ἀγαθὰ πρόσεστι. καὶ τί δεῖ μακροῦ λόγου; περὶ γὰρ ἀμφοῖν ἰκανῶς εἴρηται. καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος, ὃ τι πάσχειν προσήκει αὐτῷ, τοῦτο πείσεται· κατὰ τὸν ποταμὸν τοῦτον διαβάς ἀπέροχομαι, πρὶν ὑπὸ σοῦ τι μεῖζον ἀναγκασθῆναι.

ΦΑΙ. Μήπω γε, ὦ Σώκρατες, πρὶν ἂν τὸ καῦμα παρέλθῃ. ἢ οὐχ ὄρας, ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία

p. 143. cum praecedentibus nectenda esse animadvertit. Bodl. ἐνθουσιάζω.

P. 242. ἢ οὐχ ὄρας] Sic libri non pauci, ut iam Berglerus ad Alciphron. p. 305. legendum suaserat. Vulgo ἦ.

Tusc. III. 8. Inde explicandus Hor. Sat. II. 6, 47.

E. ἢ δὴ ἐπηφθέγγομαι] „versus ipsos, legitimo numero adstrictos; quod spectat ad verum illum: ὡς λύκοι x. t. λ. Ad διθυράμβους conf. p. 238. C. D.“ HEINDORF. — ἐπη sunt versus heroici.

αἷς με σὺ προὔβαλες ἐκ προνοίας] quibus me dedita opera obiecisti. Notabilis verbi significatio, quam lexicographi nostri silentio transmiserunt. Male vulgo distinguitur: προὔβαλες, ἐκ προνοίας σαφῶς ἐνθ.

καὶ οὕτω δὴ ὁ μῦθος —] Oratio mea utcumque excipietur, certe id experietur iudicium, quo digna fuerit.

P. 242. μεσημβρία ἵσταται, ἢ δὴ καλουμένη σταθερά] Sic libri constanter, praeterquam quod Clark. cum nonnullis aliis ἢ δὴ pro ἢ δὴ scriptum exhibet. Nec discrepat Suidas T. III. p. 367., qui locum affert s. v. Σταθερόν. Neque est cur vel apicem loco suo moveamus, quanquam Heindorf. et Hermann. cum Ruhnkenio ad Tim. p. 235. verba ἢ δὴ καλουμένη σταθερά tanquam ineptum glossema da-

mnant, Ast. autem suscepto ἢ δὴ participium καλουμένη extruxit. Nimirum additis verbis: ἢ δὴ καλουμένη σταθερά, gravius indicatur esse hunc ipsum temporis articulum eum, quo aestus solis maximus esse soleat. Nam σταθερόν omnino de eo, quod ad summum pervenit, ideoque etiam de tempore fervidissimo dici consuevit; unde Suidas I. c. inter alia interpretatur per θερμοτάτον. v. Schellenberg. ad Antimach. Colophon. Rell. p. 109 sq. coll. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 403. Itaque Phaedrus caloris meridiani gravitatem urgens, quantumvis dixerit ἢ δὴ μεσημβρία ἵσταται, tamen non inepte subiungit istud: ἢ δὴ καλουμένη σταθερά. Non raro autem apud Platonem inferri quae sententiae explicationi inserviant ac glossematis speciem referre videantur, docuimus ad Apolog. Socr. p. 23. C. et E. Carolo tamen Schneidero De locis nonnullis Phaedri p. 14. Socrates per occasionem ridere videtur eos, qui dictionem μεσημβρία σταθερά ad verbum σταθερεῖν referrent, unde apud Aeschylum Prometh. v. 22. σταθευτός ἦλλον φλογί, ustus solis flamma. De quo inter alia haec scripsit: „Magna hic

ἴσταται, ἢ δὴ καλουμένη σταθερά; ἀλλὰ περιμεινάν-
τες, καὶ ἅμα περὶ τῶν εἰρημένων διαλεχθέντες, τάχα
ἐπειδὴν ἀποψυχῇ ἴμεν.

ΣΩ. Θεῖός γ' εἶ περὶ τοὺς λόγους, ὦ Φαίδρε,
καὶ ἀτεχνῶς θαναμάσιος. οἶμαι γὰρ ἐγὼ τῶν ἐπὶ τοῦ
B σοῦ βίου γεγονότων μηδένα πλείους ἢ σὲ πεποιηκέναι
γεγενῆσθαι ἤτοι αὐτὸν λέγοντα ἢ ἄλλους ἐνὶ γέ τῳ

ἢ δὴ καλουμένη σταθερά] ἤδη pro ἢ δὴ Bodl. Flor. g.
Vind. a. 7. Mon. PDGNOT. ἤδη Flor. h. In Flor. θ. ἤδη de-
est. Edit. Bass. 1. et 2. addunt verba: τὸ σφόδρα θεμιτὸν ἐν τῷ
θεῖμει μεσημβρίας, quae Berglerus l. c. recte iudicavit e glossemate
orta esse.

ἐπειδὴν ἀποψυχῇ] V. ἀποψύξῃ ἴμεν. Aliquot libri: ἀπο-
ψυχῇ ἴμεν, quod recepit Bekkerus. Alii habent ἐπειδὴν ἀποψύξῃ
ἴμεν. Bodl. ἀποψυχη μεν θ. omissis accentibus. Phrynichus in
Bekkeri Anecdott. I. p. 26. 13. ἐπειδὴν ἀποψύχῃ ἴμμεν. Verum

quum omnino tum in eo scri-
ptore opus est cautione, qui, ut
Plato, linguae suae naturam et
rationem probe perspectam habet,
et veritatis imaginem, seu
potius veritatem, quam lingua
expressam intelligit, non solum
ipse in scribendo ubique sequitur,
sed etiam occasione data
defectiones a veritate et errores
temporis progressu in linguam
illatos notat et corrigit. Ab
eiusmodi scriptore, praesertim
incipiente, non debet absurdum
videri interdum obscuriorem vel
ambiguam dictionem vel vulgo
male intellectam explicari, etiamsi
res ipsa explicationem non postulet,
modo ne inepte cursum
orationis interpellet aut aliud
gravius agens grammatici persona
induta risum lectoribus moveat.
Haec ille, quae aperte
fatemur nobis quidem argute
magis quam vere disputata esse.
De μεσημβρία σταθερῆ conferas
etiam Photium Lexic. s. v.
σταθερόν. Interpret. ad Thom.
Magistr. p. 302. Ruhnk. ad
Tim. p. 235. Bergler. ad Alci-
phron. T. II. p. 52. ed. Wagn.
Deinde τάχα ἐπειδὴν est mox
ubi. Falluntur enim Hein-

dorf. Astiusque pro ἐπειδὴν
τάχατα, simul atque, acci-
pientes. De τάχα mox, sta-
tim, significante vide annot. ad
Gorg. p. 450. C. Praegressum
Μήπω γε more usitato elliptice
dictum, ut Aristoph. Nubb.
196. 267. Equitt. 1098. Plene, h.
e. addito ἴμεν, legitur Plat.
Prot. p. 311. A.

οἶμαι γὰρ ἐγὼ — προσα-
ναγκάζοντα] H. e. οἶμαι γὰρ
ἐγὼ, ὡς μηδεὶς πλείους τῶν ἐπὶ
τοῦ σοῦ βίου γεγονότων λόγων
πεποίηκε γεγενῆσθαι ἢ σὲ. Nam
λόγων e superioribus nullo nego-
tio repetitur, vulgo ex interpre-
tatione adiectum.

ἐνὶ γέ τῳ τρόπῳ] certe
una aliqua ratione, quae-
cunque demum sit. Sic
saepe εἰς γέ τις apud Platonem,
et ἐνὶ γέ τῳ τρόπῳ Menon. p. 96. D.

Σιμμίαν Θηβαῖον ἐξαι-
ρῶ λόγου] Ne quis requirat
ἐξαιρῶ τοῦ λόγου, prohibebunt
quae scripsimus ad Sympos. p.
176. C. Ceterum dictum hoc de
Simmia Thebano quorsum spe-
ctet, haud sane constat. Illud
num e Phaedone p. 85. C. no-
vimus, fuisse eum veri exqui-
rendi cupidissimum, ut cum Ce-

τρόπῳ προαναγκάζοντα. Σιμμίαν Θηβαῖον ἐξαιρῶ
λόγου τῶν δὲ ἄλλων πάμπλου κρατεῖς. καὶ νῦν αὖ
δοκεῖς αἰτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τινὶ ῥηθῆναι.

ΦΑΙ. Οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις. ἀλλὰ πῶς δὴ
καὶ τινὶ τούτῳ;

Cap. XX. ΣΩ. Ἦνίξ ἐμελλον, ὦ γὰρθέ, τὸν ποτα-
μὸν διαβαίνειν, τὸ δαιμόνιον τε καὶ τὸ εἰωθὸς ση-

est ἀποψυχῇ, ductum illud ab aor. 2. ἀποψυχῆσαι, de quo v. Lo-
beck. ad Phrynich. p. 318. Hirsch. ἀποψύξῃ edidit.

τῶν ἐπὶ τ. σ. β. γεγονότων] Additum vulgo post γεγονότων
vocabulum λόγων codd. longe plurimi optimique non agnoscunt.

B. ἐνὶ γέ τῳ τρόπῳ] τῳ, quod codd. permulti suppedita-
runt, vulgo desiderabatur. Heindorfius inseruerat de coniectura.
Bodl. τῳ τρόπῳ.

ἐξαιρῶ λόγου] Vind. 1. 6. Φ. τ. ἐξαιρῶ τοῦ λόγου. Perpe-
ram vulgo ἐξαιρῶ.

καὶ τὸ εἰωθὸς σημ.] τὸ om. Flor. c.

bete familiari suo arbitretur
προαφλοισθαι, πρὶν ἂν πανταχῇ
σκοπῶν ἀπειλη τις, πάντῳ μαλθα-
κοῦ εἶναι ἀνθρώπος. Vita Simmiae
est apud Diog. Laert. II. 124
sq., ubi narratur viginti tres dia-
logos uno volumine comprehen-
sos scripsisse.

Οὐ πόλεμόν γε ἀγγέλλεις]
Schol. ἐπὶ τῶν ἀγαθῶ ἀγγελλόν-
των. ἐμνήσθη ταύτης καὶ ἐν τῷ
πρῶτῳ τῶν Νόμων. (p. 702. B.)
Inter Adagia retulit Erasmus
p. 527. Paulo ante advertas
constructionem verborum: δοκεῖς
αἰτιός μοι γεγενῆσθαι λόγῳ τι-
νὶ ῥηθῆναι. Compares Reipubl.
III. p. 407. C. (ἡ φιλοσοφία) ἀρε-
τῇ ἀσκήσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι
πάντῃ ἐμπόδιος. Ibid. IV. p. 437.
B. τὸ ἐφίεσθαι τινος λαβεῖν. Ibid.
p. 443. B. εἰθὸς ἀρχόμενοι τῆς
πόλεως οὐκ εἴεν. Gorg. p. 513. E.
ἀρ' οὖν οὕτως ἐπιχειρητέον ἐστὶ
τῇ πόλει καὶ τοῖς πολλοῖς θερα-
πεύειν, ubi exspectabas τὴν πό-
λιν καὶ τοὺς πολλούς. Reip. I.
p. 342. B. III. p. 416. A. Legg. I. p.
626. D. VII. p. 790. C. Criton. p.
52. B. Nimirum saepe casus
nominis, qui ex infinitivo pen-
dere debebant, attractione ver-
be finito accommodantur. Idem

participio vindicandus usus est,
quem viri docti non satis per-
ceperunt. Sophoc. Electr. 47.
ἀγγελλε θεῶν προστιθείς, quod
proprie esse debebat θεῶν προ-
τι. Qui usus latius serpsit in tali-
bus: Antig. 24. Ἐτεοκλέα μὲν
— σὺν δέκῃ χρησθεὶς δικαίᾳ —
ἐκρυψεν. Xenoph. Cyrop. I. 6, 33.
τὸ δαιμόνιον τε καὶ τὸ
εἰωθὸς σημεῖον —] Τὸ δαι-
μόνιον quum apud Platonem fere
adiectivum esse videntur, quem-
admodum etiam Cicero intel-
lexit De Divin. I. 54. esse di-
vinum quiddam, quod dae-
monium appellat, cui semper
pareat, facile alicui placeat,
quod Astius postrema
editione ex cod. Flor. C suscep-
it καὶ εἰωθὸς σημεῖον, sicuti
De Republ. VI. p. 496. C. legi-
tur τὸ δαιμόνιον σημεῖον, et
Euthydem. p. 272. E. ἐγένετο τὸ
εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον.
Theag. p. 129. B. γέγονε γὰρ μοι
τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον.
Nec tamen uni illi libro tantum
tribuerim, ut ceterorum omnium
auctoritas nihili aestimetur, prae-
sertim quum lectio vulgata ha-
beat quo se satis tueatur. Nam
primum quidem τὸ δαιμόνιον,

μείον μοι γίνεσθαι ἐγένετο — ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ
C ἂν μέλλω πράττειν —, καὶ τίνα φωνὴν ἔδοξα αὐτό-
θεν ἀκοῦσαι, ἢ με οὐκ ἐξ ἀπιέναι, πρὶν ἂν ἀρροσιώ-
σωμαι, ὡς τι ἡμαρτηκότα εἰς τὸ θεῖον. εἰμὶ δὴ οὖν
μάντις μὲν, οὐ πάνυ δὲ σπουδαῖος, ἀλλ' ὥσπερ οἱ τὰ
γράμματα φασίλοι, ὅσον μὲν ἑμαυτῷ μόνον ἱκανός.

C. ὅσον μὲν ἑμαυτῷ μόνον] μὲν accessit ex multis fisque
optimis codicibus, in quorum numero etiam Bodl. est. v. explicat.
Dein Bodl. Vat. Ven. II Par. GHN ἱκανός.

etsi proprie est adiectivum, ta-
men ab ipso Platone vi nominis
substantivi ponitur, ut Euthy-
phron. p. 3. B. οὐ τὸ δαιμόνιον
φῆς αὐτῷ ἐκαστοτε γίνεσθαι.
Apolog. Socr. p. 40. A. ἢ γὰρ εἰ-
θνή μοι μαντικὴ ἢ τοῦ δαι-
μόνου. Deinde rarior usus
vocularum τε καὶ facile librarium
eo potuit deducere, ut τὸ omit-
tendum putaret. Sed eas inter-
dum ibi quoque poni, ubi non
diversa nectuntur, monuit G.
Hermann. ad Sophocl. Electr.
873. ἐξ ἐμοῦ τε κοῖν ἄλλον. Sic
Phaedon. p. 68. B. ἀρμαντικῆσαι
τε ἀποθνήσκων καὶ οὐκ ἄσμενος
εἶναι αὐτόσε, ubi propediem
plura dabimus. De Republ. X.
p. 602. B. τοῖς πολλοῖς τε καὶ μη-
δὲν εἰδόσιν. Gorg. p. 460. D. ἐὰν
ὁ πνευτὴς τῆ πνευτικῆ μὴ καλῶς
χρηταί τε καὶ ἀδικῆ, ubi v. ann.
Quidni igitur iam recte dicatur:
Daemonium atque signum
mihi obtingere solitum?
Fr. tamen Hermannus τὸ
ante εἰωθός tanquam suspectum
uncis seclisit, quoniam ubi τὸ
δαιμόνον ponatur absolute, sem-
per σημεῖον mente supplendum
relinquitur. In quo viro prae-
stantissimo minime assentimur;
talis enim ellipsis nullo pacto
ferenda fuerit.

ἀεὶ δέ με ἐπίσχει ὃ ἂν
μέλλω πράττειν —] Quom
Socrates apud Platonem saepius
profitetur se a daemone suo
a facinoribus retineri tantum,

nunquam ad aliquid suscipien-
dum impelli, veluti Theaet. p.
151. A. ἐνίοις μὲν τὸ γιγνόμενον
μοι δαιμόνιον ἀποκαλύπει ἐννεῖναι,
ἐνίοις δὲ ἐξ (videlicet, quando
tacet, ut certe non de cohorta-
tione aut instigatione aliqua sit
cogitandum), Apolog. p. 31. D.
Theag. p. 128. D, ipsa senten-
tia per se nihil habere videtur,
quod vitii suspicionem moveat.
Illud vero aegre tulerunt docti
viri, quod ea minus definite es-
set enuntiata. Nam quod ait
Socrates, semper se illo signo
deterri, quidquid facturus sit,
facile aliquis argumentetur ei
daemone obsequenti nihil plane
facere licuisse. Atque ea ipsa
caussa fuit, cur Heindorf. to-
tum hoc additamentum, tanquam
ex Apolog. p. 31. D. huc trans-
latum, delendum iudicaret. At-
enimvero non tam inepta sen-
tentia est, quam primo aspectu
videtur. Nam ἀεὶ constat, ut
Lat. semper, etiam relative
dici, ut respondeat nostro *je-
desmal*; id quod iam monuit
Buttmannus. Ex quo conse-
quens est, ut per se facile intel-
ligatur ὅταν γένηται. Quod
autem additur, ὃ ἂν μέλλω πράτ-
τειν, dictum est hoc paullo gra-
vius pro ἐὰν τι μέλλω πράττειν,
usu haud infrequenti, quem te-
tigimus ad Euthyphron. p. 3. C.
Itaque tantum abest, ut verba
nimis indefinita sint, ut propter
ipsam rei naturam necessario sic

σαφῶς οὖν ἤδη μανθάνω τὸ ἀμάρτημα. ὡς δὴ τοι,
ὦ ἑταῖρε, μαντικόν γέ τι καὶ ἡ ψυχὴ. ἐμὲ γὰρ ἐθραξε
μὲν τι καὶ πάλαι λέγοντα τὸν λόγον, καὶ πως ἐδυ-
ωπούμην κατ' Ἴβυκον, μὴ τι παρὰ θεοῖς ἀμ- D
βλακῶν τιμᾶν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψω.
νῦν δ' ἥσθημαι τὸ ἀμάρτημα.

ὡς δὴ τοι, ὦ ἑτ.] V. ὡς δὴ τι, quod ex codd. optimis emen-
datum, quanquam hi partim corrupte ὡς δὴ, vel δέ, ποι scriptum
exhibent.

D. ἀμβλακῶν τιμᾶν] Sic Bodl. APG T Editt. ἀμπλακῶν. v.

debeant intelligi: semper au-
tem, quotiescunque mihi
obtingit, me retinet ac
deterret, si quid facturus
sum. Iam vero dubitatio nasci-
tur, sintne haec verba temere
inventa, an prudenter et consul-
to interposita. Qua de re mi-
ror nemini eorum in mentem
venisse accuratius disquirere,
qui de loci ineptiis conques-
ti sunt. Et mihi quidem non est
dubium, quin scriptor iustissi-
mam habuerit causam inseren-
dae huius admonitionis. Nam
primam vel propter verba in-
sequentia: φωνὴν ἔδοξα αὐτόθεν
ἀκοῦσαι, ἢ με οὐκ ἐξ ἀπιέναι,
ut Phaedrus in universum rem
admoneretur, necessarium videri
poterat. Deinde manifestum est
daemonium hoc, quod retinendi
tantum ac deterrendi vim habere
dicitur, ab ipso Socrate opponi
animo vaticinandi ac divinandi
facultate praedito, cui, ubi dae-
monium aliquid fieri prohibuerit,
suspiciari ac divinare liceat, quid
sit quod peccatum fuerit et quo
id modo expiari debeat. Quae
omnia qui diligenter perpender-
int, eos speramus nobis facile
esse concessuros, sine idonea
caussa hunc locum a viris do-
ctis in glossematis suspicionem
vocatum esse.

C. ὅσον μὲν ἑμαυτῷ μόνον
ἱκανός] Videlicet nec vero
aliis. Sic ἀλλὰ — μὲν positum
Sophist. p. 240. B. οὐδαμῶς ἀλη-

θινόν γε, ἀλλ' ἰσχυρὸς μὲν.
Theaet. p. 201. B. οὐδαμῶς ἔγωγε
οἶμαι, ἀλλὰ πείσαι μὲν. Ibid. p.
197. B. τρόπον δέ γ' ἄλλον οὐ-
δεμίαν ἔχειν, ἀλλὰ δύναμιν μὲν
αὐτῷ παραγεγονότα. Lachet. p.
182. D. ἀλλ' ἔστι μὲν χαλεπὸν
λέγειν. Protagor. p. 344. A. οὐ
γὰρ εἶναι, ἀλλὰ γενέσθαι μὲν
ἔστιν. Men. p. 87. A. οὐπω οἴ-
δα, εἴ ἔστι τοῦτο τοιοῦτον, ἀλλ'
ὥσπερ μὲν τίνα ὑπόθεσιν οἶμαι
προσέγγον ἔχειν. Criton. p. 43. D.
οὐ τοι δὴ ἀφίεται, ἀλλὰ δοκεῖ
μὲν μοι ἥξειν τήμερον. Videli-
cet oppositum talibus in locis
iam continetur superioribus. De
hac Socratis professione autem
conf. Maxim. Tyrius XIV. 3.
ὅσον αὐτῷ ἱκανὸν εἶναι χρησιμώ-
δειν, ubi v. Davis. Respexit
haec etiam Dio Chrys. Or.
XVIII. p. 294. ed. Emper.: μέχρι
γὰρ νῦν, ὥσπερ τις ἐρη τῶν πα-
λαιῶν αὐτῷ ἱκανός εἶναι μάντις,
καθὼ ἐσαρκεῖν οὖν ἑμαυτῷ περὶ
τοῦς λόγους. Nimirum loquutio
apud scriptores posteriores abiit
in proverbium.

ὡς δὴ τοι —] quippe
revera, nam profecto. Vide
ad Reipubl. libr. II. p. 366. C.
— Contractam formam θράττειν
Atticis, inprimisque Platoni, ve-
hementer placuisse docuit Pier-
son. ad Moer. p. 186. Ruhn-
ken. ad Tim. p. 93 sq.

ἐδυωπούμην κατ' Ἴβυ-
κον] Lobeckius ad Phryni-

ΦΑΙ. Λέγεις δὲ δὴ τί;

ΣΩ. Δεινόν, ὦ Φαῖδρε, δεινὸν λόγον αὐτὸς τε ἐξόμισας ἐμέ τε ἠράγκασας εἰπεῖν.

ΦΑΙ. Πῶς δὴ;

ΣΩ. Εὐήθη καὶ ὑπὸ τι ἀσεβῆ· οὐ τις ἂν εἴη δεινότερος;

ΦΑΙ. Οὐδεὶς, εἴ γε σὺ ἀληθῆ λέγεις.

ΣΩ. Τί οὖν; τὸν Ἔρωτα οὐκ Ἀφροδίτης καὶ θεῶν τινα ἡγεῖ;

ΦΑΙ. Λέγεται γε δὴ.

ΣΩ. Οὐ τι ὑπὸ γε Ἀυσίου, οὐδὲ ὑπὸ τοῦ σοῦ λόγου, ὅς διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος καταφραμακευθέντος ὑπὸ σοῦ ἐλέχθη. εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι, θεὸς ἢ τι θεῖον ὃ Ἔρως, οὐδὲν ἂν κακὸν εἴη· τῷ δὲ λόγῳ τῷ νῦν δὴ περὶ αὐτοῦ εἰπέτην ὡς τοιούτου ὄντος.

Schneidewin. ad Ibyci fragm. in Delect. Epigramm. Vol. II. p. 343. Cod. Bodl. τιμῶν.

Ὁδ' τι ὑπὸ γε Ἀυσίου] Mon. οὔτοι, male. οὔτις Bodl.

Ε. τὸ δὲ λόγῳ] δε Bodl. Flor. g. Vind. 4. 7. a. pro vulg. δὴ, quod tenuit Bekkerus. Praeterea Bodl. τῷ δὲ λόγῳ τῷ, casu dativo; male. Idem prave in proximis: ἡμέριαν τὴν, et cum Vat. A Ven. II Par. DGNOT Flor. g. h. μήτε ἀληθές.

chum p. 190. „*Ἀυσιπείσθαι* et ionicum *ῥωπεισθαι*, quantum ex etymo intelligi potest, proprie de oris confusione dicitur, quae ex variis perturbationibus, metu, suspicione, pudore, existit. Sed veteres illi tantum de praesensione instantis periculi vel molestiae usurparunt. Sic et Plato et Xenophon et Demosthenes.“ — Ibyci Rhegini sententiam, quae hoc loco memoratur, illustrat Ruhnck. ad Tim. p. 90. Fragmentum tractat Schneidewin. Delect. Epigr. V. II. p. 343.

D. ὑπὸ τι ἀσεβῆ] prope modum impiam, ut Gorg. p. 493. C. Aristoph. Vesp. 1281. Ecclesiaz. 1062. Athen. IV. p. 157. A. XIII. p. 579. D. XV. p. 693. B. Plura dabunt Casau-

bon. ad Sueton. Iul. c. 41. Wyttenbach. Epist. Crit. p. 30. Dobree Commentar. in Aristoph. p. 586 sq. ed. Lips. Etiam ὑπὸ τι μικρόν dixerunt, de quo vide interpret. ad Strabon. T. II. p. 209. ed. Friedem.

Ὁδ' τι ὑπὸ γε Ἀυσίου] Phileb. p. 13. D. Ὁδ' τι καθόσον γε ἡδοναί, ubi vide annot. coll. Matthiae Gr. §. 609. extr.

E. εἴ δ' ἔστιν, ὥσπερ οὖν ἔστι] Nostrates dicunt: *wie er es denn nun einmal ist*. Apolog. Socr. p. 21. D. ἐγὼ δ', ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἶμαι. De sententia conf. Sympos. p. 204. C. D. p. 212. A sqq.

P. 243. ὃν Ἔρωτος μὲν οὐκ ἠσθετο, Στησίχορος δέ] Stesichorus Himerensis ob

ταύτη τε οὖν ἡμαρτανέτην περὶ τὸν Ἔρωτα, ἔτι τε ἢ εὐήθεια αὐτοῖν πάνν ἀστεία, τὸ μηδὲν ὑγιᾶς λέγοντε μηδὲ ἀληθῆς σεμνύνεσθαι ὡς τι ὄντε, εἰ ἄρα ἀν- 243 θρωπίσκους τινὰς ἐξαπατήσαντε εὐδοκιμήσετεν ἐν αὐτοῖς. ἐμοὶ μὲν οὖν, ὦ φίλε, καθήρασθαι ἀνάγκη. ἔστι δὲ τοῖς ἀμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαυτὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὀμηρος μὲν οὐκ ἠσθετο, Στησίχορος δὲ τῶν γὰρ ὁμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν, οὐκ ἠγνόησεν, ὥσπερ Ὀμηρος, ἀλλ' ἄτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν, καὶ ποιεῖ εὐθύς· Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος, οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσέλμοις, οὐδ' ἔκεο Πέργαμα Τροίας. καὶ Β ποιήσας δὴ πᾶσαν τὴν καλουμένην παλινοδίαν παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. ἐγὼ οὖν σοφώτερος ἐκείνων γενήσομαι κατ' αὐτό γε τοῦτο. πρὶν γάρ τι παθεῖν διὰ τὴν τοῦ Ἔρωτος κακηγορίαν, πειράσομαι αὐτῷ ἀπο-

P. 243. A. ἔτυμος λόγος οὗτος] V. ἔτυμος ὁ λόγος. Articulum plurimi optimique libri aspernantur. — οὐδὲ βᾶς Bodl. vitiose. — Vind. 4. οὐδ' ἔκεο ὑψηλὰ πέργαμα τροίας. Dein εὐσέλμοις Steph. cum Ven. Σ.

B. καὶ ποιήσας δὴ π.] V. deerat κατ', quod codd. unanimi fere consensione redhibuerunt.

carmen maledicum in Helenam oculorum usu privatus esse, eundem autem palinodia cantata recuperasse dicitur. Vid. Isocrat. Helen. p. 245. ed. Bekk. Suidas in Στησίχορος inter alia: *κατὰ δὲ αὐτὸν γράψαντα ψόγον Ἑλένης τριπλοθῆναι, πάλιν δὲ γράψαντα Ἑλένης ἐγκώμιον ἐξ ἀνείγου, τὴν παλινοδίαν, ἀναβλέψαι*. coll. Buttman. Mytholog. V. I. p. 300. Klein. Fragm. Stesich. p. 91 sqq. Fabulam, quam Stesichorus secutus est, docte tractavit Pflugk. Praefat. ad Eurip. Helenam p. 7 sq. Versiculos eius a Platone allatos alii aliter descripserunt. v. Gaisford. Poet. Min. T. III. p. 341. ed. Lips. Naekius ad Choeril. p. 120. Boissonad. Poet. Gr. Syllog. T. XV. p. 79.

Schneidewin. Delect. Epigramm. Vol. II. p. 331. Quod autem Socrates Homerum ait, quamvis coecum scilicet, tamen non perspexisse visus recuperandi rationem, quam Stesichorus ἄτε μουσικὸς ὢν probe cognoverit et intellexerit, meminisse debemus Platonis de poesi epica iudicium in Republica imprimis expositum. Nimirum lyrica Stesichori poesis cognatior ipsi visa est verae musicae, i. e. philosophiae. Praeterea conf. p. 244 A. ibique ann. — ἀνέβλεψεν, visum recuperavit.

B. σοφώτερος ἐκείνων] Stesichoro, qui oculorum usu iam privatus palinodiam cecinit, et Homero, quem coecitatis causa omnino praeteriit. Schleiermacher ex cod. Σ ἐκείνων

δοῦναι τὴν παλινοφθίαν γυμνῇ τῇ κεφαλῇ καὶ οὐχ, ὡσπερ τότε, ὑπ' αἰσχύνης ἐγκεκαλυμμένος.

ΦΑΙ. Τουτωνί, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔστιν ἄτι' ἂν ἐμοὶ εἶπες ἡδίω.

C Cap. XXI. ΣΩ. Καὶ γάρ, ὦ γὰθ' Φαῖδρε, ἐν-
νοεῖς, ὡς ἀναιδῶς εἰρησθον τῷ λόγῳ, οὗτός τε καὶ ὁ
ἐκ τοῦ βιβλίου ῥηθεῖς. εἰ γὰρ ἀκούων τις τύχοι ἡμῶν
γεννάδας καὶ πρῶος τὸ ἦθος, ἐτέρου δὲ τοιούτου ἐρῶν
ἢ καὶ πρότερόν ποτε ἐραστῆς, λεγόντων, ὡς διὰ σμι-
κρὰ μεγάλας ἐχθρας οἱ ἐρασταὶ ἀναιροῦνται καὶ ἔχουσι
πρὸς τὰ παιδικὰ φθονερῶς τε καὶ βλαβερῶς, πῶς
D οὐκ ἂν οἶε αὐτὸν ἡγεῖσθαι ἀκούειν ἐν ναύταις που
τετραμμένων καὶ οὐδένα ἐλεύθερον ἔρωτα ἐωρακό-
των, πολλοῦ δ' ἂν δεῖν ἡμῖν ὁμολογεῖν ἃ ψέγομεν
τὸν Ἔρωτα;

γυμνῇ τῇ κεφαλῇ] τῇ om. Bodl.; non probro.
ἄτι' ἂν ἐμοὶ εἶπες] V. εἶπες. Indicativum Bodl. Vat. Pa-
risini, Florr. Ven. Vindd. aliique dederunt. Sententia est: nihil

legendum censet. — κατ' αὐ-
τό γε τοῦτο, in hoc ipso.

C. οὗτός τε καὶ — ῥη-
θεῖς] Damnat haec ut otiosa
Hirschigius. Nec tamen
omnia, quae omitti potuerunt,
protenus pro otiosis ducenda
sunt neque talis epexegesis omni-
no vi sua caret; v. ad Apolog.
Socrat. p. 23. E. et 25. A. ad
Phaedon. p. 114. B. al.

ἐν ναύταις που τετραμ-
μένων] Nautas inter homines
vilissimos numeratos esse docet
Heindorf. ad h. l. et ad Hor-
rat. Satir. I. 5. 4. Adde Inter-
prett. ad Athenaeum VI. p. 254.
B. = p. 474., ubi Theopompus
dixisse narratur πλήρεις εἶναι τὰς
Ἀθήνας διονυσιοκόλων καὶ ναυ-
τῶν καὶ λοιποδυντῶν κτλ. Lege
inprimis etiam ipsum Platonem
Legg. IV. p. 704 sqq. Deinde
ἐλεύθερον i. q. ἐλευθέριον, quod
parum consulte de suo inexit
Hirschig. Menex. p. 245. C.

τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ
ἐλεύθερον. Legg. VII. p. 808. A.
αἰσχρὸν καὶ οὐκ ἐλευθέριον. Gorg.
p. 485. C. D. Theat. p. 173. A.
De Rep. VI. p. 499. A. VIII. p.
567. A. Pindar. Pyth. 2, 57.
ἐλευθέρου φρενί, h. e. genero-
sa mente, al. De structura ver-
borum ἃ ψέγομεν τὸν Ἔρωτα v.
Matthiae Gr. §. 421. 2. Rost.
§. 104. 3. d. p. 497. ed. VII.
Compares Sympos. p. 222. A. ἃ
ἐγὼ Σωκράτη ἐπαινῶ. Ibid. p. 221.
B. πολλὰ μὲν οὖν ἂν τις καὶ ἄλ-
λα ἔχοι Σωκράτη ἐπαινέσαι. Ari-
stotel. Polit. VIII. 1. ἐπαιné-
σειε δ' ἂν τις καὶ τοῦτο Λακε-
δαιμονίους.

D. ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λό-
γῳ οἷον ἄλμυρῶν ἀκοῆν
ἐποκλύσασθαι] Tractavit
hunc locum Wyttenbach h.
Epist. Crit. p. 271. ed. Lips.,
qui imitatores recensuit eiusque
fontem iudicavit esse Eurip.
Hippolyt. 653. ἃ γὰρ ἦν οἷος να-

ΦΑΙ. Ἴσως νῆ Δί', ὦ Σώκρατες.

ΣΩ. Τοῦτόν γε τοίνυν ἐγωγε αἰσχυνόμενος καὶ
αὐτὸν τὸν Ἔρωτα δεδιῶς ἐπιθυμῶ ποτίμῳ λόγῳ οἷον
ἄλμυρῶν ἀκοῆν ἀποκλύσασθαι, συμβουλευῶ δὲ καὶ
Λυσία ὅ τι τάχιστα γράψαι, ὡς χρὴ ἐραστῇ μᾶλλον
ἢ μὴ ἐρῶντι ἐκ τῶν ὁμοίων χαρίζεσθαι.

ΦΑΙ. Ἄλλ' εὖ ἴσθι, ὅτι ἕξει τοῦθ' οὕτως· σοῦ
γὰρ εἰπόντος τὸν τοῦ ἐραστοῦ ἐπαινον, πᾶσα ἀνάγκη
Λυσίαν ὑπ' ἐμοῦ ἀναγκασθῆναι γράψαι αὐτὸν περὶ τοῦ
αὐτοῦ λόγου.

ΣΩ. Τοῦτο μὲν πιστεύω, ἕωςπερ ἂν ἦς ὅς εἰ.

ΦΑΙ. Λέγε τοίνυν θαρρῶν.

ΣΩ. Ποῦ δὴ μοι ὁ παῖς, πρὸς ὃν ἔλεγον; ἴνα
καὶ τοῦτο ἀκούσῃ, καὶ μὴ ἀνήκοος ὢν φθάσῃ χαρι-
σάμενος τῷ μὴ ἐρῶντι.

mihī gratius istis potuisses dicere. Astius εἰποις conī.
D. Τοῦτόν γε τοίνυν —] Fuit qui te pro γε mallet. Non opus.
E. καὶ τοῦτο ἀκούσῃ] Sic Bodl. et non pauci alii. Vulgo
τούτου.

ἁμοῖον ἐξομῶσθαι] Εἰς ὧτα κλύ-
ζων. Alia contulit Creuzerius
ad Plotin. de Pulcrit. p. 465 sq.
Usus est his verbis etiam Athe-
naeus libr. III. p. 121. E. F.
et p. 122. A. — ἐκ τῶν ὁμοίων,
recte Heindorfius interpre-
tatur: si cetera paria sint,
bei gleichen Verhältnissen.
Cui frustra obloquitur
Astius, ἐκ τῶν ὁμοίων ratus
idem esse quod ὁμοίως, ut hic
sit sensus verborum: perinde
atque contendit amoris
expertipotius quam aman-
ti gratificandum esse. Ita
vero ἐκ τῶν ὁμοίων alia sede
collocandum fuit, non ante χα-
ρίζεσθαι. Ceterum Socrates non
sine causa acriter exagitat supe-
riorum orationum argumentum.
Enimvero in utraque amoris vis
et natura ea informata est, ut
facile appareat, qui ita censeat,
eum non ultra vulgus sapere.
Itaque Socrates iam Lysiae ser-
moni aliam oppositurus est ora-

tionem, in qua nobiliorem ac
vere sublimem describit amo-
ris vim. v. Prolegg.

E. ὡσπερ ἂν ἦς ὅς εἰ] In
talibus vulgo ὅς pro οἷος dictum
putant. Perperam. Nam οἷος
semper ad qualitatem, ὅς ad
ipsam vim et naturam alicuius
vel rei vel personae refertur.
Itaque ὅς certe gravius est quam
οἷος. Veluti hoc loco Germa-
nice dicendum: so lange du
bist, der du bist, quod non-
nihil differt ab altera formula:
so lange du ein solcher
bist, wie du bist. Nimirum
Socrates hoc dicit: quam diu
Phaedrus es, hoc est is, in
cuius natura et ingenio positum
est, ut orationum audiendarum
sis cupidissimus. Exempla hu-
ius loquendi rationis attulerunt
Heindorf. ad h. l. Porson.
et Schaefer. ad Eurip. Orest.
910. Confer etiam Bremium
ad Lysiam p. 193.

ΦΑΙ. Οὗτος παρά σοι μάλα πλησιον αἰεὶ πάρεστιν, ὅταν σὺ βούλη.

244 Cap. XXII. ΣΩ. Οὕτως αἰ τοίνυν, ὦ παῖ καλέ, ἐννόησον, ὡς ὁ μὲν πρότερος ἦν λόγος Φαίδρου τοῦ Πυθαγόρου, Μυρόδουσιου ἀνδρός· ὃν δὲ μέλλω λέγειν, Στρησιόχου τοῦ Εὐφρήμου, Ἱμεραίου. λεπτέος δὲ ἴδε, ὅτι οὐκ ἔστι ἔτυμος λόγος, ὅς ἂν παρόντος ἐρα-

ἴδιαν σὺ βούλη] V. ἴδιαν καὶ σὺ β. praeter fidem codicum. P. 244. Οὐκ ἔστι ἔτυμος λόγος] Sic Bodl. ΑΠΣΦΔΝ OT alii pro vulg. ἔτυμος ὁ λόγος. Paulo ante Bodl. λεπτέος om.

παρά σοι μ. πλ. αἰεὶ πάρεστιν] Haesit in his nuper Cobetus Varr. Lectt. p. 119. Graecum esse negans παραίναί παρά τινι, ideoque scribendum contendens: παρά σοι extruso verbo πάρεστιν. Nos vero παρά σοι a prosa oratione alienum putamus esse servandamque lectionem librorum utpote integerrimam. Nam παρά neutiquam abundanter cum πάρεστιν iunctum, sed hoc potius significat: Hic in vicinia tua admodum prope semper praesens adest, ut facile appareat verbi παραίναί notionem accuratius definiri graviusque notari praesentiam. Sophocl. Philoct. 1057. ἐπεὶ πάρεστι μὲν Τεῦχος παρ' ἡμῶν, ubi temere offenderunt intpp., siquidem hoc dicitur: nam adest Teucer in vicinia nostra. Oed. Col. v. 1269. πρὸς σοι παρασταθήτω. Electr. v. 610. σὺν δίκῃ ἔνεστιν. Ibid. v. 1242. καὶ γυναιξὶν ὡς Ἀρης ἔνεστιν. Oed. Col. v. 115. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν ἔνεστιν ἡλόβημα τῶν ποιημάτων. Dixit de hoc loquendi genere Bastius Epistol. Crit. ad Boissonad. p. 124 sqq.

P. 244. λόγος Φαίδρου — Ἱμεραίου] Verissima est disputatio Astii, ludere Socratem in nominibus atque inde repetere ipsarum orationum ingenium ac discrimen putantis. „Oratio pri-

or, inquit, dicitur Phaedri esse, cuius nomine significatur is, qui vana oblectatur specie; isque filius vocatur Pythoclis, quo homo famae et gloriae cupidus designatur; praeterea Myrrhinus ius vocatur, quasi in toris myrtis cubans, quod moris est delicatorem et otiosorum, v. Polit. II. 372. B, vel sertis myrtis redimitus.“ (In quo observandum cod. Bodl. scribere μυρτινοβολον.) „Alterius contra orationis, quam Socrates dicturus est, ingenium vere musicum ac religiosum egregie hoc indicatur, quod Stesichori fingitur esse. Stesichorus videlicet a choris instituendis nomen invenit; porro filius fuit Euphemi, quo vir pius significatur, et Himera oriundus, quo vir amore (ἐμῶν) quasi initiatus designatur. Egregie igitur Plato veterum consuetudinem morum, ingenii, vel fatorem alicuius hominis ab eius nomine repetendorum, de qua v. Valcken. ad Phoeniss. p. 242. Iacobus. ad Anthol. Gr. Vol. III. P. II. p. 231. Lobbeck. ad Soph. Aiac. p. 288. et Aglaopham. Libr. II. p. 870., in rem suam accommodavit.“ De studio veterum nomina ad rationem etymologicam revocandi legas etiam Meinekium ad Euphor. p. 128. et Creuzerum De arthe hist. Gr. p. 52.

εἰ — γὰρ ἦν ἀπλοῦν] H. c.

στοῦ τῷ μὴ ἐξῶντι μάλλον φηῖ δεῖν χαρίζεσθαι, διότι δὴ ὁ μὲν μαίνεται, ὁ δὲ σωφρονεῖ. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἀπλοῦν τὸ μαῖναν κακὸν εἶναι, καλῶς ἂν ἐλέγετο· νῦν δὲ τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν γίγνεται διὰ μαῖνας, θεία μὲντοι δόσει δεδομένης. Ἡ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς προφήτις αἰ τ' ἐν Δωδώνῃ ἱερεῖαι μανεῖσαι μὲν πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἴδια τε καὶ δημοσίᾳ τὴν Ἑλλάδα

cum AGY et pr. Π.

B. Ἡ τε γὰρ δὴ ἐν Δελφοῖς] δὴ om. Bodl. Flor. g, sed ras. post γὰρ.

simpliciter ac sine exceptione verum; v. ad Sympos. p. 183. D. Reip. VIII. p. 545. D. ibique annot.

νῦν δὲ τὰ μέγιστα] Furorē non simpliciter in malis ducendum esse vel ex eo apparere arbitratur, quod hominibus per eum maxima quaeque bona obtingere soleant, siquidem ille divino munere, θεία μοῖρα, mortalibus tribuatur. Quod quorum pertinet, disputavimus suo loco in Prolegomenis. Distinguntur autem divini furoris genera quattuor, sicuti apparet etiam ex p. 265. B. C, ubi ad hunc locum respicitur, μαρτυρική, quae Apollini debetur, τελεστική, quae Musis accepta refertur, denique ἐρωτική, Veneris et Amoris munus ac beneficium, quod furoris genus, quia ad divinae veritatis refertur scientiam et cognitionem, iudicatur omnium esse praestantissimum et mortalibus datum. Et primum quidem μαρτυρικήν vitae mortalium maxime salutarem exitisse, perspicuum esse censet exemplo Pythiae, sacerdotum Dodonaeorum, Sibyllarum, aliorum vaticinorum hominum; patere item ait ex ipso nomine μαρτυρικής, quam cum irrisione sophistarum, vocabulo-

rum originatione, sicuti ex Cratylō constat, male abutentium, olim veteres vere μαρτυρικήν appellaverint, utpote rati eam ut pulcrum quiddam hominibus obtingisse, quum recentiores inserta littera τῶν prave μαρτυρικήν vocaverint. Qua opportunitate, quo maior etiam fiat irrisionis acerbitas, etiam aliud affertur exemplum perversae et ridiculae vocabulorum derivationis, quo tamen philosophus item facete et urbane in rem suam utitur, quandoquidem recentiores dicit etiam ὁλωριστικήν perperam isto nomine insignivisse, quum antiqui nominum conditores eam vocaverint potius ὀλοιστικήν, quippe quae sobriae mentis cogitatione futurarum rerum notitiam quaereret. Quocirca eam ab ὀλωρῶν, τοῦς et ἰστορία appellatam esse statuit, qua originatione nihil potest esse insulsius, ut ne Iudici quidem etymologi nostri, lepida sane interdum capita, quidquam magis ridiculum in medium attulisse videantur. His vero tamquam obiter expositis sic fere pergit: „Sed arte augurali,“ inquit, „quanto illa et re et nomine est praestabilior, tanto furor divinus excellentior est omni humana praestantia.“ Quibus ita expositis deinde inde a verbis: Ἀλλὰ μὴν νόσων γε κτλ. transitur ad describenda alia divini furoris genera.

εὐργάσαντο, σωφρονοῦσαι δὲ βραχεία ἢ οὐδέν. καὶ ἐὰν δὴ λέγωμεν Σίβυλλάν τε καὶ ἄλλους, ὅσοι μαντικῇ χρώμενοι ἐνθῆφ' πολλὰ δὴ πολλοῖς προλέγοντες εἰς τὸ μέλλον ὤρθωσαν, μηκύνοιμεν ἂν δὴλα παντὶ λέγοντες. τὸδε μὴν ἄξιον ἐπιμαρτύρασθαι, ὅτι καὶ τῶν παλαιῶν οἱ τὰ ὀνόματα τιθέμενοι οὐκ αἰσχροὺν ἤγουντο, οὐδὲ ὄνειδος μανίαν· οὐ γὰρ ἂν τῇ καλλίστῃ τέχνῃ, ἢ τὸ μέλλον κρινεται, αὐτὸ τοῦτο τοῦνομα ἐμπλέκοντες μανικὴν ἐκάλεσαν· ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος, ὅταν θεία μοῖρα γίγνηται, οὕτω νομίζαντες ἔθεντο. οἱ δὲ

προλέγοντες εἰς τὸ μέλλον ὤρθωσαν] Stephanus cum Aldo: προύλεγον — ὀρθῶς. Sed προλέγοντες est in Bas. 2. et in mss. omnibus. Istud ὀρθῶς autem ex ὤρθωσα natum, quod servavit Venet. Σ et corr. Φ cum Aristide Oratt. Platt. I. T. II. p. 13. ed. lebb. ὀρθωσαν est in H et corr. F et marg. T, ut corruptelae origo sit manifesta. Pro χρώμενοι ἐνθῆφ' Bodl. ΑΠΓΝ OT Vind. 4. 7. a. Flor. g. h. Mon. ἐν θεοῖς, unde Winckelmannus extundebat ἐνθῆφ'ς. Vera tamen lectio vulgata videtur. v. ann. Articulum τὸ ante μέλλον unci seclisit Hirschig.

C. τὸ ταῦ ἐπεμβάλλοντες] Sic codd. mss. ad unum omnes. Vulgo ἐπεμβαλόντες.

ὀρνίθων ποιουμένων] Sic codd. Platonis ad unum omnes.

B. μαντικῇ χρώμενοι ἐνθῆφ' Mox C. ὅταν θεία μοῖρα γίγνηται. D. μανίαν τὴν ἐκ θεοῦ. P. 245. B. μανίας γιγνομένης ἀπὸ θεῶν. De ipsa re vide Cicero. De Divin. I. 18. 19. 31. 37. ibique Davisium.

C. ἀλλ' ὡς καλοῦ ὄντος] Participium ad praedicatum accommodatum, cuius usus exempla plurima congressimus ad Reip. I. p. 333. D. Protag. p. 354. C. supra ad p. 239. B. De participio atque ὡς conf. Phileb. p. 16. D. ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν ὄντων τῶν αἰεὶ λεγομένων εἶναι. Cratyl. p. 439. C. διανοηθέντες — ὡς ὄντων τε ἀπάντων αἰεὶ καὶ θεόντων. Lucian. Dial. Mort. II. 2. οὕτω γιγνώσκετε, ὡς οὐδὲ πανομένου μου. vid. Lobeck. ad Soph. Aiac. v. 281. De re Ci-

cero De Divin. I. 1. in.: Itaque ut alia nos melius multa, quam Graeci, sic huic praestantissimae rei (praesensio et scientiae rerum futurarum) nomen nostri a divis (divinationem dicit), Graeci, ut Plato interpretatur, a furore duxerunt. Ceterum verissime statuit Astius hanc vocabulorum originationem non carere Sophistarum irrisione, quorum perversitas imitatione perstringatur.

ἐπεὶ καὶ τὴν γε τῶν ἐμφρ.] Comparaturus disciplinam augurandi humanam cum divino illo vatum furore ita pergit explicare sermonem, ut οἰωνοτικὴν tanquam aliquid pravae vocabulorum mutationis exemplum in medium afferat. Quod diligenter tenendum est, ne totum

νῦν ἀπειροκάλως τὸ ταῦ ἐπεμβάλλοντες μαντικὴν ἐκάλεσαν. ἐπεὶ καὶ τὴν γε τῶν ἐμφρόνων ζήτησιν τοῦ μέλλοντος, διὰ τε ὀρνίθων ποιουμένων καὶ τῶν ἄλλων σημείων, ἄτ' ἐκ διανοίας ποριζομένων ἀνθρωπίνῃ οἰήσει νοῦν τε καὶ ἱστορίαν, οἰωνοῖστικὴν ἐπωνόμασαν, ἣν νῦν οἰωνοῖστικὴν τῷ ᾧ σεμνύνοντες οἱ νέοι καλοῦσιν. ὅσα δὲ ὄν τελεώτερον καὶ ἐντιμότερον μαντικῇ οἰωνοῖστικῆς, τὸ τε ὄνομα τοῦ ὀνόματος ἔργον τ' ἔργου, τόσα κἀλλιον μαρτυροῦσιν οἱ παλαιοὶ μανίαν σωφροσύνης, τὴν ἐκ θεοῦ τῆς παρ' ἀνθρώπων γιγνο-

Sed Stephan. Heind. Astius ex Aristide I. c. dederunt ποιουμένην. Quae lectio eo magis videtur dubia, quod etiam Aristidis codd. plurimi ποιουμένων, non improbante Reiskio, probante Dindorfio. Et ibidem p. 39. 10. Aristides vulgo πονουμένην.

ἀνθρωπίνῃ οἰήσει] Ita codd. optimi quique pro vulg. νοήσει. Quamquam Bodl. a pr. m. habet: ἀνθρωπίνην οἰήσει. Deinde vulg. οἰωνοῖστικὴν. Sed οἰωνοῖστικὴν Flor. a. c. Vind. 1. 3. 6. Ven. Σ alii, quod auctore Buttmano suscepimus. Bodl. et alii οἰωνοῖστικὴν, ac dein ΦD NO al. ὠωνοῖστικὴν, quod legit etiam Schol. Hermogen. cod. Paris. 1983. f. 186, cuius verba apposuit Bekker.

D. τῷ ᾧ σεμνύνοντες] Sic Bodl. Vin. 1. 4. et octo fere alii pro vulg. τὸ ᾧ σεμν.

hunc locum sinistre intertextum esse opineris. De ipsa originatione audias Hermiam p. 110. τὰ τρία ταῦτα οἱ παλαιοὶ ὀνόματα οἰήσιν, νοῦν καὶ ἱστορίαν ἐντείναντες εἰς ἐν ὄνομα οἰωνοῖστικὴν αὐτὴν προσήγορεῖσαν, πᾶσαν στοχαστικὴν [καὶ] ἀνθρωπίνῃ οἰωνοῖστικῇ προσαναγορεύσαντες, ἀπὸ μὲν (male leg. μέντοι) τοῦ οἰο τὴν οἴησιν δηλοῦντες, ἀπὸ δὲ τοῦ ἰστικὴν τὴν νοῦν, ἀπὸ δὲ τοῦ ἰστικὴν τὴν στομίαν σηματοῦντες. Tenuimus vero veterem lectionem ποιουμένων, ad quod liquet repetendum esse ex antecessis τὴν ζήτησιν, ita ut idem sit quod ζητούντων. Redit autem res eodem, sive ipsa ζήτησις dicitur δι' ὀρνίθων ποιεῖσθαι, sive ea perhibetur esse τῶν ἐμφρόνων αὐτὴν δι' ὀρνίθων ποιουμένων. Quocirca

nulla omnino caussa est, cur codicum auctoritatem deserendam existimemus.

D. ἣν νῦν οἰωνοῖστικ.] Nam Graecia olim ᾧ ignoravit, de quo Heindorf. laudat Muretum Var. Lectt. XVIII. 1. — τῷ ᾧ σεμν., istud ᾧ cum ostentatione tanquam iactantes. Hermias: τὸ ὁ μεταβάλλοντες εἰς τὸ ᾧ ὡς εἰς ἀγκοιδέστερον — καὶ μεγαλοφρονότερον. Theaet. p. 168. D. ἀποσεμνύνων τὸ πάντων μέτρον. Phileb. p. 28. B. σεμνύνεις γὰρ τὸν σαντοῦ θεόν. Gorg. p. 511. D. 512. C. Parmen. p. 128. C. Reip. II. 13. conf. Valcken. ad Hippol. p. 176. Spanhem. ad Iulian. Caesar. p. 54. ed. Heus.

τό τε ὄνομα —] Nam οἰωνοῖστικῆς nomen graviorem subiit corruptelam.

μηνς. Ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἐν τισὶ τῶν γε-
 E νῶν, ἢ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα οἷς ἴδει ἀπαλλαγὴν εὔρετο, καταφυγούσα πρὸς θεῶν εὐχὰς τε

Π ἃ δὴ παλαιῶν — τῶν γενῶν] Stephan. de sola Cornarii, ut videtur, coniectura dedit: μεγίστων δὲ ἀμαρτήματα ἐκ μηνιμάτων που θεῶν ἐν τισὶ γενομένων, ἢ μανία κτλ., quod adversatur codicum testimoniis.

E. ὁ θεὸς δὴ καθ.] δὴ om. Bodl.

Ἀλλὰ μὴν νόσων γε—] Facile est ad intelligendum verba primariam partem enuntiatii efficiantiam inter se ita cohaerere: ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων (aerumnarum, ut Eurip. Orest. v. 281.) τῶν μεγίστων ἀπαλλαγὴν εὔρετο ἢ μανία ἐγγενομένη οἷς ἴδει (εἰεῖναι) καὶ προφητεύσασα οἷς ἴδει (προφητεύσαι), καταφυγούσα κτλ., ut profecto non videam, cur Astius in his adeo haeserit. Sensus hic est: iam vero de morbis atque calamitatibus maximis furor, quum et inesset, in quibus inesse oporteret, et vaticinaretur quibus deberet, facile illorum invenit remedium. Plus molestiae afferunt verba intermedia: ἃ δὴ παλαιῶν — τῶν γενῶν, de quorum et iunctura et sententia accuratius dicendum. Et Heindorf. quidem pro ἃ δὴ scribendum putat: αἷτε. Quem ita refellere studet Astius, ut ἃ δὴ statuatur idem quod αἷτε valere. Quod licet affirmaverit etiam Lobeckius ad Aiac. p. 386.; tamen rem secus habere plane nobis persuasimus. Ut paucis praecidam, ἃ neutro genere post masculinum illatum est, quum expectares οἷ. Quam loquendi rationem nihil habere insolentiae docebit Matth. Gr. §. 439. Quocirca ἢν vel ἐγένετο intelligendum relinquitur, quod et ipsum eiusmodi est, nulla ut indigeat excusatione. Quamquam

in eo nuper offendit Hermannus, qui arbitrio suo scripsit: τῶν γενῶν ἢ, articulo ἢ ante μανία deleto. Sed quum ita de grammatica constet verborum ratione, tum etiam de eorundem sententia diligentius quaerendum est. Itaque παλαιὰ μηνιματα sunt irae deorum antiquitatis susceptae propter scelera a maioribus commissa, quae quidem in posteris puniri vulgaris erat opinio, de qua dixit Valcken. ad Eurip. Hippolyt. p. 253. Quod vero adicitur ποθὲν, id infinitum facit scelera illorum indicium, ut hoc dicatur: propter iram inveteratam alicunde oriundam. Apte contulit Buttmannus Eurip. Phoeniss. v. 948. Κάδμω παλαιῶν Ἄρεος ἐκ μηνιμάτων. Recte igitur Scholiastes Aristidis T. II. p. 13. ed. Iebb. παλαιῶν μηνιμάτων λέγει τῶν προγονικῶν. Superest, ut dicatur de verbis ἐν τισὶ τῶν γενῶν. Ea vero nuper egregie interpretatus est Lobeck. Aglaophami Tom. I. p. 636. Quippe γένη non sunt familiae sacerdotales, ut Astius olim opinabatur, quales fuere Eumolpidae aut Arestoridae. Hi enim nunquam vaticinandi et medicandi munere functi sunt; sed intelliguntur aegroti ipsi, piacularium hominum posteris, qui noxa maiorum capitali afflicti erant. Quum vero huius culpaе conscientia non omnes eiusdem stirpis ho-

καὶ λατρείας, ὅθεν δὴ καθαρῶν τε καὶ τελετῶν τυ-
 χούσα ἐξάντη ἐποίησε τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα πρὸς τε τὸν
 παρόντα καὶ τὸν ἔπειτα χρόνον, λύσειν τῷ ὀρθῶς μα-
 νέντι τε καὶ κατασχομένῳ τῶν παρόντων κακῶν εὐρο-
 μένη. Τρίτη δὲ ἀπὸ Μουσῶν κατοκωχὴ τε καὶ μα- 245

τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα] V. τὸν αὐτῆς ἔχοντα, praeter fidem librorum fere omnium.

P. 245. κατοκωχὴ τε κ. μ.] Sic Flor. b c. g. i. Vind. 1. alii. Bodl. κατοκωχὴ, et supra vers. κατακωχὴ. Vulgo κατοχὴ.

mines pariter exagitet, recte sane vis mali dicitur conspicua esse ἐν τισὶ τῶν γενῶν. Comparat Lobeckius Pausan. IX. 5. τῶν Εὐρινῶν τοῦ Αἰάου καὶ Οὐδύποδος Τισσαμενῶ μὲν οὐκ ἐγένετο μῆνιμα, Ἀδτεσίῳ δὲ τῷ Τισσαμενῶ. Ceterum vir doctissimus totum hunc locum sic descripsit: ἀλλὰ μὴν νόσων καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν ἐν τισὶ τῶν γενῶν ἢ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα, οἷς ἴδει ἀπαλλαγὴν εὔρετο καταφυγούσα κτλ., in quo perspicuum est eum οἷς ἴδει cum consequentibus iunxisse, ut intellexerit ἀπαλλαγὴν εὔροκοεθαι: minus liquet, quid de reliqua enuntiatii parte staturit.

E. ὁ θεὸς δὴ καθαρ.] H. e. ἐξ ὧν δὴ εὐχῶν τε καὶ λ. De re ipsa conf. Cratyl. p. 405. A. Reip. II. p. 364. B. sqq. et Lobeck. Aglaoph. p. 726 sqq. Pro ἐξάντη ἐποίησεν Cratyl. loco dixit καθαρῶν παρεῖχεν. Videlicet ἐξάντης est ἔσω ἀτης s. βλάβης ὧν, ut recte Timaeus Gloss. p. 108, ubi v. Ruhnken. Deinde τὸν ἑαυτῆς ἔχοντα, ipsius ali- quid possidentem, ipsius participem, quam rationem illustravit Matth. Gr. §. 323, qui inter alia contulit locum Sophoclis plane consimilem Oedip. Tyr. 709. μᾶθ' οὐκ ἐπίσοι βρό- τιον οὐδὲν μαντικῆς ἔχον τέχνης. Aliam tamen inuit rationem qui nuper τὸν ἔχοντα accepit ine-

pte pro substantivo, cui adiunctus genitivus esset.

τῷ ὀρθῶς μανέντι τε καὶ κατασχομένῳ] Κατέχεσθαι proprie dicitur de iis, qui divino numine afflati et furore concitati sunt. x. Ion. p. 533. E. Menon. p. 99. D. Symp. p. 215. C. Xenoph. Sympos. I. 10. ibique interpp. Aoristus autem medii pro passivo accipiendus est, quem usum, epici sermonis proprium, in verbo ἔχειν eiusque compositis Attici quoque servarunt scriptores, fugientes, ut videtur, formam, non quidem obsoletam, sed pronuntiantis ori minus commodam, ἐσχέθη. Conf. Matth. Gr. §. 496. 7. p. 935. Rost. Gr. §. 114. annot. 3. p. 562. ed. IV.

P. 245. κατοκωχὴ τε καὶ μανία] De originatione et scriptura nominis κατοκωχὴ copiose disputarunt Valcken. ad Ammon. p. 23 sq. Pierson. ad Moer. p. 221. ducta nimirum vox est ab ὄκωχα, unde ὄκωχὴ, de quo vide Buttmann. Gr. Amplior. §. 85. ann. 5. De participiorum cumulatione exposuimus iam ad p. 228. B. De sententia vero, qua poesis et divini mentis instinctu et furore oriri iudicatur, conf. infra p. 265. Bolton. p. 533. E. 534. A. Apolog. Socr. p. 22. B. Eandem Democrito placuisse constat. v. Cicero. De Orat. II. c. 46. §. 194. De divinat. I. 37. Horat. Epist. ad Pison. v. 295. Clement. Al.

νία λαβοῦσα ἀπαλήν καὶ ἄβατον ψυχὴν, ἐγείρουσα καὶ ἐμβακχεύουσα κατὰ τὴν ἠδῆν καὶ κατὰ τὴν ἄλλην ποιησιν μυρία τῶν παλαιῶν ἔργα κοσμοῦσα τοὺς ἐπιγυρομένους παιδεύει. ὃς δ' ἂν ἄνευ μανίας Μουσῶν ἐπὶ ποιητικᾷ θύρας ἀφίκηται, πεισθεὶς ὡς ἄρα ἐκ τέχνης ἱκανὸς ποιητὴς ἐσομένος, ἀτελής αὐτὸς τε καὶ ἡ ποίησις, ὑπὸ τῆς τῶν μαινομένων ἢ τοῦ σώφρονου ἡφαιόθη.

B Cap. XXIII. Τοσαῦτα μὲν τοι καὶ ἔτι πλείω ἔχω μανίας γιγνομένης ἀπὸ θεῶν λέγειν καλὰ ἔργα.

[ἱκανὸς ποιητὴς ἐσομένος] Male vulgo ἱκανῶς, quod e plurimis optimisque codd. correctum.

Strom. VI. p. 827. ποιητὴς δὲ ἔσσα μὲν ἂν γράφῃ μετ' ἐνθουσιασμοῦ καὶ ἑρῶν πνεύματος, καλὰ κάρτα ἐστί. Quod autem Plato hic arbitratur neminem unquam praeclarum poetam esse exstiturum, nisi qui divino instinctu concitatus et tanquam θεῖα μοῖρα factus poeta fuerit; id minime adversatur celeberrimae ipsius sententiae, qua poetis scientiae laudem eripuit et unis maxime philosophis vindicavit. Nam etiam τῇ θεῖα μοῖρα suum honorem constare voluit. Quapropter errarunt qui haec putarunt inde habere excusationem, quod Phaedrus a iuvene philosopho sit conscriptus. At vide p. 248. ibique ann.

ἄβατον ψυχῆν] ἄβατον quum proprie dicatur de locis sacris, ad quae profanis nefas est accedere, eleganter h. l. ad animum purum, intactum, integrum transfertur.

κατὰ τὴν ἠδῆν —] Menex. p. 239. E. εἰς ἠδῆν τε καὶ τὴν ἄλλην ποιήσων. In quibus ἠδῆν sunt carmina lyrica. Alterum κατὰ ante τὴν ἄλλην Hirschig delendum censet. Non opus.

ἐπὶ ποιητικᾷ θύρας ἀφίκηται] Senec. de Tranq. An. 15. poeticas fores pepulit. Ceterum conferas ann. ad p. 233. E.

πεισθεὶς ὡς ἄρα — ἐσομένος] vana hac ductus opinione, se arte ac disciplina bonum poetam evasurum esse. De αὐτῶς τε καὶ ἡ ποίησις v. ad Symp. 221. 8.

ἀτελής — ἡφαιόθη] Dicitur est per prolepsin pro ἡφαιόθη, ὅστε ἀτελής εἶναι. v. ad Remp. p. 560. D.

B. θορυβεῖτω δεδιττόμενος] δεδιττοῦμαι et δεδιττοῦμαι ab Atticis scriptoribus fere terrendi ponitur significatione, ut Graevius ad Luciani Solocist. T. III. p. 565. Pierson. ad Moer. p. 119. Lobeck. ad Phrynich. p. 320. observarunt. Apud Homerum autem etiam timendi notionem exprimit, de qua re monuit iam Eustath. ad Iliad. XIII. 943., eiusque exemplum Polyaeus aliique posteriore tempore sunt secuti. Hoc loco priorem significationem locum habere nemini obscurum

ὥστε τοῦτο γε αὐτὸ μὴ φοβώμεθα, μηδὲ τις ἡμῶς λόγος θορυβεῖτω δεδιττούμενος, ὡς πρὸ τοῦ κεννημένου τὸν σώφρονα δεῖ προαιρεῖσθαι φίλον· ἀλλὰ τότε πρὸς ἐκείνῳ δεῖξας φροῦδω τὰ νικητήρια, ὡς οὐκ ἐπ' ὠφελείᾳ ὁ ἔρως τῷ ἐρῶντι καὶ τῷ ἐρωμένῳ ἐκ θεῶν ἐπιπέμπεται. ἡμῖν δὲ ἀποδεικτέον αὐ τοῦναντίον, ὡς ἐπ' εὐτυχίᾳ τῇ μεγίστῃ παρὰ θεῶν ἢ τοιαύτη μανία δίδοται. ἢ δὲ δὴ ἀπόδειξις ἔσται δεινοῖς μὲν ἄπιστος, σοφοῖς δὲ πιστή. δεῖ οὖν πρῶτον ψυχῆς φύσεως πέρι θείας τε καὶ ἀνθρωπίνης ἰδόντα πάθη τε καὶ ἔργα τάληθές νοῆσαι. ἀρχὴ δὲ ἀποδείξεως ἦδε.

B. τοσαῦτα μὲν τοι] τοι Bodl. ΑΠΔΓΝΟΤ. Vulgo erat μὲν σοι.

esse potest. Desideravit vero Heindorfius pro δεδιττούμενος verbum aliquod ostendendi et probandi, quod responderet seqq. ἀλλὰ τότε — δεῖξας. Ac facile aliquis suspicetur ἐπιδεικνύμενος aut simile quid requiri. Qua tamen opinione nihil est inanius. Positum enim verbum terrendi est significatione praegnant, ut δεδιττούμενος sit: dum nos terret iactans et contendens, indem er uns durch die Behauptung zu schrecken sucht, dass etc., qui usus loquendi in verbis timendi ac terrendi non adeo rarus est. Rei exempla bene multa attulerunt Schaeferus Appar. Demosthen. I. p. 663. et 779. ad Eurip. Med. Porson. p. 39. et 92. edit. Lips. 3. intpp. ad Xenoph. Cyrop. VI. 2, 12. VI. 2, 30. Matthiae Gr. §. 520. 1. Unum hic memorasse sufficit Demosthen. De symmoriis p. 185. 5. ed. Reisk. ἐ πάντες οἱ ἐναντιὸν λέγοντες φοβοῖεν, ὡς ἦξει βουλευτής, ὡς πάροισι, κτλ. si omnes, qui hic verba faciunt, terrorem nobis incutientes dicentarent et contenderent

etc. Ceterum Astius censuit Platoni obversatum esse locum Homeri Iliad. XX. 201. Πηλεΐδην, μὴ δὴ μ' ἐπέσοι γε νηπιότιον ὡς ἔλατο δειδέξασθαι. — Dein ὁ κεννημένος est ὁ ἐνθεος s. ὁ μανεύς καὶ κατασχόμενος. Horatius Sermon. II. 3, 209 et 278. commotos s. commota e mentis vocat. Inde παρακινεῖσθαι de insanis dicitur, de quo v. Suidas T. III. p. 52. qui interpretatur τὴν γνώμην διαφθεῖσθαι.

C. δεινοῖς μὲν ἄπιστος] H. e. omnia argutius rimantibus utpote graviter exercitatis in arte sophistica et rhetorica, sublimiore autem veri sensu destitutis. Unde opponuntur σοφοί. Dicitur enim ironice de sophistis, ut nostrum, starke Geister. Ita supra p. 229. D. Μαν δεινός vocatur qui in fabulis argute explicandis nimius est; ubi v. ann. Sophistas atque rhetores a Platone eximie δεινοῦς appellari, ut Theaet. p. 164. C. multis locis Heindorfius demonstravit ad h. l.

Cap. XXIV. Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος· τὸ γὰρ ἀκίνητον ἀθάνατον· τὸ δ' ἄλλο κινεῖται καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, πᾶσαν ἔχον κινήσεως, πᾶσαν ἔχει ζωῆς· μόνον δὴ τὸ αὐτὸ κινεῖται, ἅτε οὐκ ἀπολείπον ἑαυτὸ, οὐ ποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως· ἀρχὴ δὲ ἀκίνητον· ἐξ ἀρχῆς γὰρ ἀνάγκη πᾶν τὸ γινόμενον γίνεσθαι, αὐτὴν δὲ μηδ' ἐξ ἐνός· εἰ γὰρ ἐκ τοῦ ἀρχῆ γίνοντο, οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίνοντο. ἐπειδὴ δὲ ἀκίνητόν

C. ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος.] Ita codd. fere ad unum omnes. V. Πᾶσα ψυχὴ.

D. οὐκ ἂν ἐξ ἀρχῆς γίνοντο] Vind. 4. οὐκ ἂν ἀρχὴν. ut Muretus coniecit.

τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινεῖται] αὐτὸ nuper ex codd. accessit.

E. πᾶσαν τε γένεσιν] Vett. editt. γῆν, quod exstat in marg. Flor. a. c.

καὶ μὴ ποτε αὐθις ἔχειν] Vulgo post ἔχειν repetitum est

Ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος] Latinum fecit hunc locum Tullius Tusculan. I. 23. et De Republ. VI. 25. 26., cuius interpretationem cum graecis contendit Ant. Muretus Varr. Lectt. VIII. 3. Istud πᾶσα ψυχὴ olim multum disputatum est, num de singulis animis esset accipiendum, an de anima universa. Prior sententia placuit Harporationi, de quo v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 159. Posterior defensorem nacta est Posidonium Rhodium; v. Backius De Posidon. Rhodio p. 241. Singulas animas pariter atque universam animam philosophus in eadem causa intellexit Legg. X. p. 896. D sqq.

πᾶσαν ἔχει ζωῆς] Afferens haec Scholiastes Aristophanis ad Nubb. v. 95. exhibet πᾶσαν, ἔχει καὶ ζωῆς, quod per se non displicet, sed a codicibus nihil habet commendationis.

τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως] V. ad p. 249. C. Cicero l. c. quin etiam cete-

ris, quae moventur, hic fons, hoc principium.

D. μηδ' ἐξ ἐνός] plane nulla ex re alia. Nam μηδὲ εἰς paululum differt a μηδέ, v. ad Rempubl. p. 506. A. Phaed. p. 72. D. Sympos. p. 177. A. 214. D.

εἰ γὰρ ἐκ τοῦ ἀρχῆ — οὐκ — γίνοντο] Muretus l. c. coniecit οὐκ ἂν ἀρχὴ γένοιτο, vel potius γίνοντο. Cicero: nec enim esset id principium, quod gigneretur aliunde. Buttmanno placebat: οὐκ ἂν ἔτι ἀρχὴ γένοιτο, quod legisse videntur Iamblich. Introd. in Nicom. Arithm. p. 111. Theodoret. Therap. II. p. 504. A. Sed facile isto ἔτι caremus nec opus est ut οὐκ ἀρχὴ scribatur. Docetur enim his verbis, solum principium esse ideoque extra ipsum principium nullum posse cogitari, unde ipsum gignatur. Recte iam Ficinus: Principium autem sine ortu est; ex principio enim necesse est quidquid generatur oriri ipsum autem ex nullo

ἔστι, καὶ ἀδιάφθορον αὐτὸ ἀνάγκη εἶναι. ἀρχῆς γὰρ δὴ ἀπολομένης οὔτε αὐτὴ ποτε ἐκ τοῦ οὔτε ἄλλο ἐξ ἐκείνης γενήσεται, εἴπερ ἐξ ἀρχῆς δεῖ τὰ πάντα γίνεσθαι. οὕτω δὴ κινήσεως μὲν ἀρχὴ τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινεῖται· τοῦτο δὲ οὐτ' ἀπόλλυσθαι οὔτε γίνεσθαι δυνατόν, ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσαν τε γένεσιν συμπεσοῦσαν στήναι καὶ μὴ ποτε αὐθις ἔχειν ὄθεν κινεθῆντα γενήσεται. ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦ-

verbum στήναι, quod Muret., Cornar., Stephan., Heindorf., Ast., Bekker. (hic quidem lectore non monito) repudiaverunt. Deest in Vind. a. ita ut spatium vacuum relictum sit. Neque est in codd. Stob. Ecclogg. Phys. I. Bouhierii correctio Animadv. ad Cic. Tusc. p. 30. proposita: ἔχειν σθένος, ne digna est quidem, quam commemoremus.

ἀθανάτου δὲ] δὲ om. Bodl. et qui fere cum ipso faciunt. καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν] V. τοῦτο αὐτὸ quod ex optimis plurimisque codd. emendatum. v. Schneider. ad Remp. III. 386. E.

nam si principium oriretur ex aliquo, ex principio utique non oriretur, h. e. illud ipsum, unde oriretur, non esset principium, propterea, quod principium ipsum principium est nec vero aliud quiddam praeter ipsum. Ceterum ad rem bene confert Astius locum Timaei ap. Clement. Alex. Strom. V. p. 604. B. Syll. et Euseb. Praepar. Evang. XIII. 13. p. 681. D.

E. ἢ πάντα τε οὐρανὸν πᾶσαν τε γένεσιν — στήναι] Verissimam hanc lectionem codd. manuscripti magna consensione firmanunt, quum olim πᾶσαν τε γῆν circumferretur. Enimvero οὐρανὸν non viderunt esse rerum universitatem; γένεσιν autem generationem, qua, quaecunque illa continentur, oriuntur atque nascuntur, quaeque opposita est τῷ στήναι. Recte Cicero: Vel concidat omne coelum omnisque natura. Nec male Ficinus: Alioquin omne coelum omnisque ge-

neratio etc. Etiam Plannidem γένεσιν legisse compertum habemus. Ad στήναι e praecedenti δυνατόν per zeugma intelligendum esse ἀναγκαῖον, verissima est Heindorfi observatio, quam si quis exemplis firmatam cupiat, inspiciat is quae disputavimus ad Reip. VI. p. 490. A. et quae monuit Hermannus ad Lucian. De Conscrib. Histor. p. 42 sq. Conf. p. 271. B.

ψυχῆς οὐσίαν τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων] Recte libri optimi et plurimi τοῦτον αὐτόν pro τοῦτο αὐτό: quod qui amplexati sunt, immemores fuerunt illius attractionis, de qua Matth. Gr. p. 822 sq. §. 440. 7. exposuit. Iam si quaeris verborum sententiam, non potest dubitari, quin philosophus hoc dicat: Quum apparuerit id quod se ipsum moveat esse immortale atque aeternum, nemo iam verecundabitur affirmare eam ipsam esse animi naturam atque ratio-

τον αὐτόν τις λέγων οὐκ αἰσχυνεῖται. πᾶν γὰρ σῶμα, ᾧ μὲν ἔξωθεν τὸ κινεῖσθαι, ἄψυχον, ᾧ δὲ ἐνδοθεν αὐτῷ ἐξ αὐτοῦ, ἔμψυχον, ὡς ταύτης οὐσης φύσεως ψυχῆς. εἰ δ' ἐστὶ τοῦτο οὕτως ἔχον, μὴ ἄλλο τι εἶναι
246 τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖν ἢ ψυχὴν, ἐξ ἀνάγκης ἀγένητόν

ᾧ δὲ ἐνδοθεν αὐτῷ] V. αὐτό, praeter fidem permultorum eorumque optimorum codicum.

P. 246. ἀγένητόν τε καὶ ἀφ.] Aliquot codd. ἀγένητον.

nem, ut se ipsum moveat. Λόγος h. l. est notio, quam de animi vi et natura mente complectimur. Recte Schleiermacherus: *dieses für das Wesen und den Begriff der Seele zu erklären*. Ceterum argumentum hoc immortalitatis ex libero animi motu petatum tractavit philosophus uberius Legum Libr. X. p. 890—896. A. conf. Aristotel. De Arim. I. 2.

P. 246. περὶ δὲ τῆς ιδέας αὐτῆς —] Animi naturam illustraturus fabulae utitur involucro. Quod quamnam ob causam ita fecerit, in Prolegomenis exposuimus. Conf. annot. ad Phaedon. p. 107. D. Sed audias ipsum Tim. p. 29. C. ἐὰν οὖν μὴ δυνατοὶ γινώμεθα πάντη πάντως αὐτοὺς αὐτοῖς ὁμολογούμενους λόγους καὶ ἀπηκριβωμένους ἀποδοῦναι, μὴ θαυμάσης, ἀλλ' ἐὰν ἄρα μηδενὸς ἤτιον παρεχόμεθα εἰκότας, ἀγαπᾶν χρὴ, μεμνημένον, ὡς ὁ λέγων ἐγὼ ὑμεῖς τε οἱ κριταὶ φύσιν ἀνθρωπίνην ἔχομεν, ὥστε περὶ τούτων τὸν εἰκότα μῦθον ἀποδεχομένους πρῶται τοῦτου μηδὲν εἶναι πέμα ζητεῖν. Legg. X. p. 898. D. μὴ τοῖνυν ἐξ ἐναντίας οἶον εἰς ἥλιον ἀποβλέποντες ποιησώμεθα τὴν ἀπόκρυον — πρὸς δὲ εἰκότα τοῦ ἐρωτωμένου βλέποντας ἀσφαλῆστερον ὄρα. Reip. IX. p. 588. C sqq. Phaedon. p. 108. D. 110. B. 114. D. Censet autem declarandum esse, quatenam sit vis ani-

mi tum divini tum humani: quod diligenter tenendum est, ne in interpretando loco temere ruamus.

πάντη πάντως] Vide ad Remp. VI. p. 490. A. X. p. 612. A. Tim. p. 29. C.

Ἐοικέτω δὲ ξυμφύτω — ἡνιόχου] Similis sit concretæ cuidam ex auriga bigisque pennatis naturæ. Mirati sunt saepe numero viri docti, cur philosophus animis alas attribuerit, eiusque rei causam modo in Pythagoreorum placitis, modo in doctrina Orphicorum, modo in ioco nescio quo aut in irrisione quaerendam censuerunt. Verum enim vero hi si paullulum istas doctrinae copias seposuissent et id ipsum, de quo peroratur, diligentius consideravissent, plus certe fuerant expedituri, quam mentis acie veluti praestrieta efficerere potuerunt. Describit Socrates toto hoc loco divini vim amoris, quo agitantur eorum pectora, qui coelestibus sacris initiari cupiunt. Iam vero quemadmodum Amor vulgo alatus fingebatur, de qua re v. Eurip. Hippol. 1270 sqq. Aristoph. Avv. v. 573. ibique Schol.; coll. Voss. Mythol. Briefe, T. II. p. 30 sqq., ita etiam animus alis instruitur, quod veluti signum est vehementis appetitionis, qua fertur ad ea, quorum studio est incensus atque inflammatus. Enimvero Graeci ἀναπνεύσθαι et

τε καὶ ἀθάνατον ψυχὴν ἂν εἴη. Περὶ μὲν οὖν ἀθανασίας αὐτῆς ἱκανῶς.

Cap. XXV. Περὶ δὲ τῆς ιδέας αὐτῆς ὧδε λεκτέον· οἶον μὲν ἐστὶ, πάντη πάντως θείας εἶναι καὶ μακρᾶς διηγέσεως, ᾧ δὲ ἔοικεν, ἀνθρωπίνης τε καὶ ἐλάττονος. ταύτη οὖν λέγομεν. Ἐοικέτω δὲ ξυμφύτῳ

Ἐοικέτω δὲ ξυμφύτῳ] V. Ἐοικε δὲ τῇ ξ. δ., quod e plurimis codd. correctum. Bodl. εοικε τῷ. δὴ, unde apparet caussa erroris.

προεῖσθαι dicunt eos, qui studio et affectu vehementer moventur; de quo usu loquendi vide annot. ad Sympos. p. 206. D. Phaedon. p. 68. C. Xenoph. Sympos. IX. 5. Markland. ad Eurip. Suppl. v. 89. Et in divino quidem animo atque mente nunquam restinguitur illud rerum divinarum desiderium, unde ψυχὴ τέλει οὐσα καὶ ἐπερωμένη μετεωροροεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ, h. e. regit et gubernat. Sed alia est aliorum animorum conditio, ut qui bigis similes sint, quibus duo equi sunt iuncti, ex quibus alter contumax est ac refractarius. Enimvero, quod iam Plutarch. Quaest. Platt. p. 1008. C. vidit, dubitari non potest, quin philosophus partem animi rationalem sive τὸ λογιστικὸν comparaverit aurigae; partem alteram, quae τὸ θυμικὸν audit, utpote cupiditatibus generosiorum, equo morigero atque bono; denique τὸ ἐπιθυμητικὸν equo feroci nec ita facile domando. conf. Reipubl. IV. p. 439. D. IX. p. 580. D sqq. X. p. 604. D. Ex hac igitur animorum natura explicatur, qui fiat, ut sensim paullatimque, divinae immemores originis, amittant alas. Qua quidem πετροδύνησει nihil aliud putamus significari, quam studii rerum divinarum remissionem, qua fiat, ut animus in dies magis cupiditatibus indulgeat atque sensuum il-

lecebris obnoxius ad ea praecipit feratur, quae ipsum a rerum coelestium amore avertant. En habes nostram de hac sententiam, qua, nisi egregie fallimur, omnes tenebrae loco offusae protenus dispelluntur. Pauca de hac re etiam in Prolegomenis disputavimus. Ceterum Hierocles in Aur. Carm. ad v. 69. ab Heindorfio laudatus: ὁ ἀνθρώπος — ψυχὴ λογικὴ μετὰ συμφοῦς ἀθανάτου σώματος. Καὶ τοῦτο τῶν Πυθαγορέων ἦν δόγμα, δὲ δὴ Πλάτων ὑστερον ἐξέφηεν, ἀπεικασίας ξυμφύτῳ δυνάμει ὑποτέρου ζεύγους τε καὶ ἡνιόχου πᾶσαν θέλει τε καὶ ἀνθρωπίνην ψυχὴν. Quae quam vera sint, nunc non discernam. Negavit enim Schleiermacherus Platonem in hac doctrina sua efformanda Pythagoreis aliquid debuisse. Quamquam illud nemo infitiabitur, Pythagoreos animi naturam vel duplicem vel etiam triplicem finxisse, prouti τὸ θυμικὸν et τὸ ἐπιθυμητικὸν vel segregarunt vel tanquam unum quiddam rationi opposuerunt; de qua re vid. Ciceron. Tuscul. IV. 5. Plutarch. de placit. Philos. IV. 4. 5. II. 5. Diogen. Laërt. VIII. 30. Stobaeus Ecclogg. Phys. I. 2. Apuleius de habitud. Doctr. Plat. I. p. 586. Suidas τ. ν. νοῦς. Quae si quis diligenter consideraverit, vestigia Pythagoricae doctrinae in his Platonis placitis conspicua esse

δυνάμει ὑποπτέρου ζεύγους τε καὶ ἠνίοχου. θεῶν μὲν οὖν ἵπποι τε καὶ ἠνίοχοι πάντες αὐτοὶ τε ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν, τὸ δὲ τῶν ἄλλων μέμικται. καὶ πρῶτον μὲν ἡμῶν ὁ ἄρχων ξυνωρίδος ἠμιοχεῖ, εἶτα τῶν ἵππων ὁ μὲν αὐτῷ καλός τε καὶ ἀγαθός καὶ ἐκ τοιούτων, ὁ δὲ ἐξ ἐναντιῶν τε καὶ ἐναντίος. χαλεπὴ δὲ καὶ δύσκολος ἐξ ἀνάγκης ἢ περὶ ἡμᾶς ἠνιόχους. Πῆ δὲ οὖν θνητὸν καὶ ἀθάνατον ζῶον ἐκλήθη, πειρατέον εἰπεῖν. πᾶσα ἢ ψυχὴ παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἶδει γιγνομένη. τελέα μὲν οὖν οὐσα καὶ ἐπερωμένη μετεωροπορεῖ τε καὶ πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ· ἢ δὲ πτεροῦ-

ἠνίοχοι πάντες αὐτοὶ τε] καὶ πάντες αὐτοὶ Bodl. *AP DGT* sub quo Bacterus latere suspicatur: πάντες καὶ αὐτοί.

B. ὁ μὲν αὐτῷ καλός] Heindorfius conii. αὐτῶν, quod est in Vind. 4. Non debebam olim recipere.

Θνητὸν καὶ ἀθαν.] Vulgo *Θνητὸν τε καὶ ἀθ.* Nunc *te* Hermannō praeunte cum Bodl. *AGT* et pr. *II.* omisimus. Mox οὖν post τελέα μὲν cum libro Vaticano om. plurimi.

vix negare audebit. Illud quoque manifestum arbitramur, philosophum, quo tempore Phaedrum scripsit, iam eandem de animi humani natura sententiam animo suo informatam tenuisse, quam in libris de Republica copiosius illustravit.

ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν] Sic infra p. 249. E. p. 274. A. Laudant Markland. ad Lys. p. 367. Reisk. Welcker. ad Theogn. Prolegg. p. LIV. intpp. ad Soph. Phil. v. 384. et 874. Aristoph. Rann. v. 744. Iam vero quum adiciatur τὸ δὲ τῶν ἄλλων μέμικται, non est obscurum, in qua re deorum virtus cernatur. Dein αὐτῷ refer ad aurigam. Non opus, ut αὐτῶν scribatur, quod volebat Heindorf.

B. καὶ πρῶτον μὲν ἡμῶν ὁ ἄρχων —] Duae sunt res, quibus humani animi cursus a divino differre statuitur, primum

quod ille bigis vehitur; nam ξυνωρίδος maiore vocis gravitate efferendum: deinde quod bigis istis bonus atque malus equus iunctus est. Deorum vehiculum quale informari debeat, non accuratius indicatur; hoc unum intelligitur, constans illud esse, aequabile, nihil alienum ac dispar in se continens.

Πῆ δὲ οὖν θνητὸν τε καὶ ἀθάνατον —] Subiectum enuntiati est ἢ ψυχὴ. Disquiritur enim nunc, qua ratione (πῆ, divina an humana) animus nomen acceperit animalis mortalis atque immortalis. Et mortalis quidem ζῶου nomen inde repetitur, quod animi, quum servata nativa sua virtute τῷ ἀψύχῳ praesint et omnem rerum universitatem permeent aliis atque aliis formis informati (de qua sententia disputatur fusius Legg. X. p. 896. D. sqq.), tamen item, ubi vitae

ῥύησασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται, οὐ κατοικισθεῖσα, σῶμα γήινον λαβοῦσα, αὐτὸ αὐτὸ δοκοῦν κινεῖν διὰ τὴν ἐκείνης δύναμιν, ζῶον τὸ ξύμπαν ἐκλήθη, ψυχὴ καὶ σῶμα παγέν, θνητὸν τ' ἔσχεν ἐπωνυμίαν· ἀθάνατον δὲ οὐδ' ἐξ ἐνὸς λόγου λελογισμένου, ἀλλὰ πλάττομεν, οὔτε ἰδόντες οὔτ' ἰκανῶς νοήσαντες, θεὸν ἀθάνατον τι ζῶον, ἔχον μὲν ψυχὴν, ἔχον δὲ σῶμα, τῶν αἰεὶ δὲ χρόνον ταῦτα ξυμπεφυκότα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δή, ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον, ταύτη ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω. τὴν δ' αἰτίαν τῆς τῶν πτερῶν ἀποβολῆς, δι' ἣν ψυχῆς ἀπορροεῖ, λάβωμεν. ἔστι δὲ τις τοιάδε.

πᾶσα ἢ ψυχὴ π. ἐπ.] Sic Bodl. *AGF* et pr. *II.* In Flor. g. h. Vind. 4 7. a. est πᾶσα ψυχὴ. V. ψυχὴ πᾶσα.

C. μετεωροπορεῖ τε καὶ π.] Sic codd. Legebatur μετεωροπολεῖ. Dein vulgo ἀπαντα, invitis codd. fere omnibus.

ἀλλὰ πλάττομεν —] V. πλαττομένον. Illud cum Bekkero restitui e Flor. c. DNO, marg. F., et corr. *Φ.* Dein Bodl. Vatic. Ven. *II* et alii nonnulli οὔτ' εἰδότες. Ibidem est τὸ ζῶον.

divinae appetitio in iis sit debilitata (περορῶν ῥύησασα), cum mortalibus sive terrenis corporibus coniungantur, quae propter animi vim videantur semet ipsa movere posse. Quocirca corpus cum animo conglutinatum, quum mortale sit, et tamen proprio motu pollere videatur, θνητὸν ζῶον dictum esse statuitur. His vero expositis deinceps etiam de nomine ζῶον ἀθανάτου disseritur. Quod quidem iudicatur neutiquam certa et explorata niti ratione, quandoquidem ita loquentes deum informemus tamquam animal quoddam immortale, quod corpus et animum ita coniunctum habeat, ut utriusque coniunctio sempiterna sit, quum tamen deum nec conspexerimus unquam nec satis mente et cogitatione assequuti simus. Quibus verbis carpitur vulgaris quaedam ea de re sententia. Sed his de loci sententia expositis

restat ut etiam de verborum ratione dicatur, quae iam vulgato πλαττομένου in πλάττομεν mutato et commate post θεὸν sublato non adeo difficilis ad explicandum videtur. Nam ad ista: ἀθάνατον δὲ — λελογισμένου ex superioribus liquet repetendum esse ἔσχεν ἐπωνυμίαν, ut nec coniectura Car. Badhami opus sit, qui λελογισμεθα legi voluit. Quippe λόγος λελογισμένος est ratio recte conclusa, cui apponitur quodammodo proximum ἰκανῶς νοῆσαι. De οὐδὲ εἰς vero v. ann. ad Phaedon. p. 72. D. Symp. p. 214. D. Reip. VI. p. 506. A. al.

D. τὴν δ' αἰτίαν — λάβωμεν] De Republ. VII. p. 533. B. ὁ ἔστιν ἕκαστον, οὐκ ἄλλη τις ἐπιχειρεῖ μέθοδος ὁδῶν περὶ παντὸς λαμβάνειν. Legg. III. p. 676. C. de quo loco v. Boeckhii in Min. p. 155.

Cap. XXVI. Πέρυκεν ἡ πτεροῦ δύναμις τὸ ἐμβρο-
 θές ἄγειν ἄνω μετεωρίζουσα, ἢ τὸ τῶν θεῶν γένος οἰκεῖ.
 κεκοινώνηκε δὲ πη μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ
 θείου [ψυχῆ]. τὸ δὲ θεῖον καλόν, σοφόν, ἀγαθόν

D. τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θείου ψυχῆ] Codd. AB τὸ
 θεῖον σῶμα, quod est etiam in Flor. b. i. Sed cod. E. et pr. F
 τοῦ θείου σῶμα. Voc. ψυχῆ eiecerunt Turicenses de sententia Hein-
 dorfii. v. explicat. Mox Bodl. II G μάλιστα τε τὸ τ. Vat. et DN
 μάλιστα γε τὸ τῆς, quod Turr. dederunt.

κεκοινώνηκε δὲ πη μάλ-
 ιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα
 τ. θ.] Τὰ περὶ τὸ σῶμα sunt
 corporea, quae ad corpus
 pertinent, nota periphrasi.
 Iam si additur ψυχῆ, facile ap-
 parent ineptam existere sententiam,
 quandoquidem etiam ψυχῆ
 ad corporea referretur. Itaque
 Heindorfius Plutarchi usus
 auctoritate Quaest. Plat. p. 1004.
 C. = 265. ed. Hutten. istud
 ψυχῆ tanquam turpissimum glos-
 sema extrusit. Quo expulso
 sententiarum ordo hic est: Alae
 vis ita comparata est, ut
 gravia sursum evehat in
 ea loca, in quibus deorum
 genus habitat. Iam vero
 inter corporea ala maxime
 particeps est rerum
 divinarum. Nam τὸ πτέρω-
 μα est impetus ille, quo animus
 ad aliquid fertur et ad sublimia
 extollitur. Quidquid autem
 divinum est, id in pulcro,
 honesto, bono cernitur.
 Ex quo consequitur, ut
 animi ala illis maxime nutri-
 atur et corroboretur.
 Schleiermacherus ψυχῆ
 putabat scribendum esse, quo
 restituito hunc volebat esse sen-
 sum verborum: Auch theilt
 er vorzüglich der Seele
 mit von dem, was des göttlichen
 Leibes ist. Iunxit
 igitur primum τοῦ θείου cum τὸ
 σῶμα; deinde hoc ipsum non
 recte interpretatus est; denique
 κεκοινώνηκε pro verbo activo ha-

buit. In quibus quantum frau-
 dis et erroris insit, nemo est
 quin sponte videat. Nihilominus
 minime putamus temere reiicien-
 dam esse viri acutissimi coniec-
 turam, modo locus aliter intel-
 ligatur. Constat enim κοινωθεῖν
 τινος ita dici, ut sit: cum
 aliquo in alicuius rei
 communionem venire; vid.
 Matthiae Gr. §. 325. annot. 2.
 Itaque ala dicitur omnium rerum
 corporearum maxime una
 cum animo rerum divinarum
 particeps esse. Quae sententia
 ipsi rei est longe convenientis-
 sima. Enimvero quod antea di-
 citur ἡ πτεροῦ δύναμις, id non
 pertinet ad mentis alam, ut sibi
 persuaserat Heindorfius; sed
 universe alam quamcunque eam-
 que corpoream et adspectabilem
 indicat, ita ut philosophus tacite
 transeat ad metaphoricum usum
 vocabuli, cui iam praelusit ver-
 bis atgressis: ἢ τὸ θεῶν γέ-
 νος οἰκεῖ. Iam vide mihi argu-
 mentationis et simplicitatem et
 perspicuitatem, ac non dubita-
 bis, quin ψυχῆ legendum sit.
 Alae cuiusvis natura, in-
 quit, ea est, ut gravia sursum
 evehat, ubi est sedes
 deorum immortalium. Ergo
 inter omnia, quae ad
 corpus pertinent, ea una
 maxime cum animo parti-
 iceps extitit rerum divi-
 narum. Divinum autem in
 pulcritudine, sapientia,
 honestate, et id genus

καὶ πᾶν ὅ τι τοιοῦτον. τούτοις δὴ τρέφεται τε καὶ E
 αὔξεται μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς πτέρωμα, αἰσχροῦ δὲ
 καὶ κακῶ καὶ τοῖς ἐναντίοις φθίνει τε καὶ διόλλυται.
 ὁ μὲν δὲ μέγας ἡγεμῶν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς ἐλαύνων πτη-

E. ἐλαύνων πτηνὸν ἄρμα] V. πτηνὸν ἄρμα ἐλαύνων in-
 vitis codicibus. Voc. ἡγεμῶν Groen. van Prinsterer. Prosopogr.
 Plat. p. 161. delendum censet, collato loco Sophocl. Electr. v.
 174 sq. Nec habet illud Plutarch. p. 1102. E. Sed tuetur Dio-
 nys. De admir. vi Dem. VI. p. 971. ed. Reisk. qui pro τῶ δὲ ἔπ.
 offert τοῦ δὲ ἔπ.

aliis rebus cernitur. Unde
 consequens est, ut τὸ
 τῆς ψυχῆς πτέρωμα iisdem
 nutriatur. In qua argumen-
 tatione rectissime illud se habet,
 quod animum natura sua rerum
 divinarum capacem esse com-
 monemur: unde ipsa etiam alae
 ope ad res divinas evolat. conf.
 infra p. 248. B. C. In ordine
 verborum non est quod quis hae-
 reat. Recte enim ψυχῆ in clau-
 sula positum. Atque haec si
 probabiliter explicavimus, cur
 ψυχῆ, quod omnes codd. tuentur,
 non temere eiiciendum fuerit,
 satis constare arbitramur.

E. ὁ μὲν δὲ μέγας ἡγε-
 μῶν —] Locus multum cele-
 bratus a posteris scriptoribus,
 quem ridet propter nimiam gran-
 ditatem et sermonis ampullas
 Lucianus Piscat. §. 22. Bis
 Accus. §. 33. quia dithyrambici
 quiddam habeat, reprehendit
 Dionysius Hal. De admir.
 vi Demosthen. T. VI. p. 971 sq.
 ed. Reisk. Nimirum describitur
 vita deorum atque animorum
 coelestis, ita ut simul etiam to-
 tius rerum universitatis imago
 ac pictura exhibeatur. Summa
 disputationis haec est. Duode-
 cim dii love duce singulis prae-
 fecti agminibus e domo sua,
 quam Vesta interea servat, in
 coelum versus proficiscuntur. Et
 intra coeli quidem terminos (ἐν-
 τὸς τοῦ οὐρανοῦ) multa et beata
 sunt eorum spectacula, sequi-
 turque agmina quicumque et vult

et potest. Sed quum dii profi-
 ciscuntur ad epulas, quae supra
 coeli fornem celebrantur iis-
 que aeternum praebent pabulum
 (Plato idearum contemplationem
 significat), tum vero sub coeles-
 tem fornem per acclive escen-
 dunt, ut iter fiat difficillimum.
 Et deorum quidem vehicula,
 quia servant aequilibrium ac fa-
 cile frenis reguntur, nullo nego-
 tio in eum, in quem conten-
 dunt, locum perveniunt; cetera
 autem aegre eodem evehuntur,
 quia equus ille non expers pra-
 vitatis, si non satis domitus est,
 pro ingenio suo lubenter fertur
 deorsum. Iam vero immortales
 animi, qui deorum sunt, ubi ad
 summa pervenerunt cacumina,
 continuo superatis coeli huius
 mundani finibus in dorso eius
 consistunt. Hinc autem circa
 coelum aguntur, atque mente
 et ratione ea, quae extra coelumi
 sunt, spectant et intuentur: quae
 quoniam in se vera sunt atque
 absoluta, etiam perfectam menti
 afferunt scientiam et cognitio-
 nem. Quocirca animi immorta-
 les illic intuentur ipsam iusti-
 tiam, temperantiam, sapientiam,
 in se absolutam et ab omni vi-
 cissitudinis inconstantia liberam
 atque immunem. Circumacti au-
 tem et rursus in pristinum lo-
 cum reversi intra coeli terminos
 submergunt redeuntque domum,
 ubi equi ambrosia et nectare
 pascuntur. Hoc fere argumen-
 tum est totius loci, qui quomo-

νὸν ἄρμα πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δ' ἔπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ Ἔστια 247 ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη· τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι θεοὶ ἄρχοντες ἡγοῦνται κατὰ τάξιν ἢν ἕκαστος ἐτάχθη. πολλαὶ μὲν οὖν καὶ μακάριαι θεαὶ τε καὶ διέξοδοι ἐντὸς οὐρανοῦ, ἅς θεῶν γένος εὐδαιμόνων ἐπιστρέφεται, πρᾶττων ἕκαστος αὐτῶν τὸ αὐτοῦ. ἔπεται δὲ ὁ αἰεὶ ἐθέλων τε καὶ δυνάμενος· φθόνος γὰρ ἔξω θείου χοροῦ ἵσταται.

B ὅταν δὲ δὴ πρὸς δαῖτα καὶ ἐπὶ θοίνην ἴωσιν, ἄκραν ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἀψίδα πορεύονται πρὸς ἀναντες ἤδη, τὰ μὲν οὖν θεῶν ὀχήματα ἰσοῤῥόπως εὐήνια ὄντα ῥαδίως πορεύεται, τὰ δὲ ἄλλα μόγις· βρῖθει γὰρ ὁ

P. 247. ὁ αἰεὶ ἐθέλων] V. θέλων, quod ex optimis libris mutatum. Dein vett. edit. πρὸς δαῖτα τε καὶ ἐπὶ θοίνην: sed te om. Bodl. et non pauci alii. v. Winckelmann. ad Euthyd. p. 46. Ordinem verborum θείου χοροῦ item debemus libris optimis. Vulgo χοροῦ θείου.

B. ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον ἀψίδα] V. ἐπὶ τὴν οὐρ. ἀψ. Sed plurimi in iisque etiam Bodl., scribunt ὑπὸ τὴν ὑπουράνιον vel ὑπουράνιον ἀψίδα, quod nunc praeunte Bekkero recepinus. Etenim fastigium et culmen universi ex inferioribus locis spectantibus utique est ὑπουράνιος ἀψίς. Quamquam etiam οὐράνιος vocari potuit. Atque eo fit, ut multi hinc memoraverint simpliciter ἀψίδα οὐράνιον, veluti Maxim. Tyr. Diss. XVI. p. 316. Iulian. IV. p. 132. C. 149. D. Euseb. Praep. Ev. XIII. 16. al. quos magnam partem attulit Astius. Sed credible tamen est ὑπουράνιον esse Platonis. Nam primum quidem huius usu vocabuli gravius commonemur istam itineris difficultatem in regionibus coelesti fornici subiectis, non item in superioribus, emergere. Deinde convenit hoc ipsum etiam verbis proximis: πρὸς ἀναντες ἤδη. Denique audias Proclum Theol. Plat. IV. 7. μετὰ δὲ τὸν ὑπουράνιον τόπον καὶ αὐτὸν τὸν οὐρανὸν ἢ ὑπουράνιος ἐστὶν ἀψίς, ἢν οἱ μὲν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν δεῖ τάττειν, ἀλλ' οὐκ ἐν αὐτῷ τῷ οὐρανῷ, παντὶ καταφανές. οὐ γὰρ οὐράνιος ἀψίς ἀλλ' ὑπουράνιος παρὰ Πλάτωνι προσέληται. Ibid. IV., 6. Πλάτων διαστέλλει τοὺς τρεῖς τοῦτους διακόμους, τὸν ὑπουράνιον πόλον, τὴν οὐράνιον περιφορὰν, τὴν ὑπουράνιον ἀψίδα.

do subtilius sit expliandus atque illustrandus, copiosius in Prolegomenis disputavimus.

P. 247. πρᾶττων ἕκαστος] Ita dicitur perinde ac si praecesserit θεοὶ εὐδαιμόνες ἐπιστρέφονται. Deos Platonis sententia invidia liberos esse, testatur

locus Tim. p. 29. D. Platonis hoc effatum quam multi celebraverint, discas a Wyttenbachio ad Eunap. p. 102. Vulgaris erat sententia: τὸ θεῖον πᾶν φθονερόν. v. Herod. I. 23.

B. ὃ μὴ καλῶς ἦν τετραμμένος] si cui antea

τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ τὴν γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων, ὃ μὴ καλῶς ἦν τετραμμένος τῶν ἠνιόχων. ἔνθα δὴ πόνος τε καὶ ἀγὼν ἔσχατος ψυχῇ πρόκειται. αἱ μὲν γὰρ ἀθάνατοι καλούμεναι, ἠνιὶκ' ἂν πρὸς ἄκρῳ γέωνται, ἔξω πορευθεῖσαι ἔστησαν ἐπὶ τῷ τοῦ οὐρανοῦ νότῳ, στάσας δὲ αὐτὰς περιάγει ἢ περιφορὰ, αἱ δὲ θεωροῦσι τὰ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. Cap. XXVII. τὸν δὲ ὑπερουράνιον τόπον οὔτε τις ὑμνησέ πω τῶν τῆδε ποιητῆς οὔτε ποθ' ὑμνήσει κατ' ἀξίαν. ἔχει δὲ ᾧδε. τολμητέον γὰρ οὖν τό γε ἀληθές εἰπεῖν, ἄλλως τε καὶ περὶ ἀληθείας λέγοντα. ἢ γὰρ ἀχρώματος τε καὶ ἀσχημάτιστος καὶ ἀναφῆς οὐσία, ὄντως οὐσα, ψυχῆς κυβερνήτη μόνῳ θεατῇ νῶ, περὶ ἣν τὸ τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης γένος, τοῦτον ἔχει τὸν τόπον. αἴτ' οὖν θεοῦ D

Deinde e Flor. φ. Vind. 6. et corr. ΓΦ reposui τὰ μὲν οὖν θεῶν ὀχήματα, Vulgo οὖν deest: in quo asyndeto haesit Heindorf. Nec placuit illud Schneidero, qui in Commentat. De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 11. legendum suavit ἢ δὴ τὰ μὲν θεῶν ὀχ. κτλ.

ὃ μὴ καλῶς ἦν τετραμμένος] Vett. edit. ἦν μὴ καλῶς ἢ τετραμμένος ὑπὸ τῶν ἠνιόχων. At primum quidem ὑπὸ in omnibus codd. desideratur, ut vel hanc ab causam delendum fuerit. Deinde ὃ μὴ Bodl. cum plurimis codd. mss. et edit. Bas 2.; solus Ven. E cum Ald. Bas. 1. Stephan. ἦν μὴ. Iam quum libri plurimi ἢ tueantur, olim cum Bekkero ὃ ἂν μὴ κ. edidimus. Sed ἂν ne unus quidem codex suppeditavit. Itaque nunc cum Astio e Par. NO et Monacc. scripsimus ἦν, quod in ἦ h. e. ἦ facillime potuit mutari. Turcenses: ὃ μὴ καλῶς ἦ. Fortasse ἦ h. e. ἦν voluerunt.

C. στάσας δὲ αὐτὰς περ.] V. ἰστάσας, quod correxit Heindorf. e Proclo Theol. Plat. p. 211. et Bekker. ex Damascii cod. Paris. Pro θεωροῦσι Bodl. Coisl. Vat. Ven. ΑΠ Vind. Φ Par. BCEGNOT r. d. Flor. b. i. φ. scriptum habent θεωροῦσαι. μόνῳ θεατῇ νῶ] V. μόνῳ θεατῇ νῶ χορηγίαι. Sed χορηγίαι deest in Bodl. AGT et pr. II. Itaque cum Astio pro θεατῇ scripsimus θεατῇ, quod servarunt Clem. Al. Strom. V. p. 553. A. Damasc. de princip. p. 353. Kopp. Proclus in Alcibiad. I. p. 77. ed. Creuz. Origen. c. Cels. VI. 19. et Pollux II. 56. Antea mutato ordine ψυχῆς vel ψυχῇ οὐσα quidam cum Bodl.

non erat bene educatus et instructus. Ferri non potest quod Bekker. edidit ὃ μὴ κ. ἦ. Quod autem dedit Heindorf. ὃ ἂν μ. κ. ἦ, id librorum destituitur testimoniis. Verum postrema editione Ast. assecutus est.

C. περὶ ἀληθείας λέγοντα] V. ad Criton. p. 49. A.

περὶ ἣν τὸ τῆς ἀλ. — ἔχει τὸν τόπον] ad quam οὐδὲν absoluta scientia et cognitio pertinet. Fallitur Heindorf. Platonem ratus hoc dicere, ceteras ideas,

διάνοια νῶν τε καὶ ἐπιστήμη ἀκήρατος στρεφομένη, καὶ ἀπάσης ψυχῆς, ὅση ἂν μέλλῃ τὸ προσῆκον δέξασθαι, ἰδοῦσα διὰ χρόνον τὸ ὄν ἀγαπᾷ τε καὶ θεωροῦσα τὰληθῆ τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ, ἕως ἂν κύκλω ἢ περιφορᾷ εἰς ταῦτον περιενέγκῃ. ἐν δὲ τῇ περιόδῳ καθορᾷ μὲν αὐτὴν δικαιοσύνην, καθορᾷ δὲ σωφροσύνην, καθορᾷ δὲ ἐπιστήμην, οὐχ ἢ γενεσις πρόσεστιν, οὐδ' ἢ ἐστὶ που ἕτερα ἐν ἑτέρῳ οὔσα ὧν ἡμεῖς νῦν ὄντων καλοῦμεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ ὄντι ὄντως ἐπιστήμην οὔσαν· καὶ τὰλλα ὡσαύτως τὰ ὄντα ὄν-

D. ἀκήρατος στρεφομένη] Nuper τρεφομένη e Vindd. 1. 3. 4. 7. a. Flor. h. Mon. aliis, editum. Dein vulgo ἀκήρατος. Sed recte Bodl. et Vat. cum permultis aliis ἀκήρατος. Nonnulli ἀκηράτως, quod ostendit erroris origines. Antea Bodl. ἔχει τὸν τρόπον.

ὅση ἂν μέλλῃ — δέξασθαι] V. ὅσην. Bodl. ὅση. A. ὅσοι. Ceteri ὅση. Pro μέλλῃ cod. A μέλλῃ. Aoristum δέξασθαι tuentur plerique omnes. Vulgo erat δέξασθαι.

ut δικαιοσύνην, σωφροσύνην, alias, circa hanc τοῦ ὄντως ὄντος ἰδέαν versari.

D. ὅση ἂν μέλλῃ — δέξασθαι] h. e. cui (fatorum voluntate) destinatum est ut accipiat quod ipsi convenit. Sic enim μέλλειν intelligendum, ut sexcenties. Ne vero haereas in isto ἀπάσης ψυχῆς, ἅπας est unusquisque, de quo dictum est ad Phaedon. p. 108. B. Est tamen aliud quid, quod in scriptura nuper inde a Bekkero ab omnibus recepta: ἀκηράτω τρεφομένη, vehementer displiceat. Nam vide mihi haec: ἄτε οὐν θεοῦ διάνοια — τρεφομένη — τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ. Dicitur igitur mens divina et cuiusque bonae animae intelligentia nutrita denuo veritatis contemplatione nutriri. Quae certe est balbutientis oratio. Nimirum unice verum est quod optimi plurimique codd. mss. servarunt, ἀκήρατος στρεφομένη, hoc sensu: Utpote igitur dei ratio (Geist)

propter mentem et scientiam sese vertens pura et intaminata et cuiusque animi aliquando id quod ipsi convenit assenturi tandem aliquando (διὰ χρόνον) id, quod est conspiciata, illud amat atque diligit veroque intuendo nutritur et suaviter afficitur etc. Praeterea vero haud scimus an istud ἄτ' οὐν cum Heindorfii amico mutandum sit in ἢ τ' οὐν. — διὰ χρόνον, tandem aliquando. De εὐπαθεῖν, suaviter affici, v. Wytttenbach. ad Plut. apophthegm. p. 176. B. Lobeck. ad Phrynich. p. 283. Bähr. ad Plutarch. Pyrrh. p. 206.

αὐτὴν δικαιοσύνην] Stephanum mireris articulo interposito scribi voluisse αὐτὴν τὴν δικαιοσύνην: multo magis etiam mireris Heindorfium αὐτὴν δικ. coniectantem. Nimirum quum intelligatur iustitia, temperantia, sapientia, per se absoluta, arti-

τως θεωραμένη καὶ ἐστιαθεῖσα, δῶσα πάλιν εἰς τὸ εἶσω τοῦ οὐρανοῦ, οἴκαδε ἦλθεν. ἐλθούσης δὲ αὐτῆς ὁ ἠνίοχος πρὸς τὴν γάτην τοὺς ἵππους στήσας παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε καὶ ἐπ' αὐτῇ νέκταρ ἐπότισε. Cap. XXVIII. Καὶ οὗτος μὲν θεῶν βίος. αἱ δὲ ἄλλαι ψυχαί, ἢ μὲν ἀρίστα θεῶν ἐπομένη καὶ εἰκασμένη ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἕξω τόπον τὴν τοῦ ἠνίοχου κεφαλὴν, καὶ συμπεριγένη τὴν περιφορᾷ, θορυβουμένη ὑπὸ τῶν ἵππων καὶ μόγισ καθορῶσα τὰ ὄντα· ἢ δὲ τότε μὲν ἦρε, τότε δ' ἔδυν, βιαζομένων δὲ τῶν ἵππων τὰ

καθορᾷ μὲν αὐτὴν δικαιοσύνην] V. δικαιοσύνη, σωφροσύνη et ἐπιστήμη. Accusativum cum Bodl. plurimi suppeditarunt.

οὐδ' ἢ ἐστὶ που] Sic permulti libri pro eo quod Steph. habet οὐδ' ἢ.

E. τὰ ὄντα ὄντως] Sic codd. fere omnes. Vulgo τὰ ὄντως ὄντα, conf. p. 249. C.

P. 248. ἀρίστα θεῶν ἐπομένη] Vulgatum θεῶν correctum ex codd. praeter unum omnibus.

τοτὲ δ' ἔδυν] V. τοτὲ δὲ καὶ ἔδυν, quod paucissimi habent.

culus recte omitti potuit. Phileb. p. 62. A. ἔστω δὴ τις ἡμῖν φρονῶν αὐτῆς πέρι δικαιοσύνης, ὃ τι ἐστίν. Theaet. p. 175. C. εἰς οκέψιν αὐτῆς δικαιοσύνης τε καὶ ἀδικίας. Parmenid. p. 133. D. αὐτῇ δεσποτεῖα αὐτῆς δουλείας. P. 134. B. αὐτῆς ἐπιστήμης οὐ μετέχουμεν. P. 133. D. οὐκ αὐτοῦ δεσπότου δήπου, ὃ ἐστὶ δεσπότης, ἐκείνου δούλος ἐστίν. Ibid. οὐδὲ αὐτοῦ δούλου δεσπότης ὁ δεσπότης. Et sic saepius in Parmenide αὐτὸ μέγεθος αὐτῆς μικρότητος, κτλ. De Rep. V. p. 476. C. αὐτὸ δὲ κάλλος μήτε νομίζων κτλ.

οὐχ ἢ γενεσις — καλοῦμεν] Nam quae sub sensu subiecta sunt, ea oriuntur, mutantur, pro varia, qua cum aliis rebus continentur, necessitudine, alia atque alia evadunt, denique sicuti originem habuere. ita etiam occidunt et intereunt. Longe aliter se habent quae in se sunt absoluta atque aeterna. conf. Sympos. p. 210. E sqq.

P. 248. αἱ δὲ ἄλλαι ψυ-

χαί —] Qui animi utuntur efreno et contumaci equo, hoc est sensibus et cupiditatibus indulgent, ii consistere in coeli dorso nequeunt neque tranquille intueri extra mundum collocatas rerum puras notiones: itaque decidunt in terram et mortales nascuntur homines. Horum autem pro cognitionis rerum coelestium diversitate novem constituuntur classes, quas describit Plato infra. D.

ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἕξω τόπον —] Itaque illae uno capite emergunt, ut clarissime appareat coeli superficiem fingi aetheream, non aheneam. Vult autem hoc significare, ratione et intellectu, non τῷ θυμικῷ aut τῷ ἐπιθυμητικῷ percipi rerum coelestium cognitionem.

τοτὲ μὲν ἦρε] h. e. ὑπερῆρε τὴν τοῦ ἠνίοχου κεφαλὴν εἰς τὸν ἕξω τόπον. Quod non repetitum est ὑπερῆρεν, eius rei causam discas ex annot. ad Phaedon. p. 59. B.

μὲν εἶδε, τὰ δ' οὐ. αἱ δὲ δὴ ἄλλαι γλιχόμεναι μὲν ἅπασαι τοῦ ἄνω ἔπονται, ἀδυνατοῦσαι δὲ ὑποβρούχαι ξυμπεριφέρονται, πατοῦσαι ἀλλήλας καὶ ἐπιβάλλουσαι, B ἑτέρα πρὸ τῆς ἑτέρας πειρωμένη γενέσθαι. Θόρυβος οὖν καὶ ἀμίλλα καὶ ἰδρώς ἐσχατος γίγνεται. οὐ δὴ κακία ἠμιόχων πολλαὶ μὲν χολεύονται, πολλαὶ δὲ πολλὰ πτερά θραύονται· πᾶσαι δὲ πολὺν ἔχουσαι πόνον ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θείας ἀπέρχονται, καὶ ἀπελθούσαι τροφή δοξαστῆ χρῶνται. οὐ δ' ἐνεχ' ἢ πολλῇ σπουδῇ τὸ ἀληθείας ἰδεῖν πεδίον οὐ ἔστιν, ἢ τε δὴ προσήκουσα ψυχῆς τῷ ἀρίστῳ νομῇ ἐκ τοῦ ἐκεί

πατοῦσαι ἀλλήλας] V. perperam ἀλλήλας, praeter fidem codicum fere omnium.

B. οὐ δ' ἐνεχ' ἢ πολλῇ σπ.] Sic corr. H. V. οὐ δὴ ἐνεχ' ἢ π. σπ. Bodl. οὐδὲν ἔχει πολλῇ σπ. ut est etiam in AGT et pr. H. Alii οὐ δ' ἐνέχει vel οὐ δὴ ἐνέχει. Verum primus restituit

ὑποβρούχαι ξυμπεριφέρονται] h. e. sub coeli superficiem submersae, ut ne aurigae quidem caput promineat, h. e. intellectu et ratione nihil percipiatur.

B. πολλὰ μὲν χολεύονται] Χολός, quod vulgo claudum interpretantur, significat eum, qui aliquo corporis membro debilitatus est. Itaque plus est θραύονται, pro quo non inepte Hermias legit καταθραύονται, penitus confringuntur. Quod ita accipimus, ut πολλὰ exterminandum censeamus. Et habent tres libri Parisini inverso ordine πτερά πολλὰ. Nisi forte scribendum est: πολλὰ δὲ πολλὰς πτερά θρ.

ἀτελεῖς τῆς τοῦ ὄντος θείας ἀπ.] Imago petita est a mysteriorum spectatione, ut infra p. 249. C. et p. 250. B. Conf. Valcken. ad Eurip. Hippolyt. v. 23. Creuzer. ad Plotin. de pulcr. CVII. CXI. et Wyttenbach. ad Phaedon. p. 134 sqq.

οὐ δ' ἐνεχ' ἢ πολλῇ σπου-

δῆ] Ἡ πολλῇ σπουδῇ nunc est magnum illud, de quo dixi, studium. Nam ita capiendus articulus est. Phaedon. p. 58. C. διὰ ταῦτα καὶ ὁ πολὺς χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ, quanquam ibi optimi codd. omittunt articulum. Ibid. p. 88. A. ἐν ταῖς πολλαῖς γενέσεσιν. Infra p. 270. A. τὸν πολὺν λόγον ἐποιεῖτο. Demosthen. De Coron. p. 278. τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; h. e. multa ista. vid. Matth. Gr. §. 267. coll. 266. Praeterea advertas breviloquentiam. Nam quum in apodosis inferri deberet: τοῦτό ἐστι, ὅτι ἢ τε δὴ προσήκουσα ψ. κ. τ. λ., omissa ea parte, in qua esse oportebat demonstrativum, statim res ipsa indicatur. Quae quidem loquendi forma utriusque linguae scriptoribus admodum est usitata, ut nec opus esse putemus coniectura Caroli Badhami, qui scribendum censuit: ὃν δ' ἐνεχ' ἰδεῖν — πεδίον, δὴ ἔστιν, h. e. eius rei duae sunt causae, praesertim quum nec vulgatum οὐ ἔστιν otiosum sit nec

λειμῶνος τυγχάνει οὔσα, ἢ τε τοῦ πτεροῦ φύσις, ᾧ C ψυχῇ κονφίζεται, τούτῳ τρέφεται, θεσμός τε Ἀδραστίας ὅδε, ἦτις ἂν ψυχῇ θεῶ ξυνοπαδὸς γενομένη κατὶδῆ τι τῶν ἀληθῶν, μέγροι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα, κἂν αἰεὶ τοῦτο δύνηται ποιεῖν, αἰεὶ ἀβλαβῆ εἶναι· ὅταν δὲ ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ, καὶ τιμὴ συντυχία χρῆσαμένη λήθῃς τε καὶ κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῆ, βαρυνθεῖσα δὲ πτεροῦ ῥυθῆσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, τότε νόμος ταύτην μὴ φευθεῖσαι εἰς μηδεμίαν θηροίαν φύσιν ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει, ἀλλὰ τὴν μὲν πλεῖστα ἰδοῦσαν εἰς γονὴν D

Bekker. Mox vett. editt. ἐκ τοῦ ἐκείσε λειμῶνος, quod habet vix unus alterve liber manuscriptus.

C. ᾧ ψυχῇ κ.] ψυχῆ Bodl.

ἀπήμονα, κἂν αἰεὶ] Bodl. ἀπήμονα εἰ τοῦ τοῦ. π. κἂν αἰ.

D. θηροίαν φύσιν] Vulgatum θήρειον e Bodl. aliisque libris bonae notae mutatum est.

istud δὲ? ἐστὶν satis placeat, quo proximorum verborum structura huius efficitur. Aristoph. Rann. v. 108. ἀλλ' ὡς περ ἕνεκα τῆς τὴν σκεπὴν ἔχων ἡλθον κατὰ σὴν μύθησιν, ἵνα μοι τοὺς ξένους τοὺς σοὺς φράσειας, ubi ante ἵνα — φράσειας intell. τοῦτ' ἦν. Ex oratoribus collegit exempla Fr. Aug. Wolf. ad Leptin. p. 372. alia suppedabit Matth. Gr. §. 432. — Mox ψυχῆς τῷ ἄριστῳ est praestantissimae animi parti, h. e. menti et rationi. v. ad Reip. VI. p. 507. C. coll. 490. B. — ἐκ τοῦ ἐκείσε λειμῶνος, est enim campus aeternae veritatis, qua animi pascuntur, super coelo: quem quantopere celebraverint scriptores posterioris aetatis, docte demonstravit Astius Commentar. in Plat. p. 421. Opp. T. XII.

C. ἢ τε τοῦ πτεροῦ φύσις] Quod de usu vocabuli φύσις ad Sympos. p. 191. A. et ad Phaedon. p. 79. B. scripsimus, elegantissimae illud inservire periphrasi, tenendum est illam ipsam elegantiam in eo positam esse, quod φύσις non redundat,

sed indicat id, quod per se et natura sua hoc vel illo modo comparatum est. Ita hoc loco ἢ τοῦ πτεροῦ φύσις est penna vel ala natura sua ita comparata, ut p. 246. E. 251. B. al.

C. θεσμός τε Ἀδραστίας ὅδε] h. e. necessitatis aeternae et inevitabilis: de qua v. Mitscherlich. ad Horat. Carm. III. 24, 6. In Reipubl. libr. X. p. 762. E. ei ἡλακίτη τε καὶ τὸ ἀγχιστρον ἐξ ἀδάμαντος tribuitur. Intelligitur autem lex divina, nec de coeca fatorum necessitate cogitandum est. De qua re legas quae exposituri sumus ad Legg. IV. p. 709. B. ubi docetur, deum quidem regere omnia; sed una cum deo casum et fortunam in rebus humanis dominari, ita quidem, ut fortuna deo, summo rerum omnium gubernatori, subiecta sit.

καὶ τιμὴ συντυχία — βαρυνθῆ] Haec adduntur ad interpretanda praecedentia, ὅταν ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ. Quocirca καὶ explicare licet id est, hoc est.

ἀνδρὸς γενησομένου φιλοσόφου ἢ φιλοκάλου ἢ μου-
σικοῦ τινος καὶ ἐρωτικοῦ, τὴν δὲ δευτέραν εἰς βασι-
λέως ἐννόμου ἢ πολεμικοῦ καὶ ἀρχικοῦ, τρίτην εἰς
E πολιτικοῦ ἢ τινος οἰκονομικοῦ ἢ χρηματιστικοῦ, τε-
τάρτην εἰς φιλοπόνου γυμναστικοῦ ἢ περὶ σώματος
ἰασίν τινα ἔσομένου, πέμπτην μαντικὸν βίον ἢ τινα
τελεστικὸν ἔξουσιν. ἔκτη ποιητικὸς ἢ τῶν περὶ μίμη-

ἴασιν τινὰ ἔσομ.] Herm. de con. dedit ἴασιν τινὸς ἔσομ.
quod factum nollemus. Nam περὶ ἴασιν τινὰ ἔσομένου idem est
quod ἰατρικῶν τινὸς ἔσομένου, ut verborum structura vel potius
oratio nonnihil variata sit.

E. ἔκτη ποιητικὸς κτλ.] Vulgo scribebatur: ἔκτην, ποιη-
τικόν· ἐβδόμη γεωμετρικὸς, ἢ δημιουργικὸς· ὀγδόη σοφιστικὸς — ἐν-
νάτη τυραννικὸς. Sequenti sumus cum Bekkero et Astio cod. Bod-
lei. plurimorumque librorum scripturam. Quippe soli Par. EF
cum Ald. Bas. I. Stephan. habent: ἔκτην, ποιητικόν· ἐβδόμη, γεω-

εἰς μ. Θηρείαν φύσιν] Quamquam θηρείαν per se non
contemnendum esse docebit
Buttmann. Gr. max. §. 603.,
tamen ob codd. auctoritatem θη-
ρείαν reponendum duximus. Idem
censuit Bekker.

D. ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει] in prima generatione, quum animus
in terram delapsus primum
terreno corpore includitur. Ma-
nifestum est enim varios a Pla-
tone statui cursus et migrationes
animorum. Similiter res explica-
tur De Republ. libr. X. p. 614 sqq.

ἢ φιλοκάλου ἢ μουσικοῦ
τινος ἢ ἐρωτικοῦ] Nam hi
omnes cum vero philosopho tan-
ta continentur cognatione et nec-
cessitudine, ut sint iidem pro-
prium. Quippe verus amor
versatur in diligendis expeten-
disque rebus divinis, pertinetque
ad id, quod naturae sua verum,
bonum, honestumque est. Quo-
circa philosophus germanus est
item φιλόκαλος et ἐρωτικός. Reip.
VI. p. 490. A. B. ἄρ' οὐκ δὴ
οὐ μετρίως ἀπολογησόμεθα, ὅτι
πρὸς τὸ ὄν περικῶς εἴη ἀμι-
λάσθαι ὅ γε ὄντως φιλομαθής,
καὶ οὐκ ἐπιμένοι ἐπὶ τοῖς δοξα-
ζομένοις εἶναι ἑκάστοις, ἀλλ' ἴσι

καὶ οὐκ ἀβλύνοιο αἰδ' ἀπολή-
γοι τοῦ ἐρωτος, πρὶν αὐτοῦ
ὅ ἴσιν ἑκάστον τῆς φύσεως ἀπα-
σθαι κτλ. Sed legendus est hac
de re divinus ille locus Symposi-
ii p. 206. B. sqq. Institutionem
autem et eruditionem hominis,
quae a philosophia proficiscitur,
a Platone constat ad μουσικὴν
esse relata; unde ipsa philo-
sophia est ἡ μέγιστη μουσική,
Phaedon. p. 61. A. Cui quidem
quum id maxime debeat esse
propositum, ut animum evehat
ad sublimem illum rerum divi-
narum amorem, non potest cui-
quam dubium videri, cur nunc
ὁ μουσικός una cum τῷ ἐρωτικῷ
commemoretur. Quippe δεῖ τε-
λευτῶν τὰ μουσικὰ εἰς τὰ τοῦ
καλοῦ ἐρωτικά, ut est Reip. III.
p. 403. C. Quod qua ratione
efficiatur, praeclare docetur Sym-
pos. 209. A. — 212. A.

εἰς φιλοπόνου γυμναστι-
κοῦ] Badham. legendum con-
iecit εἰς φιλοπόνου ἢ γυμν. Sed in-
telliguntur gymnastiae et medici.

πέμπτην μαντικὸν βίον —
ἔξουσιν] Vates ac sacerdotes
cur in quintum detruserit ordi-
nem, qui Platonis de his rebus

σιν τις ἄλλος ἀρμόσει, ἐβδόμη δημιουργικὸς ἢ γεωργικὸς,
ὀγδόη σοφιστικὸς ἢ δημοκοπικὸς, ἐνάτη τυραννικὸς.
ἐν δὴ τοῦτοις ἅπασιν ὅς μὲν ἂν δικαίως διαγάγη,
ἀμείνονος μοίρας μεταλαμβάνει, ὅς δ' ἂν ἀδίκως, χει-
ρονος. Cap. XXIX. Εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτό, ὅθεν ἦκει
ἢ ψυχὴ ἐκάστη, οὐκ ἀφικνεῖται ἐπὶ τῶν μυρίων· οὐ γὰρ
πετροῦται πρὸ τοσοῦτου χρόνου, πλὴν ἢ τοῦ φιλοσο- 249

μετρικὸς. Dein δημιουργικὸς ἢ γεωργικὸς Bodl. et reliqui cum Bas.
2. pro γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικὸς, quod est in Ald. Bas. I. Steph.
et cod. Par. E. Pro δημοκοπικὸς Bodl. et AIDGT praebuerunt
δημοτικὸς. Id nuper susceperunt Turicenss. Si quid mutandum,
δημοκόπος scripserim. Mox διαγάγη pro vulg. διάγη item debetur
codd. fere omnibus. Idem dictum esto de ἐνάτη, pro quo Steph.
ἐνάτη. Tum ἐν δὴ τοῦτοις ἄ. Bodl. AΞΙΔΝΟΤ. Vulgo erat: ἐν
δ' ἐ τοῦτοις κτλ.

οὐκ ἀφικνεῖται] V. οὐ καθικνεῖται, quod habent paucis-
simi libri.

sententiam accuratius cognove-
rint, minime abigent. Quippe
οἱ θεομάντες καὶ οἱ χρησμοδοῖ
οὐ σοφία, ἀλλὰ φύσει τινὲ ἐθου-
σιάζουσι, ut est Apolog. p. 22.
C. Menon. p. 99. C. Poëtas au-
tem quod etiam infra illos col-
locavit, eius rei rationem ipse
satis aperuit verbis: ἢ τῶν περὶ
μῆτρον τις ἄλλος. Quippe poë-
sin Plato censuit contineri imi-
tandi quadam solertia, e furore
magis quam mentis intelligentia
oriunda; unde eam iudicavit ni-
hil valere ad veritatis atque ho-
nestatis rationem recte perci-
piendam. v. libr. III. et X. de
Republ. imprimis p. 598. C. D. E.
coll. Legg. II. p. 668. C. IV. p.
719. C.

E. ἐβδόμη δημιουργικὸς
ἢ γεωργικὸς] Richterius
De Ideis Platonis p. 19. quum
δημιουργικὸν explicavisset ar-
tificem, sibi persuasisset
de variis scientiae gradibus
sermonem agitari, retinendum
censuit quod vulgo legebatur,
γεωμετρικὸς ἢ δημιουργικὸς. At
primum δημιουργικὸν non ar-
tificem, sed opificem sig-
nificat; deinde vix assequaris,
cur geometrae, quem philoso-
phus sane magno in honore ha-

buit, v. de Republ. VI. p. 510.
C. sqq., tam humilis locus attri-
buatur; denique non de una scien-
tia agitur, sed illud potius de-
claratur, quomodo animi a summo
sapientiae fastigio paulatim de-
scendant ad imam vitae humanae
pravitatem et turpitudinem, quae
in vita tyranni cernitur. Tyranni
ingenium et mores Plato vivi-
dis coloribus depinxit Reipubl.
VIII. p. 562. A. sqq. Ab hac
autem turpitudine proxime abest
ὁ σοφιστικὸς ἢ δημοκοπικὸς βίος.
Nam sophistae pariter atque ora-
tores populares (δημαγωγὸν) ple-
bis auram captant eiusque cu-
piditatibus turpiter adulantur:
de qua re vide Praefat. ad Gorgiam
p. 19 sqq. Quod apte sig-
nificatur voc. δημοκοπικός s. δη-
μοκόπος, quod de ambitu usur-
pari demonstrarunt Dorvill. ad
Mariton. p. 58. et Wytten-
bach. ad Plutarch. Vol. II. p. 91.
D. Animadv. Vol. I. p. 509. ed.
Lips. Debilius est δημοτικός.
De universo vitarum ordine a
Platone hic constituto adhuc
multum ambigitur.

οὐκ ἀφικνεῖται ἐπὶ τῶν μυ-
ρίων] Etiam libro X. de Re-
publ. p. 614. A. sqq. animorum
migrationes similiter describun-

φήσαντος ἀδόλως ἢ παιδραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας. αὐταὶ δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετῇ, ἐὰν ἔλονται τρεῖς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω περωθεῖσαι τριεχιλιοστῶ ἔτει ἀπέροχονται. αἱ δὲ ἄλλαι, ὅταν τὸν πρῶτον βίον τελευτήσωσι, κρίσεως ἔτυχον. κριθεῖσαι δὲ αἱ μὲν εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιοτήρια ἐλθοῦσαι δίκην ἐπινοοῦσιν, αἱ δ' εἰς τοῦ οὐρανοῦ τινα τόπον ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι διάγουσιν ἀξίως οὗ ἐν ἀνθρώπου εἶδει ἐβίωσαν βίον. τῶ δὲ χιλιοστῶ ἀμφοτέραι ἀριζνούμεναι ἐπὶ κλήρωσίν τε καὶ αἴρεσιν τοῦ δευτέρου

P. 249. A. εἰς τοῦ οὐρανοῦ] τοῦρανοῦ ADGNO.

C. εἰς τὸ ὄν ὄντως] V. εἰς τὸ ὄντως ὄν, invitis optimis con-

tur, quamquam non commemorantur decem annorum millia. Ante ψυχὴ ἐκάστη in libro Stephani et ap. Euseb. Praep. Ev. XIII. 14. articulus abest, non improbante Heindorfio, quamquam is nec vulgatam lectionem aspernatur. Sed quem comparavit locum Apolog. Socrati. p. 39. A. ἐν ἐκάστοις τοῖς κινδύνοις, is alius est generis, propterea quod nomen cum articulo est postpositum. Rectius talia contendas: De Rep. I. p. 339. C. ἐν ταῖς πόλεσι ἐκάσταις. Cratyl. p. 389. C. εἰς τὸ ἔργον ἐκάστον. Thu cyd. VI. 63. κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκάστην.

P. 249. ἢ παιδραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας] Haec quid significat, optime perspicias ex Diotimae oratione in Sympos. p. 206. B. — 212. B. sqq. et ex ipso Phaedro infra p. 251. A. sqq. coll. Legg. VIII. p. 837. B. Dein αὐταὶ, pluralis post singularem, infertur, ut p. 231. A., ubi v. annot. Quippe intelliguntur animi philosophorum, quibus philosophus arbitratur hoc contingere, ut confecto tertio mille annorum circuitu, si ter deinceps eandem elegerint vitam, in pristinam sedem suam revertantur ibique fruuntur deorum consuetudine ac beatitate.

κρίσεως ἔτυχον] Iudicium

de animis habendum magnifice describitur De Rep. X. p. 614. B. sqq. Gorg. p. 523. A. sqq. Phaedon. p. 107. D. sqq., quae contulisse non iniucundum erit. Mox ὑπὸ τῆς δίκης κουφισθεῖσαι recte interpretatur Ficinus: aliae in coeli quandam locum per iudicium elevatae.

B. ἐν θα καὶ εἰς θη ρου B.] Comparata haec esse ad doctrinam Pythagoreorum de animorum migrationibus, vix est quod moneamus. Ad eandem etiam supra respiciebatur. Pro ἐνθα quod nuper fuit qui requireret ἐνθεν, non vidit ille, quid ἐνθα nunc significet.

εἰς τὸδε ἤξει τὸ σχῆμα] Videlicet τὸ τοῦ ἀνθρώπου. Et causam quidem, cur is tantum animus, qui conspexerit aliquando aeternam veritatem, in humanum corpus migrare queat, proximis verbis declarat, δεῖ γὰρ ἀνθρώπων ζυγίεσαι κτλ. In quibus ζυγίεσαι absolute sine casu obiecti positum, sicut nostrum erkennen, ut non opus sit aut τὸ post ζυγίεσαι inserere aut ἀλήθειαν ex superioribus repetere. Nimirum obiecti notio continetur quodammodo in verbis κατ' εἶδος, de quo loquendi genere consulas quae scripsimus ad Reip. IV. p. 436. A. Phileb. p. 65. A.

βίου αἰροῦνται ὃν ἂν ἐθέλη ἐκάστη. ἐνθα καὶ εἰς θηρίου βίον ἀνθρωπίνῃ ψυχῇ ἀρικνεῖται, καὶ ἐκ θηρίου ὅς ποτε ἀνθρώπος ἦν πάλιν εἰς ἀνθρώπον. οὐ γὰρ ἢ γε μὴ ποτε ἰδοῦσα τὴν ἀλήθειαν εἰς τὸδε ἤξει τὸ σχῆμα. δεῖ γὰρ ἀνθρώπων ζυγίεσαι κατ' εἶδος λεγόμενον, ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων εἰς ἐν λογισμῶ ζυγαιρούμενον. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἀνάμνησις ἐκείνων, ἃ C ποτ' εἶδεν ἡμῶν ἢ ψυχῇ συμπορευθεῖσα θεῶ καὶ ὑπερῖδοῦσα ἃ νῦν εἶναι φαιμεν καὶ ἀνακύψασα εἰς τὸ ὄν ὄντως. διὸ δὴ δικαίως μόνῃ περοῦται ἢ τοῦ γι-

dicibus atque longe plurimis. conf. p. 247. E.

lam vero subiungitur: λεγόμενον, h. e. quod vocatur, sicuti dicitur; de quo diximus ad Phileb. p. 20. B. Porro εἶδος emergere iudicatur ἐκ πολλῶν αἰσθήσεων, h. e. ex multis visis, ex multis sensuum perceptionibus: nam idea sive notio mentis communis comprehendit singularum rerum formas atque in animis nostris rerum sensibus subiectarum consideratione denuo exsuscitat. Itaque manifesto verborum sententia haec est: nam fas est hominem cognoscere secundum commune genus (nach Begriff od. Idee), quod fere dicitur; quod quidem, quum ex multis prodeat visis, mentis cogitatione in unum comprehenditur. Dubitatur tamen, num ipsum εἶδος recte dicatur ζυγαιροῦσαι. Quocirca Heindorf, Ast, Schleierm. alii, ζυγαιρούμενον corrigendum censuerunt, quod cohaerere cum αἰσθήσεων. Sed primum quidem ita expectaveris potius ἐνλληφθειῶν. Deinde non intelligimus, cur non rectissime τὸ εἶδος dicatur mente comprehendendi; quo certe nihil significatur aliud, quam effici illud mentis comprehensione, id quod profecto est eiusmodi, ut in na-

turam eius planissime conveniat. Denique nec alterum participium. Iὸν, ullo modo officit lectioni librorum omnium ζυγαιρούμενον. Non raro enim complura participia ita coniungi novimus, ut aliud alio definiatur, id quod hic quoque ita fieri nemo negaverit. Nam verbis, ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων apertum est indicari viam et rationem, qua fieri possit, ut mens τὸ εἶδος in unum coniungat et comprehendat. Exempla huius participiorum accumulationis bene multa apud ipsum Platonem reperiri ostendimus ad Phileb. p. 22. A. Politic. p. 293. B. 272. D. Gorg. p. 464. B. 471. C. et supra ad p. 228. B. Itaque omnia sarta tecta sunt, nec quidquam sollicitandum. Ceterum eleganter hoc loco describitur dialecticae munus et officium, similiter depictum illud etiam in Sophista p. 253. D. Politic. p. 285. A. Phileb. p. 15. sqq. infra Phaedr. p. 265. CDE. p. 266. B. p. 273. E. Quod vero Plato idearum cognitionem a vitae superioris una cum diis in rerum divinarum contemplatione actae repetit, conf. de hac sententia etiam Phaedon. p. 72. D. — 77. D. Menon. p. 81. C. Cicer. Tusc. I. 24.

C. τοῦτο δὲ ἐστὶν ἀνάμνησις] Ne putes αὐτῇ fuisse

λοσόφου διάνοια· πρὸς γὰρ ἐκείνοις αἰεὶ ἐστι μνήμη κατὰ δύναμιν, πρὸς οἷσπερ θεὸς ὢν θεὸς ἐστι. τοῖς δὲ δὴ τοιοῦτοις ἀνήρ ὑπομνήμασιν ὀρθῶς χρώμενος, τελέους αἰεὶ τελετὰς τελούμενος, τέλος ὄντως

D μόνος γίγνεται. ἐξιστάμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων σπου-

πρὸς οἷσπερ θεὸς ὢν θεὸς ἐστι] Quattuor lectiones memorat Hermias ad h. l. Τέσσαρες, inquit, φέρονται γραφαί· ἡ πρὸς οἷσπερ ὁ θεὸς ὢν θεὸς ἐστιν, ἡ πάλιν θεὸς ἐστιν, ἡ μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, πρὸς οἷσπερ ὁ θεὸς ὢν θεὸς ἐστιν, ἡ πάλιν θεὸς ἐστιν. Articulum δὲ vulgo ante θεὸς interpositum om. Bodl. Vat. Ven. II. Par. GNOT Flor. g. h. Dativum μνήμη pro μνήμη iam Hermias

scribendum, p. 245. D. τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως. Reip. I. p. 344. A. ἐστὶ δὲ τοῦτο τυραννίς, ubi v. annot. Gorg. p. 504. D. ταῦτα δ' ἐστὶ δικαιοσύνη. Phaedon, p. 73. D. τοῦτο δ' ἐστὶν ἀνάμνησις. Apol. Socr. p. 29. A. καίτοι τοῦτο πᾶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν. Videlicet τοῦτο est τὸ ξυμπίπτειν κατ' εἶδος λεγόμενον κτλ. Conf. Schaefer. ad Demosthen. Appar. T. V. p. 289.

πρὸς γὰρ ἐκείνοις — θεῖος ἐστὶ] Dictionem πρὸς τινεῖν εἶναι vel γίνεσθαι, in aliqua re esse defixum, totum in aliqua re esse, illustravimus ad Remp VIII. p. 567. A. Adde quae collegit Wyttenbach. ad Phaedon, p. 223. et Menex. p. 239. D. ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γιγνόμενον λόγῳ. Legg. III. p. 683. C. γενόμεθα ταῖς διαβολαῖς ἐν τῷ τότε χρόνῳ. De Rep. III. p. 396. D. Mox ante θεὸς cum Astio codicibus obtemperavimus articulum omitterentibus. Sic P. 248. A. ἡ μὲν ἔριστα θεῶ ἐπομένη. Ibid. C. ψυχὴ θεῶ ξυνοπαδός. P. 249. C. συμπορευθεῖσα θεῶ.

D. νοουθετεῖται — ὡς παρακινῶν] Vulgaris haec fuit philosophorum reprehensio, quam Plato tetigit etiam De Republ. VI. p. 487. VII. p. 517. D. pulcherrime exornavit Gorg. p. 481. C. sqq. — παρακινεῖν, vesa-

num esse, commotae mentis esse, delirare, ut De Republ. VII. p. 540. A. Aristoph. Ran. 658. v. Schaefer. ad Sophocl. Aiac. p. 227. Ast. ad h. l. Hermann. ad Lucian. de Hist. Conscr. p. 278. Eodem modo ὑποκινεῖν positum De Rep. IX. p. 573. C.

Ἔστι δὲ οὖν δεῦρο —] Reversurus orator ad illa, quae supra de variis animi concitationis generibus exposuit, utitur particulis δὲ οὖν, quarum vim ita licebit declarare, ut hanc dicamus esse sententiarum consecutionem: iam vero ut revertamur unde deflexit oratio, incidimus nunc ipsum in quartum furoris genus, de quo explicandum erit. Quippe illustratis tribus furoris generibus, in divinatione, scelerum expiatione cum initiationibus mysticis, atque instinctu poetico conspicuis, inde a p. 245. C. cooperat demonstrare animos esse immortales et in vita olim cum diis acta res coelestes spectavisse. Iam quum sermo veluti sponte ad prius argumentum delatus videatur, quartum furoris genus instituit illustrare, quod positum est in amore, quodque vult esse omnium longe praestantissimum.

ἦν ὅταν τὸ τῆδέ τις ὄρων — ἐραστὴς καλεῖται] Ita totum hunc locum e codd. mss.

δασμάτων καὶ πρὸς τῷ θεῶ γιγνόμενος νοουθετεῖται μὲν ὑπὸ τῶν πολλῶν ὡς παρακινῶν, ἐνθουσιάζων δὲ λέληθε τοὺς πολλοὺς.

Cap. XXX. Ἔστι δὲ οὖν δεῦρο ὁ πᾶς ἦγων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ἦν ὅταν τὸ τῆδέ τις

et Lambin. ad Horat. T. II. p. 253. A. legerunt: resposuerunt nuper Heindorfius, Astius, Bekker.

D. ἦν ὅταν τὸ τῆδέ τις ὄρων κ. —] ἦν pro vulg. ἔν' codd. omnes. Dein vett. editt. ἀναπτειρῶται. Sed πειρῶται cum Bodl. optimi. Praeterea vulgo προθυμῶται, quod unus E cum vett. fere Vat. Ven. II plurimi et editt. habet.

praeunte Bekkero emendavimus. Primaria enuntiati pars haec est: Ἔστι δὲ οὖν ὁ πᾶς ἦγων λόγος περὶ τῆς τετάρτης μανίας, ὡς ἄρα αὐτῇ πᾶσιν τῶν ἐνθουσιάζων ἀρσιστῆ — καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἦγων τῶν καλῶν ἐραστὴς καλεῖται. Verum istis, verborum praecedentium habita ratione, interserta sunt haec: ἦν ὅταν τὸ τῆδέ τις κάλλος — διακείμενος: quorum structura est sane paullo impeditior. Patet autem, sicut dudum monuimus, haec obtinere locum praecipuum: ἦν — αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος. Quippe ἦν, videlicet μανίαν, est accusativus absolutus, cohaerens ille cum αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος. Poterat etiam dici καθ' ἦν αἰτίαν ἔχει κτλ. quam vehementer deprecamur, ne quis nobis κατὰ in talibus supplendum videri criminetur. Reliqua sunt verba haec: ὅταν τὸ τῆδε — ἀμελῶν, in quibus levem quandam agnoscimus anacoluthiam. Quum enim haec omnia aut per participia possent enuntiarī, aut efferri sic, ut ὅταν cum modo coniunctivo poneretur; scriptor utramque niscuit constructionem, et quum ab ὅταν sequente coniunctivo orationem orsus esset, deinde memor iam eorum quae subiicere volebat, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος, per anacoluthon ad

participiorum usum transiit. Quod quo clarius intelligatur quale sit, memineris orationem vulgari loquendi consuetudine sic fere fuisse conformandam: ὅταν — πειρῶται τε καὶ ἀναπτειρῶμενος προθυμῶται ἀναπτειρῶται, ἀδυνατῆ δέ, ὄρηθος δίκην βλέπων ἄνω τῶν δὲ κάτω ἀμελῶν αἰτίαν ἔχει etc. In eandem fere interpretationem incidit etiam Astius, quem tamen mirati sumus in Commentariis T. X. p. 438. post participia ista ἢ supplendum iudicavisse, quod nullo pacto fieri posse contendimus. Aliter de toto loco statuit Car. Schneiderus De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 2—6, cuius sententiam referre longum est. Ceterum similem locum tractavimus De Republ. IV. p. 440. C. conf. Matthiae Gr. §. 556. annot. 2. Sed reliquum est, ut etiam de aliis quibusdam rebus dicendum sit. Itaque primum quidem τὸ τῆδε κάλλος dictum est δεικτικῶς de pulcro sub sensu subiecto. Nos dicimus: die Schönheit hier, in der Sinnenwelt. Ita ταῦτα et τὰδε saepe apud Platonem usurpatur. Mox p. 250. A. ἀναμνηστικῶσαι δ' ἐν τῶνδε ἐκείνα. Ibid. B. ἐν τοῖς τῆδε ὁμοιωμένοι. Menon. p. 81. C. τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν ἔθῳ. Phileb. p. 58. E. αἱ πολλὰ τέχνη καὶ ὅσαι περὶ ταῦτα πεπύνηται, ubi vid. annot. Dein

ὄρων κάλλος, τοῦ ἀληθοῦς ἀναμιμνησζόμενος, πτεροῦ-
ται τε καὶ ἀναπτερούμενος προθυμούμενος ἀναπτε-
σθαι, ἀδυνατῶν δέ, ὄρνιθος δίχην βλέπων ἄνω, τῶν
E κάτω δὲ ἀμελῶν, αἰτίαν ἔχει ὡς μανικῶς διακείμενος,
ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τῶν ἐνθουσιάζσεων ἀρίστη τε καὶ
ἐξ ἀρίστων τῶν τε ἔχοντι καὶ τῶν κοινωνοῦντι αὐτῆς γί-
γνεται, καὶ ὅτι ταύτης μετέχων τῆς μανίας ὁ ἐρῶν
τῶν καλῶν ἐραστῆς καλεῖται. καθάπερ γὰρ εἴρηται,
πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθεάται τὰ ὄντα,
250 ἢ οὐκ ἂν ἤλθην εἰς τόδε τὸ ζῶον ἀναμιμνήσασθαι δ'
ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥάδιον ἀπάσῃ, οὔτε ὅσαι βραχέως
εἶδον τότε τάκεῖ, οὔτε αἰ δεῦρο πεσοῦσαι ἐδυστήρησαν,
ὥστε ὑπὸ τινῶν ὀμιλιῶν ἐπὶ τὸ ἀδικον τραπόμεναι
λήθην ὧν τότε εἶδον ἰερῶν ἔχειν. ὀλίγαι δὲ λείπονται,

E. μανικῶς διακ.] μανικός Bodl. et alii quidam.
P. 250. A. ὥστε ὑπὸ τ. ὀμ. — ἔχειν] V. οὔτε ὑπὸ τ. —
ἔχον, quod ex codd. et longe plurimis et optimis emendatum est.
ἰερῶν ἔχειν] V. ἔχον, invitis codd.
ὅταν τ. τῶν ἐκεῖ ὀμ.] V. ὀπίσταν, invitis codd. paene om-
nibus. Dein Bodl. οὐκ ἔτ' αὐτῶν.

istud ὄρνιθος δίχην βλέπων ἄνω,
avis instar sursum spe-
ctans, quo stultitiae importu-
nitas depingitur, Comicus sae-
pius adhibuit, ut Avv. v. 50.
169. 264. 308. al., ut proverbii
locum obtinuisse videatur. Alia
collegit Iacobsius ad Achil-
lem. Tat. p. 847. Porro αἰτίαν
ἔχειν omnino est argui, exi-
stimari, putari, de quo for-
mulae usu dictum est ad Reip.
IV. p. 435. E. Denique obser-
vetur usus voculae ἄρα in verbis
ὡς ἄρα αὕτη πασῶν τ. ἐνθ., qui
post longiorem orationis inter-
capedinem saepe reperitur.

E. φύσει τεθεάται] h. e.
quia eius natura ita fert, natu-
raliter, naturgemäss.
Habet enim vim ac potestatem
adverbii, unde omissus est arti-
culus, ut solet ante nomina ad-
verbiorum vice fungentia omitti.
Eodem modo Legg. VI. p. 777.

D. Menex. p. 246. C. De Rep.
VII. p. 515. C. 513. A. X. 598.
A. al. — Deinceps ἢ est alio-
quin, quem usum atigimus ad
Reip. V. p. 463. D. illustravit
etiam Boissonad. ad Philo-
strati Her. p. 346.

P. 250. οὔτε ὅσαι —] h.
e. οὔτε ταύταις, ὅσαι. — Cum
toto hoc loco compares Plu-
tarchum T. II. p. 745. D. E.
fabulam de Sirenibus ad mentem
Platonis explicantem.

ὅταν τ. τῶν ἐκεῖ ὀμ.] h.
e. ὅταν τ. τῶν ἐκεῖ ὀμ.] Nam res adspectabi-
les ad idearum similitudinem ef-
formatae et expressae sunt. —
οὐκέθ' αὐτῶν γίγνονται,
non iam sui compotes man-
nent. Graeci dicunt εἰς αὐτῶν
ἐλθεῖν et ἐπινοῦν γενέσθαι, cuius
contrarium erat ἐπινοῦν ἐπινοῦν.
v. Δ bresch. Animadv. in Ae-
schyl. p. 173. Gataker. Oper.

αἷς τὸ τῆς μνήμης ἰκανῶς πάρεστιν. αὐται δὲ ὅταν
τι τῶν ἐκεῖ ὁμοίωμα ἴδωσιν, ἐκπλήττονται καὶ οὐκέθ'
αὐτῶν γίγνονται, ὃ δ' ἔστι τὸ πάθος ἀγροῦσι διὰ
τὸ μὴ ἰκανῶς διαισθάνεσθαι. δικαιοσύνης μὲν οὖν καὶ B
σωφροσύνης, καὶ ὅσα ἄλλα τίμια ψυχαῖς, οὐκ ἔνεστι
φέγγος οὐδὲν ἐν τοῖς τῆδε ὁμοιώμασιν, ἀλλὰ δι' ἀμυ-
δρῶν ὀργάνων μόγις αὐτῶν καὶ ὀλίγοι ἐπὶ τὰς εἰκό-
νας ἰόντες θεῶνται τὸ τοῦ εἰκασθέντος γένος. κάλλος
δὲ τότε ἦν ἰδεῖν λαμπρόν, ὅτε σὺν εὐδαίμονι χορῶ μα-
καρίαν ὄψιν τε καὶ θέα, ἐπόμενοι μετὰ μὲν Διὸς
ἡμεῖς, ἄλλοι δὲ μετ' ἄλλου θεῶν, εἶδόν τε καὶ ἐτε-
λοῦντο τῶν τελετῶν ἦν θέμις λέγειν μακαριωτάτην, ἦν C
ὀργιάζομεν ὀλόκληροι μὲν αὐτοὶ ὄντες καὶ ἀπαθείς
κακῶν, ὅσα ἡμᾶς ἐν ὑστέρω χρόνῳ ὑπέμενεν, ὀλόκληρα

B. καὶ ὀλίγοι] ὀλίγοι AENOT δ.
τότ' ἦν ἰδεῖν λαμπρόν] Bekkerus invitis libris cum vett.
edit. dedit: τότε τε ἦν ἰδεῖν.
τῶν τελετῶν] Articulus e libris permultis iisque optimis nu-
per revocatus. Mox vulgo ὀργιάζομεν. Recte Ven. 2 Vind. 1. 3.
4. 6. 7.

p. 739. ad Antonin. VI. §. 35.
intpp. ad Sophocl. Oed. Col.
v. 651. Philoctet. v. 950. ad
Aristoph. Vesp. v. 642. (662.
ed. Inven.) Commentar. Dindorf.
p. 445. Hermann. ad Viger. p.
749. ann. 171. et p. 858. ann.
389. Valcken. Opuscul. T. II.
p. 291 sqq.

B. μόγις αὐτῶν καὶ ὀλί-
γοι ἐπὶ τ. εἰκ.] Dissentimus de
his nonnihil eum C. Fr. Her-
manno, qui ita scribendum
censuit: μόγις καὶ ὀλίγοι αὐτῶν.
Qua transpositione verborum cer-
te non opus videbitur, ubi αὐ-
τῶν retuleris ad δικαιοσύνης καὶ
σωφροσύνης καὶ ὅσα ἄλλα τίμια
ψυχῆς, ut genitivus ex τὰς εἰ-
κόνας pendere existimetur. De
μόγις καὶ ὀλίγοι, adverbio cum
adiectivo coniuncto, v. ad Phae-
don. p. 93. B. Politic. p. 276. B.
supra ad p. 234. E.

κάλλος δὲ τότε ἦν —] V.
ad p. 248. B. collatis iis, quae
scripsimus ad Phaedon. p. 69. C.
Sympos. p. 209. E., unde discas
Platoni huius imaginis usum ad-
modum esse frequentatum. Prae-
terea adeas Lobeckium Agla-
opham. T. I. p. 34 sqq. et p. 128.
Dictionem ἰεσοθαι μετὰ τινος
Astius et Heindorf. ad h. l.
exemplis illustrarunt.

C. ἦν ὀργιάζομεν ὀλό-
κληροι —] ὀργιάζειν, quod
proprie est orgia celebrare,
hoc loco ad mysteria translatum.
v. Iacobs ad Philostrat. Imagg.
p. 325. — ὀλόκληροι, inte-
gri ac puri, quales fas erat
esse eos, qui se mysteriis ini-
tiari vellent. Mox Hirschig.
pro ὑπέμενεν consilio parum de-
liberato edidit: περιέμενεν. Po-
lyb. I. 81, 3. ἡ κόλασις ὑπομένει
αὐτόν al.

δὲ καὶ ἀπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ καὶ εὐδαίμονα φάσματα μνου-
μενοὶ τε καὶ ἐποπτεύοντες ἐν ἀνῆ καθαροῦ, καθαρὸν
ὄντες καὶ ἀσήμαντοι τούτου, ὃ νῦν σῶμα περιφέρον-
τες ὀνομάζομεν, ὁστρέου τρόπον δεδεσμευμένοι. Cap.
XXXI. Ταῦτα μὲν οὖν μνήμη κεχαρισθῶ, δι' ἣν
D πόνθω τῶν τότε νῦν μακρότερα εἴρηται. περὶ δὲ κάλ-
λους, ὡσπερ εἶπομεν, μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν,
δεῦρὸ τε ἐλθόντες κατελήφαμεν αὐτὸ διὰ τῆς ἐναρ-
γιστάτης αἰσθήσεως τῶν ἡμετέρων στίλβον ἐναργέστα-

C. ὃ νῦν σῶμα περιφέροντες] V. ὃ δὲ νῦν, invitis codd.
optimis. Dein Bodl. δεδεσμευμένοι — μνήμη.

D. μετ' ἐκείνων τε ἔλαμπεν ὄν] Sic Bodl. ΓΑΑΣΦG
Vind. 1. 3. 6. Florr. b. g. 2. alii, pro vulg. ἰόν. Pro τε vulg. δὲ

ἀπλᾶ καὶ ἀτρεμῆ] Recte
Astius ἀτρεμῆ interpretatur
placida s. constantia. Non
opus est coniectura Sylburgi
ad Clement. Alexandr. Strom.
V. p. 614. B. qui ἀτρεμῆ, vera,
legendum putabat. Mox φάσματα
qualia informanda sint, prae-
clare disputavit Lobeck. l. c.
p. 57 sqq., qui deorum quorun-
dam simulacra et symbola ini-
tialis ad intuentium proposita
esse certissimis argumentis de-
monstravit. Verbis autem μνου-
μενοὶ τε καὶ ἐποπτεύοντες quod
Heindorf. cum Valcken. ad
Hippolyt. v. 25. respici arbitra-
tur ad morem quendam, quo
mystae post quinquennium
demum ad interiorem sacrorum
spectationem admissi fuerint, to-
tum hoc de quinquennio isto
commentum nuper confutavit
idem Lobeck. l. c. p. 33 sqq.

καὶ ἀσήμαντοι] „nec si-
gnati hoc, quod nunc cir-
cumferentes corpus vo-
camus. Voce ἀσήμαντοι signi-
ficatur σῶμα tanquam σῆμα, h.
e. sepulcrum animi, ex Orphi-
corum sententia, vid. Gorg. p.
493. A. Cratyl. p. 400. B.“
ASTIUS. Cum proximis con-
tendas Phileb. p. 21. C. ζῆν δὲ

οὐκ ἀνθρώπων βίον, ἀλλὰ τινος
πνεύματος, ἢ τῶν ὄσα θαλάττια
μετ' ὁστρέων ἐμψυχὰ ἐστὶ ὀ-
μάτων, ubi de scriptura vocis
ὁστρέου satis exposuimus, de
qua v. etiam Heindorf. ad
Cratyl. p. 424. D. Ceterum cor-
pus de Platonis sententia esse
animi vinculum atque carcerem,
nemo est qui ignoret. v. Phae-
don. p. 62. B sqq. et quae dis-
putavit Wytttenbach. ad Plut.
d. S. N. V. p. 135. al.

περὶ δὲ κάλλους] absolute
dicitur, ut Lat. de pulcritu-
dine autem, h. e. quod autem
attinet ad pulcritudinem. Cuius
usus exempla quoniam Hei-
ndorf. desideravit, ad ea, quae
olim dedi, nunc accedant haec:
Infra p. 270. C. p. 274. B. De
Rep. VII. p. 538. E. Tim. p. 20.
A. Menon. p. 90. B. Theaet. p.
179. E. Legg. XI. p. 915. E. 932.
E. 936. A. Similiter eis usur-
patur, de quo Heindorf. ad
Lysid. §. 16. exposuit.

D. μετ' ἐκείνων τε ἔλαμ-
πεν ὄν] Recte hoc nuper Asti-
us e nonnullis codd., inter quos
est Clarkianus s. Bodleianus, re-
stituendum censuit. Nam quod
vulgo editum est ἰόν, id sicuti
omnino non convenit in idearum

τα. ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος
ἐρχεται αἰσθήσεων· ἢ φρόνησις οὐχ ὁράται, δεινὸς
γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναρ-
γὲς εἶδωλον παρεῖχτο εἰς ὄψιν ἰόν, καὶ τᾶλλα ὅσα
ἐραστά· νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν,
ὡστ' ἐκφανέστατον εἶναι καὶ ἐρασιμώτατον. ὃ μὲν
οὖν μὴ νεοτελής ἢ διεφθαρμένος οὐκ ὀξέως ἐνθένδε E
ἐκείσε φέρεται πρὸς αὐτὸ τὸ κάλλος, θεώμενος αὐτοῦ
τὴν τῆδε ἐπωνυμίαν. ὡστ' οὐ σέβεται προσορῶν, ἀλλ'

invitis libris mss. plurimis.

παρεῖχεν ἔρωτας] PDPT παρεῖχεν εἰς ὄψιν ἔρωτας.
καὶ τᾶλλα ὅσα ἐραστά] Buttm. coni. οἶον καὶ τᾶλλα, pro-
bante Heindorfio.

constantia, ita etiam ab aeter-
na pulcritudinis specie alienum
est. — μετ' ἐκείνων, sc. τῶν
φασμάτων.

ἢ φρόνησις οὐχ ὁράται] Unam pulcritudinem ait hoc sibi
habere proprium, ut oculis cer-
natur. Aliam esse φρονήσεως sive
sapientiae rationem, quam, si
oculis conspiceretur, ingentes
amores sui esse excitaturam
(Cicer. Offic. 1, 5. De Fin. II,
16); neque aliter de ceteris re-
tanquam deus aliquis colatur ab amatore, non simulante amorem, sed revera illo affecto, ipseque natura amicus sit cultori (nam uterque eidem deo est quasi dedicatus); etiamsi forte superiore tempore a condiscipulis et aliis quibusdam in rei odium et invdiam adductus fuerit, dicitantibus amanti appropinquare turpe esse, ideoque amatorem repudiet, tamen tempore iam procedente tum aetatis robur tum necessitas eum illuc perducunt, ut ipsum (amatorem) ad suam admittat consuetudinem. Quibus postremis haud scio an verba εἰς ταυτὸν ἄγει τὴν φιλίαν interpretationis gratia adscripta fuerint. Nihil vero iam in his inesse putamus, quod ullo modo molestum accidat. Nam quod post εἰν ἄρα καὶ in apodosi δέ inferitur, de eo vide Hermannum ad Viger. p. 846 sq. annot. 544. Herodot. VII, 103. εἰ γὰρ κέτων ἕκαστος δέκα ἀνδρῶν ἀντάξιός ἐστι, σέ δέ γε δέκαμι εἰκοσι εἶναι ἀντάξιον. — Διαβάλλεσθαι τινι vero ad Phaedon. p. 67. E. illustravimus. Male enim Heindorfius alique hoc loco deceptum esse interpretantur.

θεραπείαν ὡς ἰσόθεος θεραπευόμενος οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου τοῦ ἐρωῶτος, ἀλλ' ἀληθῶς τοῦτο πεπονθότος, καὶ αὐτὸς ὢν φύσει φίλος [εἰς ταῦτον ἄγει τὴν φιλίαν] τῷ θεραπεύοντι, ἐὰν ἄρα καὶ ἐν τῷ πρόσθεν ὑπὸ ξυμφοιτητῶν ἢ τιῶν ἄλλων διαβεβλημένος ἦ, λεγόντων, ὡς αἰσχρὸν ἐρωῶντι πλησιάζειν, καὶ διὰ τοῦτο ἀπωθῆ τὸν ἐρωῶντα, προϊόντος δὲ ἤδη τοῦ χρόνου ἢ τε ἡλικίας καὶ τὸ χρεῶν ἤγαγεν εἰς τὸ

B προσέσθαι αὐτὸν εἰς ὀμίλιαν. οὐ γὰρ δὴ ποτε εἰμαρται κακὸν κακῷ φίλον οὐδ' ἀγαθὸν μὴ φίλον ἀγαθῷ εἶναι. προσεμένον δὲ καὶ λόγον τε καὶ ὀμίλιαν δεξαμένου, ἐγγύθεν ἢ εὐνοια γιγνομένη τοῦ ἐρωῶτος ἐκ-

καὶ δεδοικυῖαν λαβεῖν] δεδιῖαν PGT, quod receperunt Bekkerus et Astius. v. Buttm. Gr. Ampl. T. I. P. II. p. 103. δεδικυῖαν Vat. A.

P. 255. οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου -] Bodl. οὐχ ὑποσημένον, quod a pr. man. mutatum in οὐχ ὑποσηματιζομένου. Et sic scriptum in septem Florr.

εἰς ταῦτον ἄγει τ. φιλίαν] Omittunt haec verba Bodl. ΓΣΦCDEFGHT, quinque Florr. alii; recte. v. ann. Tum Steph. conl. καὶ ἐὰν ἄρα, vel ἐὰν δ' ἄρα.

ἀπωθῆ τὸν ἐρωῶντα] V. ἀπωθεῖ, quod e duobus Florr. Par. H. et corr. Γ mutatum. Alii ἀπωθοῖ vel ἀπωθοῖ. Pro ἐρωῶντα ΔΞΠΣDEFPPT et pr. BC scriptum exhibent ἔρωτα.

οὐχ ὑπὸ σχηματιζομένου — πεπονθότος] τοῦτο, intellig. τὸ ἐρῶν. Quod alii legunt οὐχ ὑποσηματιζομένου, Ruhnkentio ad Tim. p. 245., Heindorfio, aliis assentientibus, id etsi per se recte habet, quandoquidem ὑποσηματιζοῦμαι pro προσποιεῖσθαι καὶ πλάττεισθαι dici consuevit; tamen vulgatae lectioni non praeferam. Nam primum praepositione ὑπὸ aegre caruerim. Deinde facile potuit accidere, ut ὑπὸ cum sequenti σχηματιζοῦμαι connecteretur, quia post ἀλλά non est repetitum. Quod tamen eiusmodi est, nihil ut habeat offensionis. Conf. infra p. 273. E. Demosthen. Olynth. I. p. 10. 32. Reisk. ὅτι νῦν οὐ περὶ δόξης οὐδ' ὑπὲρ μέρους χώρας πολεμοῦσιν, ἀλλ' ἀναστάσεως καὶ ἀνδραποδισμοῦ. Id. De Co-

rona §. 91. p. 264. R. οὐ μόνον ἐν τοῖς νόμοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἡμετέροις ἠθεοῖν ὄρισται. Plat. Theaet. p. 149. C. γινώσκεισθε μᾶλλον ὑπὸ τῶν μαίων ἢ τῶν ἄλλων. Denique σχηματιζοῦμαι simulandi significatione positum sicuti non ab usu loquendi abhorret, ita ab librariis facile postponi potuit usitati illi ὑποσηματιζοῦμαι.

B. οὐ γὰρ δὴ ποτε — ἀγαθῷ εἶναι] nunquam enim fato est constitutum, ut malus malo amicus sit, aut bonus non sit amicus bono. Illustrant haec verba quod modo dixerat καὶ τὸ χρεῶν ἤγαγεν. De sententia conf. Symp. p. 195. B. Lys. p. 214. A.

πρὸς τὸν ἐνθεον φίλον] si ad amicum numine plenum comparentur.

πλήττει τὸν ἐρωῶμενον, διαισθανόμενον, ὅτι οὐδ' οἱ ξύμπαντες ἄλλοι φίλοι τε καὶ οἰκεῖοι μοῖραν φιλίας οὐδεμίαν παρέχονται πρὸς τὸν ἐνθεον φίλον. ὅταν δὲ χρονίῃ τοῦτο δρῶν καὶ πλησιάζῃ μετὰ τοῦ ἀπεισοῦθαι ἐν τε γυμνασίοις καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὀμίλιας, C τὸτ' ἤδη ἢ τοῦ ῥεύματος ἐκείνου πηγῆ, ὃν ἕμερον Ζεὺς Γανυμήδους ἐρῶν ἀνόμασε, πολλὴ φερομένη πρὸς τὸν ἐραστήν, ἢ μὲν εἰς αὐτὸν ἔδν, ἢ δ' ἀπομεστομένου ἔξω ἀπορῶε. καὶ οἶον πνεῦμα ἢ τις ἠχώ ἀπὸ λείων τε καὶ στερεῶν ἄλλομένη πάλιν ὅθεν ὠρμήθη φέρεται, οὕτω τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα πάλιν εἰς τὸν καλὸν διὰ τῶν ὀμμάτων ἰόν, ἢ πέφυκεν ἐπι-

εἰς τὸ προσέσθαι] V. προσέσθαι, quod Heindorf. mutandum vidit. Multi libri πορεύεσθαι. Unus Γ προσέσθαι. Flor. i. προσέσθαι: unde recepta lectio confirmatur.

B. καὶ λόγον τε καὶ ὄμι.] τε om. Bodl. ΔΠDEFGNO PT. Nolumus voculam abicere, a criticis, ut videtur, ideo deletam, quia καὶ λόγον τε moleste ferebant.

μετὰ τοῦ ἀπεισοῦθαι] Bodl. et multi alii μετὰ τοῦτο ἀπεισοῦθαι. Dein ἐν ante ταῖς ἄλλαις Hirsch. sine caussa extrusit.

C. ἔξω ἀπορῶε] ἀπορεῖ Bodl.

ἄλλομένη πάλιν] V. ἀλωμένη, quod e Bodl. Flor. a. b. c. g. h. θ. Vindobb. 1. 3. 4. 6. 7. a. al. et Euseb. Praep. Evang. XIII. 20. p. 709. C. emendatum, qui partim ἄλλομένη scribunt.

Ἢταν δὲ χρονίῃ —] Subiectum, quod vocant, non esse amatorem, sed amatum, satis docent quae sequuntur: καὶ πλησιάζῃ μετὰ τοῦ ἀπεισοῦθαι, et φερομένη πρὸς τὸν ἐραστήν. Quocirca Astius minus recte statuit τοῦτο δρῶν referri ad superiora illa ἐγγύθεν ἢ εὐνοια γιγνομένη et φίλαν παρέχονται, quum intelligatur potius τὸ προσέσθαι αὐτὸν καὶ λόγον τε καὶ ὀμίλιαν δεξασθαι, ut iam Heindorf. et Schleierm. animadverterunt. Ceterum de amore adolescentium in gymnasiis orto v. Sympos. p. 409. C. et Theag. p. 234. C.

C. ὃν ἕμερον — ἀνόμασε] Lepide Iupiter ipse, amoris Philosphi auctor, fingitur τοῦ ἕμερον nomen posuisse, de quo supra p. 251. C. Quod ὃν ἕμερον

dictum est, pronomine relativo sequenti nomini accommodato, de eo iam olim conferri iussimus Schaeferum ad Viger. p. 708. Epimetr. ad Aristoph. Plut. p. XLV. Hodie addes quae de hac loquendi forma, utriusque linguae scriptoribus communi, subtiliter disseruit G. T. A. Krüger De Attractione Linguae Lat. p. 122 sqq. §. 53.

τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα — διὰ τῶν ὀμμάτων ἰόν] De pulcritudinis effluvio (κάλλους ἀπορῶε) v. Aeschyl. Agam. 419. Sophoc. Antig. 795. Eurip. Hippolyt. 527. ibique Valcken. p. 224. Mox quod vulgo scribebatur ἀφικόμενον, καὶ ἀναπτερωῶσαν τὰς διόδους, id Heindorfium in eum induxit errorem, ut ἀναπτερωῶσαν, quippe incommode neque usitato signi-

την ψυχὴν ἵνα, ἀφικόμενον καὶ ἀναπτεροῦσαν τὰς
 D διόδους τῶν πτερῶν ἄρδει τε καὶ ὤρησε πτεροφρεῖν
 τε, καὶ τὴν τοῦ ἔρωμένου αὐτῆς ψυχὴν ἔρωτος ἐνέπλη-
 σεν. ἐρᾷ μὲν οὖν, ὅτου δέ, ἀπορεῖ· καὶ οὐθ' ὅ τι
 πέπονθεν οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι, ἀλλ' οἷον ἀπ'
 ἄλλου ὀφθαλμίας ἀπολελανκῶς πρόφασιν εἰπεῖν οὐκ
 ἔχει, ὡς περὶ δὲ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἔρωτι ἑαυτὸν
 ὁρῶν λέληθε. καὶ ὅταν μὲν ἐκείνος παρῆ, λήγει κατὰ
 ταῦτα ἐκείνῳ τῆς ὀδύνης· ὅταν δὲ ἀπῆ, κατὰ ταῦτα

D. ἀντίερωτα ἔχων] V. ἀντί ἔρωτος ἔχων. Veram lectionem
 codd. fere omnes servarunt. Bodl. ἀντί ἔρωτα, unde erroris causa
 apparet. v. Cens. in Ephemer. Ienens. a. 1824. n. 208. p. 213.

ficatu positum, in ἀναπτεροῦσαν
 mutandum putaret. At enim ve-
 ro recte observavit Astius τὰς
 διόδους cum sqq. ἄρδει cohae-
 rere, ut ad ἀναπτεροῦσαν intelli-
 gendum sit αὐτόν. — De praesentis
 ἄρδει cum aoristo ὤρη-
 σε coniunctione vide Heindorf.
 ad Phaedon. p. 84. D Matth. Gr. §. 504.

D. καὶ οὐθ' ὅ τι πέπον-
 θεν οἶδεν οὐδ' ἔχει φράσαι] Hic locus non caret offensione.
 Nam etiamsi concesseris non
 praeter usum rectamque rationem
 post οὔτε hoc loco in altero
 membro οὐδὲ inferri, de quo lo-
 quendi genere alibi explicavimus,
 tamen nemo erit quin facile lar-
 giatur ita hanc potius requiri
 verborum collocationem: καὶ ὅ
 τι πέπονθεν οὔτε οἶδεν οὐδ' ἔχει
 φράσαι. Quocirca haud scio an
 Buttmanno adstipulandum sit
 οὐδ' ὅ τι πέπονθεν emendanti.
 Nam ita haec erit verborum sen-
 tentia: ne hoc quidem no-
 vit, quid sit illud, quo af-
 fectus sit, neque eloqui
 illud potest. Quippe prius
 οὐδὲ est ne quidem; alterum
 autem copulandi vim et potesta-
 tem habet. Quam quidem ratio-
 nem etiam C. Fr. Hermann.
 nuper comprobavit.

ἀλλ' οἷον — λέλειθε] sed

quasi per alium lippitu-
 dine affectus causam rei
 nullam afferre potest, sed
 tanquam in speculo in
 amatore suam ipsius ima-
 ginem inscius conspiciit:
 hoc est, amatoris adspectu ipse
 quoque amoris affectu movetur
 atque concitatur. Elegans com-
 paratio, ducta a veterum opi-
 nione, qua credebant morbos
 oculorum per ipsum adspectum
 cum aliis communicari; qua de
 re Heindorf. conferris iussit
 Gesnerum ad Orat. de Har-
 ruspicum Respons. p. 345. ed.
 Wolf. Cui addendus Wytt-
 bach. ad Plut. Mor. p. 681. D.
 τῶν ἄλλων νοσημάτων μάστιγα
 καὶ τάχιστα τὰς ὀφθαλμίας ἀνα-
 λαμβάνουσι οἱ συνόντες. et ad
 Plut. p. 53. C. Loco genitivi
 ὀφθαλμίας etsi accusativus ex-
 pectabatur ὀφθαλμίων, quia ἀπο-
 λαύειν τινος est fructum ex
 aliqua re percipere; tamen
 genitivum partitionis locum ha-
 bere posse, etiamsi accipien-
 di notio verbo sit attributa, pla-
 ne nobis persuasimus. Vide quae
 scripsimus ad Reipubl. III. p.
 395. C. coll. Matth. Gr. §. 327.
 Dein poterat etiam dici: ὡς περ
 δὲ ἐν κατόπτρῳ τῷ ἔρωτι, prae-
 positione secundo loco ommissa;
 sicuti scribi iubet Cobet. Varr.

αὐτῷ ποθεῖ καὶ ποθεῖται, εἰδῶλον ἔρωτος ἀντέρωτα
 ἔχων· καλεῖ δὲ αὐτὸν καὶ οἶεται οὐκ ἔρωτα, ἀλλὰ φι- E
 λίαν εἶναι. ἐπιθυμῆ δὲ ἐκείνῳ παραπλησίως μὲν, ἀσθε-
 νεστέρως δὲ ὁρᾶν, ἀπτεσθαι, φιλεῖν, συγκατακεῖσθαι.
 καὶ δὴ, οἷον εἰκός, ποιεῖ τὸ μετὰ τοῦτο ταχὺ ταῦτα.
 ἐν οὖν τῇ συγχοιμήσει τοῦ μὲν ἔραστοῦ ὁ ἀκόλαστος
 ἵππος ἔχει ὅ τι λέγει πρὸς τὸν ἡνίοχον, καὶ ἀξιοῖ
 ἀντι πολλῶν πόνων σμικρὰ ἀπολαῦσαι· ὁ δὲ τῶν παι- 256
 δικῶν ἔχει μὲν οὐδὲν εἰπεῖν, σπαργῶν δὲ καὶ ἀπορῶν

E. ἔχει ὅ τι λέγει] V. λέγοι. Codd. omnes λέγει. Bekkerus
 edidit λέγη. Mox Par. NOP et Monacc. ἀντι τῶν πολλῶν, pro-
 bante Astio.

Lectt. p. 165; sed vide annot.
 ad Phaedon. p. 67. D. — κατὰ
 ταῦτα ἐκείνῳ, pariter at-
 que ille.

εἰδῶλον ἔρωτος ἀντέρω-
 τα ἔχων] Hanc lectionem cum
 Bekkero, Schneidero, Astio, aliis,
 unice veram putamus. Quippe
 ἀντέρωτος est amor mutuus.
 Qui quod vocatur εἰδῶλον ἔρωτος,
 intelligitur quasi amoris imago
 repercussa. Pulcherrima est ima-
 go, qua Ἀντίερος cum Amore
 de palma certare fingebatur. v.
 Pausan. VI. 234. Ceterum Ἀν-
 τίερος etiam vindex putabatur
 esse amoris repudiati; de quo
 v. Böttiger. in Commentatione:
 Eros u. Anteros, quae
 inserta est Vol. I. operis: Klei-
 ne Schriften etc. p. 159 sqq.

E. ἔχει ὅ τι λέγει] Locus
 admodum controversus. Veteres
 edidit. λέγοι, quod sicuti caret
 codicum auctoritate, ita nec ad
 rem satis aptum videtur. Nam
 etiamsi optativum interpreteris
 ita, ut dicas eum ad ipsius equi
 mentem ac voluntatem referri
 oportere, adeoque significet: quod
 dicere cupiat; tamen ea ratio
 minime in hunc locum congruit,
 sicuti apparet ex opposi-
 tis verbis: ἔχει μὲν οὐδὲν εἰπεῖν.
 Im. Bekkerus de coniectura
 scripsit λέγη. Atenimvero id,

quia item librorum destituitur
 testimoniiis, nondum adduci po-
 tui ut pro vero habeam, etiamsi
 per se dici potuit rectissime.
 Codices fere omnes quum scri-
 ptum exhibeant ὅ τι λέγει. G.
 Hermannus ὅ τι λέγειν corri-
 gendum suspicatur, collatis iis,
 quae ad Sophocli. Oed. Col. 48.
 annotavit. Nec tamen opus esse
 existimamus a librorum scriptura
 vel tantillum discedere. Nam
 istud ἔχει ὅ τι λέγει quid tandem
 aliud significat, nisi hoc: in
 promptu habet id, quod dici-
 cit, ut prope idem sit quod ἔχει
 τι, ὅ λέγει? Quid autem illud
 sit quod iam proferat, diluci-
 dius exponitur verbis sequenti-
 bus: καὶ ἀξιοῖ — ἀπολαῦσαι, ut
 facile appareat, cur scriptor ἔχει
 ὅ τι λέγει quam ἔχει τι λέγειν
 dicere maluerit.

P. 256. σπαργῶν δὲ καὶ
 ἀπ.] σπαργῶν dici qui venere
 tumeant, ostendit Ruhnk. ad
 Tim. Gloss. p. 234. Proxima,
 οἷός ἐστι μὴ ἂν ἀπαρηθῆναι, sic
 interpreteris: τοιοῦτός ἐστιν, ὡς-
 τε μὴ ἂν ἀπαρηθῆναι, h. e.
 iam talis evasit, sive eo
 pervenit, ut non recusaturus
 sit pro parte virili
 morigerari amatori etc.
 Non pauci tamen codd. ἂν igno-
 rant.

περιβάλλει τὸν ἔραστην καὶ φιλεῖ, ὡς σφόδρ' εὖνον
 ἀσπαζόμενος, ὅταν τε συγκατακέωνται, οἷός ἐστι μὴ
 ἂν ἀπαρηθῆναι τὸ αὐτοῦ μέρος χαρίσασθαι τῷ ἐρω-
 ντι, εἰ δεηθεῖ τυχεῖν. ὁ δὲ ὁμοῦς αὖ μετὰ τοῦ ἡμιό-
 χου πρὸς ταῦτα μετ' αἰδοῦς καὶ λόγου ἀντιτείνει.
 Cap. XXXVII. ἔαν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγμένην τε
 δίαιταν καὶ φιλοσοφίαν νικήσῃ τὰ βελτίω τῆς διανοίας
 ἀγαθόντα, μακάριον μὲν καὶ ὁμοιοητικὸν τὸν ἐνθάδε
 βίον διάγουσιν, ἐγκρατεῖς αὐτῶν καὶ κόσμοι ὄντες,
 δουλωσάμενοι μὲν ᾧ κακία ψυχῆς ἐνεργίγνεται, ἐλευθε-
 ρώσαντες δὲ ᾧ ἀρετῇ τελευτήσαντες δὲ δῆ, ὑπόπτε-
 ροι καὶ ἐλαφροὶ γεγονότες, τῶν τριῶν παλαισμάτων
 τῶν ὡς ἀληθῶς Ὀλυμπιακῶν ἐν νενικήκασιν, οὗ μεί-

P. 256. A. μὴ ἂν ἀπαρηθῆναι] ἂν om. Bodl. A S D G T
 et pr. P. probante Hermanno, qui in οἷός ἐστι vim particulae con-
 tineri statuit. In quo cum viro doctissimo utique dissentimus, quum
 δόνασθαι et οἷόν τ' εἶναι longe aliud quid significet quam ἂν cum
 modis verbi consociatum (conf. ad p. 235. B.) criticus autem ille,
 cui horum codicum recensionem debemus, particulam ἂν post ista
 verba illatam aegre tulisse videatur, utpote insolentius usurpatam.

B. ἔαν μὲν δὴ οὖν εἰς τεταγ-
 μένην φ.] Accessit δὴ e Bodl. alisque plu-
 rimis. Plene Bodl. ἀντιτείνει: ἂ μὲν δὴ. Idem mox viliose νική-
 σει pro νικήσῃ.

ἔαν μὲν δὴ οὖν εἰς τετα-
 γμένην —] Iungas in hunc
 modum: ἔαν μὲν δὴ οὖν τὰ βελ-
 τίω τῆς διανοίας νικήσῃ ἀγαθόντα
 εἰς τεταγμένην τε δίαιταν καὶ φι-
 λοσοφίαν.

B. δουλωσάμενοι μὲν ᾧ
 κακία ψυχῆς ἐνεργίγνεται]
 h. e. δουλωσάμενοι μὲν τοῦτο τῆς
 ψυχῆς (eam animi partem), ᾧ
 κακία ἐνεργίγνεται. De Rep. VI. p.
 490. B. ᾧ προσήκει ψυχῆς ἐπά-
 πτεσθαι τοῦ τοιούτου. Ibid. p.
 507. C. τῷ οὖν ὁρώμεν ἡμῶν αὐ-
 τῶν τὰ ὁρώμενα;

τῶν τριῶν παλαισμάτων
 —] Respiet ad p. 249. A. Ce-
 terum luctator ter demum deiecto
 adversario victor renuntiabatur;
 unde proverbiale loquendi genus
 fluxit τὸ τρίτον πάλειμα, quo

usus est Plato etiam Euthydem.
 p. 277. C. atque vocc. τριακῆν,
 τριακμός, τριακίος et τριακίη.
 Rem fusius persequuntur Span-
 hem. ad Julian. Orat. I. p. 261
 sqq. conf. Wytttenbach. ad
 eand. p. 214. ed. Lips. Jacobs
 ad Achill. Tat. p. 986. Huschke
 Anal. Crit. p. 155.

C. τὰχ' ἂν πού ἐν μέθαις
 — διεπραξάντο] h. e. facile
 accidere potest, ut in ebrietate
 vel alia quadam incuria ferocien-
 tes ipsorum equi animos non
 satis custoditos deprehendant iis-
 que in unum conductis illud, quod
 vulgus beatissimum praedicat,
 eligant atque perficiant. Quippe
 λαμβάνειν hic quoque ita dictum,
 ut fere idem sit quod καταλαμ-
 βάνειν: de qua re quae scripsim-
 us ad Gorg. p. 473. et Rempubl.

ζον ἀγαθόν οὔτε σωφροσύνη ἀνθρώπινη οὔτε θεία
 μανία δυνατὴ πορίσαι ἀνθρώπων. ἔαν δὲ δὴ διαίτη
 φροτικωτέρα τε καὶ ἀφιλοσόφου, φιλοτίμου δὲ χρήσων-
 ται, τὰχ' ἂν πού ἐν μέθαις ἢ τιμῇ ἄλλῃ ἀμελείᾳ τῷ
 ἀκολάστῳ αὐτοῖν ὑποζυγίῳ λαβόντε τὰς ψυχὰς ἀφρού-
 ρους, ξυναγαγόντε εἰς ταῦτόν, τὴν ὑπὸ τῶν πολλῶν
 μακαριστῆν αἴρεσιν εἰλέτην τε καὶ διεπραξάντο: καὶ
 διαπραξαμένῳ τὸ λοιπὸν ἤδη χαῶνται μὲν αὐτῇ, σπα-
 νία δέ, ἅτε οὐ πάσῃ δεδομένα τῇ διανοίᾳ πράττον-
 τες. φίλω μὲν οὖν καὶ τοῦτο, ἦττον δὲ ἐκείνων ἀλλή-
 λων διὰ τε τοῦ ζῶτος καὶ ζῶ γενομένῳ διάγουσι, D
 πίστει τὰς μεγίστας ἡγουμένῳ ἀλλήλων δεδοκέναι τε
 καὶ δεδέχθαι, ἅς οὐ θεμιτὸν εἶναι λύσαντας εἰς

C. τὰχ' ἂν πού ἐν μέθαις] Vind. 1. 3. τὰχα πού.
 ξυναγαγόντε εἰς ταῦτόν] Flor. a. b. c. i. Par. NOP.
 ξυναγαγόντες. Γ S B C E H ξυναγαγόντες. v. annot. Tum Euseb.
 καὶ διεπραξάνθη. Dein vulgo σπάνια, quod ex codd. emendatum.
 Ceterum Heindorfius adstipulante Astio ex uno Eusebio dedit αἴ-
 ρεσιν εἰλέσθην. Codd. tenent εἰλέτην. Nimirum εἰλέτην est capi-
 unt, sumunt sic ergreifen die Wahl, nec vero: sibi eli-
 gunt. Recte igitur activum se habet, de quo non debebat dubi-
 tare Voegelinus cum Astio et Heindorfio. Mox vulg. σπάνια, in-
 vitis codd.

X. p. 609. C. iis adde quae iam
 a Dorvillio ad Chariton. p.
 599. notata sunt. Neque aliter
 Latini. Horat. Carm. II. 16. 1.
 Otium rogat in patenti —
 prensus Aegeo. Virgil. Aen.
 V. 52. Pluralis numerus cum
 duali consociatus ne quem offen-
 dat, Protagor. p. 317. C. ἐν δὲ
 τούτῳ Καλλίας τε καὶ Ἀλκιβιά-
 δης ἤκειν ἄγορῃ τὸν Προδίκον,
 ἀναστῆσαντες ἐκ τῆς κλῆτης, ubi
 Heindorfius coniecit ἀναστή-
 σαντε. Homer. Iliad. ψ. 639.
 παρήλασαν Ἀχιλλεῖον, πλήθει
 προσθε βαλόντες. Platon. Euthydem.
 p. 273. D. ἐγελασάντην
 γοῶν ἄμφω, βλέψαντες εἰς ἀλή-
 λους. Etiam infra pag. 261. B.
 optimi libri: σχολάζοντες συνε-
 γραφάντην. ubi vulgo σχολάζοντες.
 Pag. 278. B. τῷ καταβάντε

ἡκούσαν λόγων. conf. p. 254. A.
 ibique varr. lectt. Verbi δια-
 πραξέσθαι usum ad p. 232. D.
 et 234. A. notavimus. De τὰχ'
 ἂν v. Hermannum De parti-
 cula ἔν p. 43 sq.

διὰ τε τοῦ ζῶτος —]
 „Recte Ficinus: tum ser-
 vente amore, tum restin-
 cto; ut διὰ βίου, δι' ἡμερας, v.
 Valeken. ad Herod. VI. 12.“
 HEINDORF. — Verissime
 Schleiermach.: als Freun-
 de also werden auch diese,
 obgleich nicht ganz so
 wie iene, mit einander
 während ihrer Liebe und
 auch, wenn sie darüber
 hinaus sind, leben.“

καὶ δεδέχθαι] Int. παρ'
 ἀλλήλων. v. ad Menex. p. 243. D.

ἐχθραν ποτὲ ἐλθεῖν. ἐν δὲ τῇ τελευτῇ ἅπτεροι μὲν, ὠρμηκότες δὲ πτεροῦσθαι ἐκβαίνουσι τοῦ σώματος, ὥστε οὐ σμικρὸν ἄθλον τῆς ἐρωτικῆς μαρίας φέρονται· εἰς γὰρ σότον καὶ τὴν ὑπὸ γῆς πορείαν οὐ νόμος ἐστὶν ἔτι ἐλθεῖν τοῖς κατοργημένοις ἤδη τῆς ὑπουρανοῦ πορείας, ἀλλὰ φανὸν βίον διάγοντας εὐδαιμονεῖν μετ' ἄλλήλων πορευομένους, καὶ ὁμοπτέρους ἐρωτος χάριν, ὅταν γένωνται, γενέσθαι.

Cap. XXXVIII. Ταῦτα τοσαῦτα, ὦ παῖ, καὶ

D. τῆς ὑπουρανοῦ πορείας] Legebatur *leporationem*, quod ex codd. longe plurimis et Euseb. mutatum est. Bodl. tamen vulgatum servare videtur, si quid ex Gaisfordi silentio colligere licet. Illud ob adiectum *κατοργημένοις* placet. Vulgatum tenuit Astius et Hermannus Excurs. p. 384. requirebat *ὑπερουρανοῦ*. Atqui intelligitur animorum iter sursum inde a terra ad τὴν ὑπουρανοῦ ἀψίδα susceptum: neque enim illi continuo in superficie coeli vehuntur. Ex quo apparet veram esse codicum lectionem.

E. ὅταν γένωνται] Sic Ald. cum Bodl. aliisque plurimis.

D. ἐν δὲ τῇ τελευτῇ — φέρονται] Schleiermach.: „Am Ende aber gehen sie unbefiedert zwar, doch schon mit dem Triebe sich zu befiedern, aus dem Körper, so dass auch sie nicht geringen Lohn für den Wahnsinn der Liebe davontragen.“ De re conf. Phaedon. p. 81. A sqq.

E. ὅταν γένωνται, γενέσθαι] Male Astius *ἵταν* interpretatur ut, *gesetzt* dass. Imo vocula indicat tempus indefinitum, ut sit quando cunque, vel si quando. v. Phaedon. p. 68. D. Phileb. p. 31. B. Euthyphr. p. 7. D. Gorg. p. 468. A. B. Polit. II. p. 374. A. Ibid. IV. p. 439. C. Euthydem. p. 280. B., de quibus locis alibi monuimus. Quippe *ἵταν* nunquam non ad tempus designandum adhibetur.

καὶ θεῖα οὐτῶ] Charmid. p. 157. B. μήτε πλοῦσιον οὐτῶ μηδὲνα εἶναι μήτε γενναίων. De Republ. VI. p. 500. A. χαλεπὴν οὐτῶ φῶσαν εἶναι, ubi v. ann.

coll. Baehr. ad Plutarch. Philopoem. p. 48 sqq. Etiam alia adverbialia ita postponuntur. Parmenid. p. 129. E. ἀνδρείως πάνν. Ion. p. 533. E. μακρὸς πάνν. Gorg. 450. D. ἢ βραχίως πάνν. p. 488. E. βέλτερος πολύ. Hipp. mai. p. 282. E. ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πάνν. Menex. p. 235. A. γενναίως πάνν. Phaedr. p. 252. B. ὑβριστικῶν πάνν. Aristoph. Rann. v. 615. πᾶγμα γενναίων πάνν. Ibid. v. 768. πολλῇ πάνν. Ibid. 1124. et 1134. Plat. Sophist. p. 225. C. κατὰ τὰ σμικρὰ ἴλιαν καὶ παντοδαπὰ διήρηται. Eurip. Hippolyt. p. 489. οὐ καλοὶ ἴλιαν λόγοι. al.

ἢ δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐρ. —] Egregie Schleiermach.: „Die Vertraulichkeit aber mit dem Nichtliebenden, welche durch sterbliche Besonnenheit verdünnt auch nur sterbliches und sparsames austeilt, erzeugt in der geliebten Seele eine von der Menge als Tugend gelobte Gemeinheit, und wird ihr Ursach neuntau-

θεῖα οὐτῶ σοι δωρήσεται ἢ παρ' ἐραστοῦ φίλια. ἢ δὲ ἀπὸ τοῦ μὴ ἐρώντος οικειότης, σωφροσύνη θνητῆ κεκραμένη, θνητά τε καὶ φειδωλὰ οἰκονομοῦσα, ἀνελευθερίαν ὑπὸ πλήθους ἐπαινουμένην ὡς ἀρετὴν τῇ φίλῃ ψυχῇ ἐντεχοῦσα, ἐννέα χιλιάδας ἐτῶν περὶ γῆν 257 κυλινομένην αὐτὴν καὶ ὑπὸ γῆς ἄνουν παρέξει.

Αὕτη σοι, ὦ φίλε Ἔρωε, εἰς ἡμετέραν δύναμιν ὅ τι καλλίστη καὶ ἀρίστη δέδοται τε καὶ ἐκτέταται παλινοφία, τὰ τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν ἠναγκασμέ-

Legebatur olim *γένηται*, quod habent codd. EF.

καὶ θεῖα οὐτῶ] Sic Bodl. *ΑΠΔΓΝ*. Florr. g. h. al. Vulgo erat καὶ οὐτῶ θεῖα. v. annot.

P. 257. περὶ γῆν κυλινδ.] Sic CH rδ et rec. *ΓΒΔΕ* et alii nonnulli. Vulgatum *περὶ τὴν* iam Dorvill. ad Charit. p. 160. emendavit.

δέδοται τε] *δέδοται* Bodl. cum aliis bene multis. NO *δέδοται*, unde Winckelm. ad Euthyd. p. 18. putabat *δέδοται* scribendum esse. Non credo.

send Jahre auf der Erde sich herum zu treiben und vernunftlos unter der Erde.“ Quippe *κεράνυσθαι*, *συκεράνυσθαι*, al., non raro adulterandi, polluendi, conturbandi notionem comprehendunt, quae sunt verba Creuzeri ad Plotin. de Pulcr. p. 256. Animos eorum, qui corporum cupiditatibus dediti fuerunt, nec post mortem in coelum evolare, sed circa terram volitari, philosophus etiam Phaedon. p. 81. C sqq. et aliis locis statuit.

P. 257. ἐκτέταται παλινοφία] *ἐκτέταται* significat hanc alteram orationem Amori tanquam debitum quoddam persolutam esse, quippe in quem antea graviter esset peccatum. Mire Astius: „Exstructum est tanquam monumentum,“ afferens insuper Horatianum illud: „Exegi monumentum aere perennius“ iuxta cum Pindaricis quibusdam. Istud vero est non quidem docte sed perquam indocte hallucinari. De *εἰς δύναμιν* cum ὅ τι καλλίστη

coniuncto ne quis incertus haereat, eodem modo Republ. IV. p. 427. E. Legg. V. p. 458. E. *εἰς δύναμιν ὅ τι κάλλιστα*. Legg. V. p. 739. D. ὅ τι κάλλιστα κατὰ δύναμιν. Ibid. IV. p. 717. C. *εἰς δύναμιν ὅ τι κάλλιστα*. IV. p. 783. D. ὡς ὅ τι κάλλιστος εἰς δύναμιν. VII. p. 817. B. κατὰ δύναμιν ὅ τι κάλλιστα. Ibid. V. p. 739. C. bis. E. VI. p. 766. A. 777. D. Politic. p. 273. B. 308. A. 279. C. Sophist. p. 226. A. τὰ τε ἄλλα — διὰ Φαῖδρον εἰρηθεῖν] Heusdius Imit. Phil. Plat. Vol. I. p. 137. „Scilicet scripsit hunc dialogum Plato, non ut Symposium proveciore aetate, sed ipso iuventutis vigore. Quo factum, ut vim poeticam, qua natura valebat, in eo scribendo explicaret totam. Et hinc sublimitas illa, hinc sensus illi excelsi de pulcro et vero, quales hic unice expressos reperimus. Exstant in hoc dialogo Pythagoreorum placita: μῦθον illum eorum metempsychosi magnam partem debemus. Quodsi cum hisce Pythagorica compara-

νη ποιητικοῖς τισι διὰ Φαῖδρον εἰρησθαι. ἀλλὰ τῶν προτέρων τε συγγνώμην καὶ τῶνδε χάριν ἔχων εὐμενῆς καὶ ἕλεως τὴν ἐρωτικὴν μοι τέχνην, ἣν ἔδωκας, μήτε ἀφέλῃ μήτε πηρώσης δι' ὀργὴν, δίδου δ' ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν παρὰ τοῖς καλοῖς τίμιον εἶναι. τῷ πρόσθεν δ' εἴ τι λόγῳ σοι ἀπηνῆς εἶπομεν Φαῖδρός τε καὶ ἐγώ, Ἀυσίαν τὸν τοῦ λόγου πατέρα αἰτιώμενος παῦε τῶν τοιούτων λόγων, ἐπὶ φιλοσοφίαν δέ, ὡς περὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Πολέμαρχος τέτραπται, τρέψον, ἵνα καὶ ὁ ἔραστής ὅδε αὐτοῦ μηκέτι ἐπαμφοτερίζῃ, καθάπερ νῦν, ἀλλ' ἀπλῶς πρὸς Ἐρωτα μετὰ φιλοσόφων λόγων τὸν βίον ποιῆται.

τὴν ἐρωτικὴν μοι τέχνην] Sic Vat. Ven. II Bodl. et alii multi. V. τὴν μοι ἐρ. τ. Dein vett. editt. ἔδωκας, quod item e Bodl. et non paucis aliis correctum. Pro δ' ἔτι vulgo erat τ' ἔτι, invitiss codd. melioribus.

B. τῷ πρόσθεν —] Vulg. ἐν τῷ πρ. Praepositionem omitunt Bodl. AHDGNOPT Florr. g. h.

mus, quae in Phaedone v. c. et in Politia occurrunt, sic vero nobis in Phaedro iuvenilis auctoris vigor apparebit. Nec vero diffiteor vitia hinc etiam contraxisse dialogum. Qui enim ordo in Symposio, in Phaedone, in aliis philosophi scriptis perfectus est fere, desideratur ille in Phaedro. Dictio item, quod veteres reprehenderunt, sic migrat subinde prosae orationis fines, ut poetica atque adeo dithyrambica videatur. Sed vitia haec iuvenilis luxuriantisque ingenii quis est adeo severus, quin huic aetati ignoscat? — Haec igitur Heusdius, qui hac in re cum Schleiermachero consentit. Miramur vero homines acutissimos huius loci fuisse immemores, in quo Platonem videmus aperte profiteri Socratem ab se poetice disputantem introduci Phaedri gratia. Nimirum propter Phaedrum sese simulat hoc genere dicendi usum esse, quum rerum ipsarum sublimitas et magnificentia, ad quam colloquentis

animum a vulgari amoris humilitate sublato evehere voluit, ipsum coegerit etiam oratione uti ea, quae illi responderet. Sed respicit facete et urbane ad illa Phaedri p. 234. C. τί σοι φαίνεται ὁ λόγος, ὃ Σώκρατες; οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς δνόμασιν εἰρησθαι; Quam igitur in Platone reprehendunt orationis vel libertatem vel luxuriam, ea tantum abest ut ab ipso non sit animadversa, ut ipsius argumenti gratia studiose quaesita videatur. Itaque ne illud quidem hinc concludere licebit, scriptum esse librum a Platone adolescente; nisi forte contendere velis ingenium virili aetate ipsi fuisse adeo intermortuum, ut ne tum quidem, quum ipse vellet, eo in scribendo uti potuerit. Quae sane sententia fuerit perabsurda.

παρὰ τοῖς καλοῖς τίμιον εἶναι] ut apud pulcros sim in honore.

B. τὸν τοῦ λόγου πατέ-

Cap. XXXIX. ΦΑΙ. Συνεύχομαι σοι, ὦ Σώκρατες, εἶπερ ἄμεινον ταῦθ' ἡμῖν εἶναι, ταῦτα γίγνεσθαι. τὸν λόγον δέ σου πάλαι θαναμάσας ἔχω, ὅσῳ C καλλίῳ τοῦ προτέρου ἀπειργάσω, ὥστε ὀκνῶ, μὴ μοι ὁ Ἀυσίας ταπεινὸς φανῆ, ἐὰν ἄρα καὶ ἐθελήσῃ πρὸς αὐτὸν ἄλλον ἀντιπαρατεῖναι. καὶ γὰρ τις αὐτόν, ὦ θαναμάσει, ἐναγῆος τῶν πολιτικῶν τοῦτ' αὐτὸ λοιδορῶν ἀνείδιξε, καὶ διὰ πάσης τῆς λοιδορίας ἐκάλεε λογογράφον. τάχ' οὖν ἂν ὑπὸ φιλοτιμίας ἐπίσχοι ἡμῖν ἂν τοῦ γράφειν.

ὡς περὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ] V. ὁ ἀδελφὸς Bekkerus mutavit in ἀδελφός, quoniam libri plurimi ἀδελφός sine articulo scriptum exhibent. Ipse olim articulum abieci, ut Euthydem. p. 297. B. collato Schaefero Melett. p. 45. et 116. et ad Sophocl. Oed. T. v. 630. Nunc tamen cum Bodl. ΠΞ, al. servandum duxi. Dein mire Bodl. Vat. G γέγραπται τε τέτραπται.

C. καὶ γὰρ τις αὐτόν, ὦ θ.] V. αὐτῶν, quod Heindorfius in αὐτῷ mutavit, qui dativus ex ἀνείδιξε penderet. Codd. optimi atque plurimi αὐτόν, quod cum λοιδορῶν nectendum.

ρα] orationis auctorem, ut Sympos. p. 177. D. v. Iacobs Delect. Epigr. p. 377. Evidentissime vero hinc intelligitur Lysiam in hoc dialogo ideo maxime a Platone reprehendi, quod sese inani orationicularum scribendarum studio dedisset, a philosophiae amore esset alienior. De Polemarcho, Lysiae fratre natu maximo, praeter Taylorum Vit. Lys. p. 106. conf. Groen van Prinsterer Prosopograph. Plat. p. 112. Apud Plutarchum De usu Carn. p. 998. B. simpliciter vocatur Πολέμαρχος ὁ φιλόσοφος.

μηκέτι ἐπαμφοτερίζῃ] non amplius fluctuet inter inane istud declamatiuncularum amatoriarum studium et veram sapientiam. Quae interpretatio verbis sequentibus confirmatur, in quibus Phaedrus eo dicitur deducendus esse, ut amorem cum orationibus philosophis coniunctum sequatur. Verbum ἐπαμφοτερίζειν illustravit Ruhenk. ad Tim. p. 108.

C. θαναμάσας ἔχω] Notissima loquendi ratio, de qua vide, sis, Matth. Gr. §. 559. b. Mox ἀντιπαρατεῖναι simpliciter est opponere certaminis gratia. Male enim Astius nuper de copiosa et proluxa oratione intellexit.

ἐκάλεε λογογράφον] Aperte Heindorf. comparat Demosth. de Falsa Legat. T. I. p. 417. ed. R. λογογράφους τοῖνυν καὶ σοφιστὰς ἀποκαλῶν τοὺς ἄλλους καὶ ὑβρίζειν περὶ ὧν. Ceterum non tantum de causarum forensium scriptore cogitandum, quod cum Scholiasta fecerunt Heindorf. atque Ast.; sed omnino de vanae rhetorices ostentatore agitur, quam Lysias ita facitabat ut etiam amatorias componeret scriptiones, de quo copiosius in Prolegg. explicavimus. — Mox de τάχ' οὖν ἂν — ἡμῖν ἂν v. intpp. ad Gregor. Corinth. p. 44. ed. Schaefer. et de dativo ἡμῖν De Rep. I. p. 343. A. ibique annot.

ΣΩ. Γελοῖόν γ', ὦ νεανία, τὸ δόγμα λέγεις, καὶ τοῦ ἐταίρου συχνὸν διαμαρτάνεις, εἰ αὐτὸν οὕτως ἤγεις τινα ψοφοδεᾶ. ἴσως δὲ καὶ τὸν λοιδορούμενον αὐτῷ οἶε νομιζόντα λέγειν ἢ ἔλεγεν.

ΦΑΙ. Ἐφαίνετο γάρ, ὦ Σώκρατες, καὶ σύννοι-

D. ἤγει τινα ψοφοδεᾶ] V. τινὰ ἠγῆ ψ., quod ex Bodl. aliisque non paucis mutatum.

D. τοῦ ἐταίρου συχνὸν διαμαρτάνεις] Eadem loquutio est De Rep. I. p. 334. D, quem locum comparavit Heindorf. Contrarium est τυγχάνειν τινός. Hipp. mai. p. 291. E. ἀλλὰ γὰρ τοῦ ἀνδρός οὐ τυγχάνομεν, h. e. viri mentem ac sententiam non assequimur. — ψοφοδεᾶ, timidum, qui vel tale reveretur iudicium. — νομιζόντα λέγειν, h. e. serio dicere, ut ita ei persuasum sit. Deinde συνειδέναι τινί τι, quod proprie est: aliquid cum aliquo scire, alicui alicuius rei conscium esse, rariore usu ponitur pro aliquid de aliquo scire; quod loquendi genus illustravit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 92. C. St. = p. 241. ed. Lips. et ad Plutarch. T. V. p. 836.

μὴ σοφισταὶ καλῶνται] Nam sophistae nomen viris principibus visum est ignominiosum. v. Xenoph. De Venat. c. 13. ibique ann. Schneideri. et Plat. Prot. p. 312. A.

Γλυκὺς ἀγκών, ὦ Φαῖδρε, λέληθ' ἐσε —] Hic locus dici non potest quantopere quum veterum tum recentiorum interpretum ingenia exercuerit. v. praeter Schol. ad h. l. Eustathium ad Iliad. κ'. p. 791. ed. Rom. in. π'. 1082. qui sua hausit ex Athenaeo XII. p. 516. A. Hesych. T. I. p. 839. Suidam s. v. Zenob. II. 92. et e recentioribus Dorvill. Vann. Crit. p. 492. Heindorfium et

Astium ad h. l. Schneiderum De locis nonnullis Phaedri Platonici p. 16 sqq., qui pro μακροῦ ἀγκῶνος scribi vult μικροῦ ἀγκῶνος. Horum omnium sententias exponere longum est et ab huius editionis consilio alienum. Itaque satis erit appuisse quae vir quidam eruditus insigni acumine commentatus est in Indic. Lectionum in Academia Regia Guestphala Monasteriensi per menses hibernos a. 1830 — 31. habendarum; quo facto nostram sententiam in medium afferemus. Sunt autem illius haec: De verbis γλυκὺς ἀγκών — ἐκλήθη, inquit, interpretes fere omnes desperavere, eaque Heindorfius neque se intelligere neque quenquam hodie intellexisse profiteatur. Sed, aliis praetermissis, vir quidam doctus, Fr. Reinhardt, in actis literariis Ienensibus (Mai 1830. Intelligenzblatt. N. 28.) non solum, quod antea putabat etiam Heindorfius, verba: ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, ut vanum Grammatici additamentum, expungenda censuit, sed etiam pro γλυκὺς ἀγκών γλυκεῖ' ἀνάγκα scribendum proposuit, Platonem contendens haec ex Scolio Bacchylidis repetiisse: γλυκεῖ' ἀνάγκα σενομένα κυλικῶν θάλπηροι θυμὸν Κύπριδος, quod legitur apud Athen. II. p. 40. ed. Casaub., ut sensus verborum sit: „Suavis necessitas, Phaedre; hoc est: natura et negotia viris in republica versantibus non concedunt, ut scripta componant;

σθὰ που καὶ αὐτός, ὅτι οἱ μέγιστον δυνάμενοί τε καὶ σεμνότετοι ἐν ταῖς πόλεσιν αἰσχύνονται λόγους τε γράφειν καὶ καταλείπειν συγγράμματα ἑαυτῶν, δόξαν φεβούμενοι τοῦ ἔπειτα χρόνου, μὴ σοφισταὶ καλῶνται.

ΣΩ. Γλυκὺς ἀγκών, ὦ Φαῖδρε, λέληθ' ἐσε, ὅτι

νομιζόντα λέγειν] Bodl. οἶε δνειδίζοντα νομιζόντα λέγειν.

non voluntate et iudicio fit, sed necessitate, ut a scribendo abhorreant. At de verborum: γλυκὺς ἀγκών — ἐκλήθη integritate ne suspicari quidem ullo modo liceat. Ea est enim lectio omnium librorum, firmaturque auctoritate Hermiae, qui certe γλυκὺς ἀγκών proverbium esse dicit, a quodam Aegypti loco ductum, ubi multa navigandi difficultas sit, tum explicatione proverbii proposita addit: ὃ λέγειν ἄν, τοῦτό ἐστι, ὅτι ὡς περ ἐκεῖνο λέληθ' ἐσε, πάθειν ἐκλήθη, γλυκὺς ἀγκών, δυσχερῆς ἄν καὶ μικρὸς ὁ τόπος, οὕτω καὶ τοῦτο λέληθεν, ὅτι αἰσχρὸν ἐκλήθη τὸ λογογραφεῖν, ἔπαιετόν ἄν καὶ καλόν. Tum Eustath. ad II. κ'. p. 791. γλυκὺς ἀγκών proverbium item ad Nili cubitum refert, longum et navigantibus laboriosum, cuius mentionem Plato in Phaedro faciat. Mittimus Scholiasten Platonium, Suidam, Hesychium, alios lexicographos, denique paroemiographum Zenobium. Ex quibus omnibus ut primum hoc liquet, verba certe γλυκὺς ἀγκών nullo modo posse tentari, ita etiam solum illud γλυκὺς ἀγκών pro proverbio usurpatum fuisse, γλυκὺς ἀγκών λέληθ' ἐσε, quod stabuebat Heindorfius, cum eoque statuit etiam Schleiermacherus, immo λέληθ' ἐσε quum a Platone addatur, id ipsum sequentia poscere videtur: ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, praeter quod etiam haec eadem constant codicum auctorumque auctoritate.

Quae quum ita sint, proverbium γλυκὺς ἀγκών undecunque profectum est, Platonem certe hoc loco a Nili cubito derivare statuendum est. Qui sive singularis quidam fuerit fluminis flexus prope ipsam urbem Memphim, seu, quod potius verba ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος indicare videntur, longus ille et flexuosus Nili cubitus versus occidentem porrigens, quem Canobicum vocant, ipsi vero Graeci Aegypti incolae (per euphemismum) ἀγαθὸν δαίμονα vocabant, et quem tenui solummodo aquarum altitudine adire nautae coacti erant, alias fossa potius navigantes, rectori cursu Naucrati Memphim ducente (v. Mannert. Geograph. Afr. P. I. p. 540.), certe non longus solummodo erat, verum etiam indidem fortasse navigantibus durus et laboriosus, ab iisdem tamen, ut solent homines rem tristem per iocum leni nomine mitigare, dulcis cubiti nomen accepit. Ita etiam Lydi locum quendam, in quem regina Omphale ad ulciscendam contumeliam, olim sibi ipsi allatam, dominorum filias per vim congregatus una cum servis inclusit, acerbiter rei indignitatemque verbo lenientes γλυκὺν ἀγκῶνα, dulcem amplexum, vocarunt, auctore Clearcho Solensi ap. Athen. XII. p. 516. Unde alteram proverbii explicationem proponit Eustath. ad II. π. p. 1082., illam a Nili cubito expresse referens ad Iliad. κ. p. 791. Utramquam sequaris, significatio pro-

E ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη. καὶ πρὸς τῷ ἀγκῶνι λαμβάνει σε, ὅτι οἱ μέγιστον φρονούντες τῶν πολιτικῶν μάλιστα ἐρωσι λογογραφίας τε καὶ καταλείψεως συγγραμμάτων, οἳ γε καί, ἐπειδὴν τινα γράφωσι λόγον, οὕτως ἀγαπῶσι τοὺς ἐπαινέτας, ὥστε προσπαρογράφουσι πρώτους, οἳ ἂν ἐκασταχοῦ ἐπαινώσιν αὐτούς.

κατὰ Νεῖλον ἐκλ.] V. κατὰ τὸν Νεῖλον. Articulum om. Bodl. cum plurimis optima notae libris.

E. Πῶς λέγεις τοῦτο] V. πῶς τοῦτο λέγεις; praeter fidem meliorum librorum.

P. 258. συγγράμματι πρώτος] V. συγγράματος, quod est in libris paucissimis.

verbii certe eadem est. Quam significationem optime expressit Clearchus, quum *Λυδοί*, ait, τὸ μικρὸν τῆς πράξεως ὑποκορίζομενοι τὸν τόπον καλοῦσι γλυκῶν ἀγκῶνα. Nam ὑποκορίζεσθαι de iis dicitur, qui veram rei conditionem ut celent, aut rem turpem honesto, ut duram leniori, vel etiam odio bonam et probam turpiori nomine designant, peccatum specioso nomine praetextunt, aut omnino specioso praetextu aliquid excusant. De quibus omnibus adhiberi poterat proverbium illud *γλυκὸς ἀγκῶν*. Atque iam idem agebant viri illi in republica administranda versantes, de quibus hoc Phaedri loco agitur. Etenim cupere eos summopere ait Socrates orationes componere et scripta sua relinquere. Nihilominus iidem verentes videri volebant, et eo quidem specioso praetextu, ne sophistae fuisse posteris viderentur. Atque hoc prae se ferentibus Phaedrus omnino et sine suspitione fidem tribuebat. Itaque Socrates *γλυκὸς ἀγκῶν*, ait, λέληθέ σε, ὅτι ἀπὸ τοῦ μακροῦ ἀγκῶνος τοῦ κατὰ Νεῖλον ἐκλήθη, quibus tanquam explicationis causa statim sequentia addit: καὶ πρὸς τῷ ἀγκ. — συγ-

γραμμάτων: fugit te, Phaedre, proverbio *γλυκὸς ἀγκῶν* longe aliud significari, quam verba sonant; speciosum hoc nomen esse rei, cuius longe alia conditio sit, nempe cubiti illius longi et navigantibus laboriosi. Ita illi revera scripta componere, et posteris relinquere cupiunt, non cupere simulant, specioso praetextu, ne posteris sophistae videantur. Quod igitur praedicant, eius ratio eadem est ac proverbii illius *γλυκὸς ἀγκῶν*. Ut nautae Nilii cubitum illum longum et ad navigandum perdifficilem felicem ideoque suavem nuncuparunt, ita viri illi reipublicae gubernandae studiosi specioso praetextu scribendi negotium vilipendunt, revera grave et honestum indicantes ideoque etiam amantes et cupientes. Haec igitur vir ille doctissimus. Cui de de summa re omnino assentimur, hoc uno fere excepto, quod inter duo orationis membra, quae a Platone diserte coniunguntur verbis: καὶ πρὸς τῷ ἀγκῶνι κτλ. non satis distinxit. Nostra igitur sententia Plato hoc dicit: Latet te illos primum consilio isti suo, quod simulant, speciosum praetextere nomen, ac praete-

ΦΑΙ. Πῶς λέγεις τοῦτο; οὐ γὰρ μανθάνω.

ΣΩ. Οὐ μανθάνεις, ὅτι ἐν ἀρχῇ ἀνδρὸς πολι- 258
τικοῦ συγγράμματι πρώτος ὁ ἐπαινέτης γέγραπται;

ΦΑΙ. Πῶς;

ΣΩ. Ἐδοξέ ποῦ φησι τῇ βουλῇ ἢ τῷ δήμῳ ἢ ἀμφοτέροις· καὶ ὃς εἶπε, τὸν ἑαυτὸν δὴ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζων, ὁ συγγραφεύς· ἔπειτα λέγει

Ἐδοξέ ποῦ φησι] Post φησι vulgo interpositum legitur: αὐτὸ τὸ σύγγραμμα, quod glossema, indicandi subiecti causa temere inculcatum, recte omittunt Bodl. *ΑΠΔΓΝΟΡΤ* Flor. g. h. Vind. 4. 7. a. Monacc. In aliis quibusdam est αὐτῶν τὸ σύγγραμμα. Voculam *πον* Heindorf. delendam putabat. In οὐ mutavit olim Ast., qui postea nostrae accessit sententiae. Mox αὐτὸν δὴ λ. Bodl. *ΑΠΔΓΝΟΡΤ*.

rea etiam orationum scribendarum esse longe cupidissimos. Repetit autem Socrates sententiae suae argumentum inde, quod quum viri in republica gubernanda versantes *λογογράφοι* videri nolint, tamen mirifice superbiant, si qui ipsorum scripta commendent, ita ut etiam horum nomina iis praefigere soleant. Nam id vocabulo *ἐπαινέτης*, de quo v. ad Protagor. p. 309 A. utique significatur. Ceterum suspicari licet Platonem locutionem illam, quae proverbii speciem refert, primum usurpasse, siquidem Phaedrum post prima itinera sua literis exaravit. Conf. p. 275. B. Inde Comici et Sophistae eam vario sensu celebraverunt.

E. οἳ γε καὶ ἐπειδὴν τινα —] Sic Phaedon. p. 96. E. πόθῳ ποῦ ἐμὲ εἶναι τοῦ οἰεσθαι—, ὃς γε οὐκ ἀποδέχομαι ἐμοῦ. Euthyphr. p. 4. A. πολλοῦ γε δεῖ πέσεσθαι, ὃς γε δὴ τυγχάνει ἂν εἶ μάλα πρεσβύτης. Gorg. p. 471. A. πῶς οὐκ ἄδικος, ὃς γε προσήκε μὲν τῆς ἀρχῆς οὐδέν κτλ. Ibid. p. 274. A. τὰ μέγιστα ἡδαικην, ὃς γε — ἀπέφουξεν. Thucyd. I. 11. ὁμοίως ἂν μάχη κραιπνότες εἶλον, οἳ γε καὶ οὐκ ἀθροῖσι ἀντίστοιχοι.

P. 258. ἐν ἀρχῇ — γέγραπται] „Iunge: τῷ συγγράμματι ὁ ἐπαινέτης ἐν ἀρχῇ γέγραπται.“ BUTTMANN.

Ἐδοξέ ποῦ φησι τῇ β.] Male vulgo distinguebatur Ἐδοξέ ποῦ, φησι, τ. β. Nam ποῦ enclitica cum φησι cohaeret, ut sit opinor, nisi fallor, quo significatur assensum colloquentis exspectari, sicut recte monet Buttmann., quem vide in indice ad Menon. s. v. Quippe encliticae atque aliae id genus voces traiciuntur, ubi parenthesis cum universa oratione quasi in unum coaluit. Disputavit de hac re Ast. ad Legg. p. 216. Commentar. ad Protagor. p. 99., qui inter alia comparat Legg. III. p. 681. κίχου δὲ Λαφθαλήν γὰρ ποῦ φησι, ἐπεὶ οὐπω Πίος ἰσθὶ κτλ. Ibid. VI. p. 773. A. ὦ καὶ τοῖνυν φῶμεν. Ibid. X. p. 899. D. ὦ ἄριστε, δὴ φῶμεν. Sic etiam Phileb. p. 34. E. διπῇ ποῦ λέγομαι ἐκαστοτέ τι. ubi v. annot. nostr. Theaet. p. 200. E. ἐφη ἄρα δελεῖν κτλ. Euthydem. p. 278. C. 297. C. μοι δοκεῖ. Infra 262. D. Est autem verbi φησι subiectum ὁ πολιτικός ἀνὴρ, cuius modo iniecta mentio est, h. e. sciti vel scripti auctor, qui proprie dictus est ὁ συγγραφεύς; v. Harpo-

δη μετὰ τοῦτο, ἐπιδεικνύμενος τοῖς ἐπαινέταις τὴν
 ἑαυτοῦ σοφίαν, ἐνίοτε πάννυ μακρὸν ποιησάμενος σύγ-
 γραμμα. ἢ σοι ἄλλο τι φαίνεται τὸ τοιοῦτον ἢ λόγος
 B συγγεγραμμένος;

ΦΑΙ. Οὐκ ἔμοιγε.

B. εἰν δὲ ἐξαλιφῆ] Sic Bekkerus e Bodl. AG et pr. II.

erat. p. 325. al. Unde deinde etiam subiicitur ὁ συγγραφεύς. Ex quo liquido apparet verba αὐτὸ τὸ σύγγραμμα recte in cod. Bodl. aliisque ommissa et a Bekkerō Astioque deleta esse. Nulla vero de re referri ad populum per leges licebat, nisi de qua senatusconsultum antea factum et populo propositum esset. Ubi autem senatusconsultum a populo erat comprobatum, psephismati, vel, ut hoc loco dicitur, συγγράμματι, praeter illius nomen, qui senatus auctoritatem in comitiis oratione commendaverat et dicendo probaverat, id quod aut unius e Proedris contribulibus aut eius, in cuius sententiam senatus auctoritas perscripta esset, officium fuisse videtur, praeter illius igitur nomen psephismati adscribebatur formula haec: γνώμη βουλῆς καὶ δήμου aut βουλῆς γνώμη, ut appareret ipsum senatum populumque psephismatis auctoritatem comprobare. v. Schömann. De Comitibus Atheniensibus. p. 95 sqq. Ex quo apparet quorsum verba Socratis referantur. Nam ille ipse, qui legem suasisset vel ex auctoritate senatus rogationem ad populum tulisset, vulgo dictus est εἶπ εἶν. v. Xenoph. Hellen. I. 7. §. 9. ἢ βουλή εἰσένεγκε τὴν ἑαυτῆς γνώμην, Καλλιξένου εἰπόντος, τῆνδε, κτλ. Demosthen. De Coron. p. 265. εἶπε Καλλίας Θεαίρῳ, πρυτάνων λεγόντων, βουλῆς γνώμη' ἐπειδὴ Χαρίδημος καὶ Λύσιμος ἐν τῶν ἰδίων ἀναλωμάτων καθώπιον τοὺς νεώτεροισι ἀσπίων ὀκνησοῖσι, δε-

δόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ στεφανῶσαι Χαρίδημον κτλ. Conferas etiam psephismatum formulas ap. Demosth. De Cor. p. 235. 253. 261. 266. 282. 283. 289. Andocid. de myster. p. 39. Thucyd. IV. 118. al., ex quibus locis cognosces modo ἔδοξε τῇ βουλῇ, modo ἔδοξε τῷ δήμῳ, modo ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ reperiri. Itaque sententia verborum haec est. Visum est (sic dicit ille, opinor,) senatui aut populo aut utrique, atque hic suasit legem, semet ipsum scilicet admodum graviter significans et praedicans, videlicet ipse legis suator. Tum vero postea (in psephismate suo) verba facit, ostentans laudatoribus suis suam ipsius sapientiam, dum interdum rogationem affert satis amplam et copiosam. Quocirca non est cur Winckelmanno aliquid tribuamus Praef. ad Phaedr. ed. Turic. min. p. VIII. locum violenter corrigenti hunc in modum: ἔδοξεν, αὐτὸ φησι, τῇ βουλῇ ἢ τῷ δήμῳ ἢ ἀμφοτέρωσι. ὅς καὶ ὅς εἶπεν, αὐτὸς ἑαυτὸν αἰεὶ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἔγκωμιάων ὁ συγγραφεύς ἐπειτα λέγει, μετὰ τοῦτο δὴ ἐπιδεικνύμενος etc. Quae balbutientis foret oratio. De καὶ ὅς pro καὶ οὗτος posito v. Sympos. p. 201. E. Xenoph. Cyr. V. 4, 4. et 5, 36. coll. Matthiae Gramm. §. 484. qui tamen fallitur ὅς istud pro relativo habens; est enim articulus postpositivus, qui abiit

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰν μὲν οὗτος ἐμμένῃ, γεγηθῶς ἀπέρχεται ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής· εἰν δὲ ἐξαλιφῆ καὶ ἄμοιρος γένηται λογογραφίας τε καὶ τοῦ ἄξιος εἶναι συγγράφειν, πενθεῖ αὐτὸς τε καὶ οἱ ἑταῖροι.

Vulgo erat ἐξαλειφῆ. Miro commento Winckelmannus coni. εἰν δὲ διαγραφῆ, πενθεῖ αὐτὸς etc. eiectis reliquis.

in pronomen demonstrativum. Itaque non erat, cur istud καὶ ὅς εἶπε sollicitaretur. Iam vero quod τὸν ἑαυτὸν scriptum est, significatur addito articulo, eiusmodi hominem, fastu ac superbia inflatum, semet ipsum quasi digito monstrare. Quocirca nec hic quidquam atrectandum. Nam pronomina personalia cum articulo non uno modo iungi solere certum et exploratum habetur. v. praeter Heindorfium ad h. l. nostra ad Phileb. p. 20. B. Sophist. p. 239. B. Theaet. p. 166. A. ubi vindicavimus librorum lectionem: γέλωτα δὴ τὸν ἐμὲ ἐν τοῖς λόγοις ἀπέδειξεν. Epist. Plat. VII. p. 329. D. ibique varr. lectt. Audias praeterea Grammat. in Bekkeri Anecd. II. p. 923. Ἀτικοὶ γὰρ τὸν ἐμὲ φασιν, ὡς καὶ Καλλιμαχος· καὶ μὲ τὸν αὐτὸν ἐμὲ· καὶ τὸν σὲ Κροτωπιάδην. (v. Ruhnken. ad Callim. Fr. 315.) καὶ Μένανδρος· τὸν ἐμὲ τοῦτον. Apollon. De Pronom. p. 275. De Syntax. I. 28. p. 59. ed. Bekk. Grammat. ap. Valckenar. ad Ammon. p. 201. Sed hoc quidem iam in aprico esse putamus. Pergimus ad ὁ συγγραφεύς. Quo iteratur notio subiecti ita, ut irrisionis fiat indicium. Usum hunc appositionis quum alibi tum ad Criton. p. 51. A. attingimus. Itaque hoc quoque caret offensione, recteque videmur post ἔγκωμιάων commate distinxisse orationem. Nec vero ante ἐπειτα λέγει gravior tollenda fuit verborum interpunctio. Orditur enim hinc novum orationis membrum, quo non iam refer-

tur, sed narratur, quodnam sit scripti a viro civili confecti argumentum et consilium. Dicitur enim homo in eo verba facere sic, ut satis longis orationis ambagibus suam ipsius sapientiam ostentare conetur. Verum sufficient haec de loco sanequam difficili; cui si quid lucis affudisse videbimur, certe non erit, cur nos operae in eo interpretando positae ullo modo poeniteat.

B. εἰν μὲν οὗτος ἐμμένῃ] Pronomen οὗτος cum Schol. refer ad λόγος, qui ἐμμένειν dicitur, quum non reicitur, sed probatur. Dein comparatio per appositionem expressa, quum dici licuisset, γεγηθῶς ἀπέρχεται ὡς ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής. Aristoph. Avv. v. 169. Ἄνθρωπος ὄρνις ἀστάθμητος, πετόμενος, Ἀτέμαρτος, οὐδὲν οὐδέποι' ἐν ταῦτῳ μένων, i. e. ὡς ὄρνις. Horat. Epist. I. 2, 42. Qui recte vivendi prorogat horam, rusticus exspectat, dum defluat amnis. Tibull. I. 1. ipse seram vites rusticus. Perperam locum interpretatur Dorvill. ad Charit. p. 289. iure ab Heindorfio castigatus. Praeterea observes repentinae subiecti mutationem; nam ad γεγηθῶς ἀπέρχεται intelligitur ὁ συγγραφεύς: ad ἐξαλιφῆ autem ὁ λόγος et tum rursus idem ille συγγραφεύς. Sed quantum Graeci hoc in genere sibi indulserint, docebit annot. ad Protagor. p. 320. A. B. Remp. II. p. 360. A. Gorg. p. 510. B.

B. εἰν δὲ ἐξαλιφῆ καὶ ἄμοιρος γ.] Ut in γραφῆ πα-

ΦΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Ἀηλόν γε, ὅτι οὐχ ὡς ὑπερφρονούντες τοῦ ἐπιτηδεύματος, ἀλλ' ὡς τεθραυμακότες.

ΦΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Τί δέ; ὅταν ἱκανὸς γένηται ῥήτωρ ἢ βασιλεύς, ὥστε λαβὼν τὴν Ἀνκούργου ἢ Σόλωνος ἢ Λαρείου δύναμιν ἀθάνατος γενέσθαι λογογράφος ἐν πόλει, ἄρ' οὐκ ἰσόθεον ἡγείται αὐτὸς τε αὐτὸν ἐτιζῶν, καὶ οἱ ἔπειτα γιγνόμενοι ταῦτ' αὐτὰ περὶ αὐτοῦ νομίζουσι, θεώμενοι αὐτοῦ τὰ συγγράμματα;

ΦΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Οἶσι τινὰ οὖν τῶν τοιούτων, ὅστις καὶ ὁπωςτιοῦν δύνουσι Ἀυσία, ὄνειδιζεν αὐτὸ τοῦτο, ὅτι συγγράφει;

Τί δέ; ὅταν ἐκ.] *dat Bekk. ex uno F.*

C. Οἶσι τινὰ οὖν τ. τ.] V. οἶσι οὖν τινὰ, quod e Florr. g. h. 9. Vind. 4. Monacc. et Bekk. *ΔΠΔΓΝΟΡΤ* mutatum. In Bodl. οὖν deest. Paullo ante vulgo scribebatur ἄρ' οὖν οὐκ ἰσόθεον. praeter fidem codd. optimorum atque plurimorum.

Οὐκ οὖν εἰκός γε] Flor. a. c. i. οὐκοῦν. Dein Bodl. Vat. Ven. II. et alii *ἐαυτοῦ ἐπιθυμία*. Vett. editt. αὐτοῦ ἐπ.

D. οἶμαι αἰσχρὸν ἢ δῆ] Vulgo *οἶμαι γε*; sed *γε* om Bodl.

γανόμενοι, de qua v. Schömann. De comitiis p. 160 sq. Meier. De bonis damnat. confisc. p. 130. Hermann. *Griech. Staatsalterthümer* §. 132. ann. 8. De *ἐξαλείφειν* conf Lycurg. in Leocr. p. 184. ed. Reisk. *εἰ τις ἐνα νόμον εἰς τὸ μητρώον ἐλθῶν ἐξαλείφειεν — ἄρ' οὐκ ἂν ἀποκινεῖται αὐτόν;*

ἱκανὸς — ὥστε — γενέσθαι] Sic Politic. p. 295. A. *ἱκανὸς γένου' ἂν — ὥστε — προστάττει τὸ προσήκον*. Legg. IX. p. 875. A. *φύσις ἀνθρώπων οὐδενὸς ἱκανῆ φέται, ὥστε γινῶναι — τὰ ξυμφέροντα ἀνθρώποις εἰς πολιτείας*. Protag. p. 338. C. ubi plura adscripsimus. Usum loquendi illustrarunt etiam Valcken. ad Eur. Hippol. v. 1327.

et A. Matthiae Gr. Gr. §. 532. 2. coll. 533. 1.

C. Οὐκ οὖν εἰκός γε] Cratyl. p. 408. B. *οὐκ οὖν ἀμήχανός γ' εἰμὶ λόγου*. Lachet. p. 195. A. *Οὐκ οὖν ἡσά γε Νικίας*. Ibid. p. 192. D. *Οὐκ οὖν δίκαιόν γε*. Sophist. p. 231. B. *Οὐκ οὖν τὸ γε εἰκός*. Ibid. p. 235. E. p. 238. B., ubi vulgo erat *οὐκοῦν ἂν ὀρθῶς γε*. Euthydem. p. 307. B. *οὐκ οὖν δίκαιόν γε*, ubi vulgo *οὐκοῦν*. Gorg. p. 516. E. *οὐκ οὖν οὐ γε ἀγαθὰ ἠήροχοι*, ubi vulgo item *οὐκοῦν*. Legg. VII. p. 807. A. *οὐκ οὖν τὸ γε δίκαιον*. Ibid. p. 810. D. Reipubl. III. p. 398. C. VIII. p. 552. B. X. p. 611. B. Theaet. p. 142. D. *οὐ μὰ τὸν Δία, οὐκ οὖν οὐτι γὰρ ἀπὸ στόματος*. Ibid. p. 186. D. Sophocle. Phil. 907. *οὐκ οὖν ἐν οἷς γε δρᾶς*

ΦΑΙ. Οὐκ οὖν εἰκός γε ἐξ ὧν σὺ λέγεις· καὶ γὰρ ἂν τῇ ἑαυτοῦ ἐπιθυμίᾳ, ὡς ζοικεν, ὄνειδιζοι.

Cap. XL. ΣΩ. Τοῦτο μὲν ἄρα παντὶ δῆλον, ὅτι οὐκ αἰσχρὸν αὐτὸ γε τὸ γράφειν λόγους.

ΦΑΙ. Τί γάρ;

ΣΩ. Ἄλλ' ἐκεῖνο οἶμαι αἰσχρὸν ἤδη, τὸ μὴ καλῶς λέγειν τε καὶ γράφειν, ἀλλ' αἰσχρῶς τε καὶ κακῶς.

ΦΑΙ. Ἀηλόν δῆ.

ΣΩ. Τίς οὖν ὁ τρόπος τοῦ καλῶς τε καὶ μὴ γράφειν; δεόμεθά τι, ὦ Φαῖδρε, Ἀυσίαν τε περὶ τούτων ἐξετάσαι καὶ ἄλλον, ὅστις πώποτε τί γέγραφεν ἢ γράψει, εἴτε πολιτικὸν σύγγραμμα εἴτε ἰδιωτικόν, ἐν μέτρῳ ὡς ποιητής, ἢ ἄνευ μέτρου ὡς ἰδιώτης;

ΦΑΙ. Ἐρωτᾶς, εἰ δεόμεθα; τίνας μὲν οὖν ἐνεκα καὶ ἄν τις ὡς εἰπεῖν ζῶη, ἀλλ' ἢ τῶν τοιούτων ἡδο-

Flor. g. *ΔΠΣΓΝΟΡΤ*.

Τίς οὖν ὁ τρόπος — μὴ γράφειν;] Haec vulgo Phaedro adscribebantur, quod recte mutavit Heindorfius, nec invitis codicibus. Dein vett. editt. *δεόμεθά τοι*, quod ex optimis et plurimis codd. emendatum. Post *Αυσίαν* accessit *τε* ex optimis plurimisque codicibus.

E. *ἐνεκα καὶ ἄν τις*] Sic Bodl. *ΔΠΓΛΤ* Flor. g. Vett. editt. *ἐνεκ' ἂν τις*.

(*αἰσχρὸς γὰρ*). Antigon. 321. verissime Hermannus *Οὐκ οὖν τὸ γ' ἔργον τοῦτο ποιήσας*. Aristoph. Plut. 890. *μὰ καὶ οὐκ οὖν τῷ γε σῶ, σάφ' ἔσθ' ὅτι*. Nimirum his voculis Graeci utuntur, quum id, quod alter in dubitationem vocavit, negant, sed cum restrictione. — Paullo ante αὐτὸ τοῦτο est: id ipsum.

D. αὐτό γε τὸ γρ. λ.] h. e. ipsum per se.

ὡς ἰδιώτης] h. e. prosae orationis scriptor. Eadem prorsus oppositionis ratio est Sympos. p. 178. B. Plutarch. Vitt. Vol. II. p. 135. 10. ed. Schaeef. recentiss. v. Hemsterhus. ad Lucian. Necom. p. 484. et quem iam Heindorf. laudavit Ruhnk. ad Longin. p. 410. ed. Weisk.

E. τίνας μὲν οὖν ἐνεκα

Plat. Opp. Vol. IV. P. I.

— *κέρληνται*] Haeserunt in his Heindorfius et Schleiermacher, qui ea Phaedri ingenio indigna esse censuerunt. Cui incommodo ut occurreretur, postea Godofr. Bernhardy Encyclop. Philol. p. 94. hanc suavit verborum distributionem: *Φ. Ἐρωτᾶς, εἰ δεόμεθα; ΣΩ. Τίνας μὲν οὖν ἐνεκα — κέρληνται. Φ. Σχολὴ μὲν δῆ, ὡς ζοικε. ΣΩ. Καὶ ἄμα κτλ.* At nos quidem nullam plane hic videmus difficultatem. Imo sunt omnia nostro iudicio menti et ingenio Phaedri longe convenientissima. Etenim homo sermonum avidissimus, ubi a Socrate interrogatus est, num bene scribendi ars explorandis Lysiae aut alius cuiusvis orationibus diligentius cognoscenda et intelligenda sit, respondet ut

νῶν ἔνεκα; οὐ γὰρ που ἐκείνων γε, ὧν προλυπηθῆ-
ναι δεῖ, ἢ μηδὲ ἡσθῆναι, ὃ δὴ ὀλίγου πᾶσαι αἰπερί

vehementissime animo commo-
tus, ideoque continuo docentis
partes suscipit, ita ut adeo ad-
dat quae sublimiorem sapien-
tiam spirare videantur: *τινος μὲν
οὐκ ἔνεκα κτλ.* h. e. imo (*μὲν
οὐκ*) cuiusnam rei gratia
adeo prope vixerit quis-
piam, nisi talium volupta-
tum gratia? Non enim,
opinor, illarum certe caus-
sa vivendum est, ante
quas oporteat nos dolore
et tristitia affici aut plane
carere voluptate, quod
fere omnes corporis volu-
ptates sibi habent prop-
rium; quapropter etiam
iure vocantur **illiberales**.
Nimirum urbane faceteque
Plato ita hominem mollem nec
naturae voluptatum imperitum,
sed interiore earum notitia im-
butum finxit ideoque hanc sap-
ientiam suam ita expromere
iussit, ut summum, quo captus
tenetur, sermonum instituendo-
rum et audiendorum desiderium
palam faciat, et illiberale dicat
esse, aliis indulgere voluptati-
bus. Cui deinde assentiens Soc-
rates, scite et urbane cavillans
quae ille professus est, etiam
cicadas in vicinia morantes ait
ipsos graviter commone, ut de
talibus rebus sermones misceant,
quippe quae Musarum sint nun-
tiae, Uraniae et Calliopae com-
mendantes eos, qui in rerum
graviorum commentatione ver-
sentur, eos autem, qui iam
tempore meridiano somno indul-
geant, tamquam illiberales
(*ἀνδραποδα*) contemturae sint:
quae ipsa verba certissimo sunt
argumento, Phaedrum antea *τὰς
ἀνδραποδώδεις ἡδονάς* commemo-
rasse, quae hic faceta allusione
tanguntur. Itaque facile, opinor,
intelligitur, totum locum esse
sanum et incorruptum neque

ullo modo sollicitari oportere.
Superest tamen, ut de duabus
rebus admonendum sit, quae ad
eundem clarius illustrandum vale-
ant. Etenim primum quidem
de cicadarum fabula paucis ex-
plicavisse iuvabit, quae quorsum
pertineat, ab interpretibus non
usquequaque perspectum est. Du-
plici autem nomine videtur fab-
bella notabilis esse adeoque du-
plicem ob causam interposita,
siquidem et ad lepidam cavilla-
tionem comparata est, et valet
etiam eo, ut hominem ad libe-
ralium artium ac doctrinarum
studium a natura factum esse
ostendatur. Etenim cicadas con-
stat a Graecis veteribus habitas
esse pro garrulitatis et loquaci-
tatis indicibus, ut etiam pro-
verbium: *τέτιγος εὐφρονότερος*,
cicada vocalior, in hominem
impendio garrulum usurparetur.
Quo nomine etiam Athenienses
interdum cum cicadis comparan-
tur, quorum imprimis inde ab
aetate Periclis ingens extitisset
garrulitas atque immoderata dis-
serendi ac litigandi cupiditas. v.
praeter Homer. Iliad. III. v.
151 sqq. qui hunc usum loquendi
praevisse videtur, Aristoph.
Avv. v. 39. ibique intpp. Nub. v.
980. Equitt. v. 133. coll. Thu-
cyd. I. 6. Platon. Legg. I. p.
641. E. Aristotel. Rhét. II.
23, n. Itaque Socrates hac fa-
bula enarranda Phaedrum videtur
lepide urbaneque ridere utpote
confabulandi cupidissimum omni-
noque sermonum longe amanti-
ssimum eoque ipso etiam Atheni-
enses leniter cavillari. Cavendum
tamen est, ne in hoc uno putemus
inesse omnia. Nam merae irrisionis
gratia si fabula interposita esset,
sane ea vehementer displicere
deberet utpote alienior ab argu-
mento libri primario, praesertim
quum etiam longior sit atque

τὸ σῶμα ἡδοναὶ ἔχουσι· διὸ καὶ δικαίως ἀνδραποδώ-
δεις κέκληνται.

copiosior. Itaque nos quidem
putamus ei etiam aliud quid esse
propositum. Quod quale sit,
ipsius Socratis prodit oratio,
qui posteaquam Phaedrus enun-
tiavit haec: „Cuiusnam tandem
rei gratia vivat aliquis, si non
talium voluptatum causa?“ eam
sententiam utique probat conti-
nuo et quo magis etiam ipsam
confirmet, eam, de qua agitur,
fabulam in medium affert. Ni-
mirum docetur, opinor, data
occasione vel potius admonetur,
id quod universi libri argumento
sane longe est convenientissimum,
ipsam hominis naturam
atque indolem eam esse, quae
ad sermones de rebus ad philo-
sophiam et artes liberales per-
tinentibus instituendos feratur at-
que adeo *τῆς μουσικῆς* sensu at-
que studio praedita sit. De qua
re Plato postea senex factus ex-
posuit copiosius in Legg. II. p.
653 sqq. Hoc ipsum autem item
potuit commodissime cicadarum
exemplo declarari. Etenim cica-
darum cantus etiam bono sensu et
cum laude dicitur sic, ut eius si-
militudine orationis vis atque sua-
vitas atque adeo artis poeticae
et oratoriae facultas declaretur,
de qua re dudum monuit Eus-
tathius ad Iliad. γ'. 395. v.
151 sqq. Pertinet huc Timonis
carmen in Platonis eloquentiam
apud Diogen. Laert. III. 7.
*τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστα-
τος, ἀλλ' ἀγορητῆς Ἠδυεπῆς,
τέτιξεν ἰσογράφος, οἱ δ' Ἐκα-
δήμου Δένδρε' ἐφεζόμενοι ὅπα
λειριόεσσαν ἰᾶσαν:* Cunctos an-
thabat latissimus ille, sua-
vis orator, cuius non cedunt
scripta cicadis, quae super arboribus re-
sident lucis in opacis,
ac mittunt vocem modula-
to gutture amoenam; in
quibus versiculis nomine *πλατύ-*

στατος ad Platonem et nomine
Ἐκαδήμου ad Academiam alludi
manifestum est. Nec minus re-
cte huc referas illa Theocriti
Idyll. I. v. 148. *τέτιγος ἐπεὶ τὸ
γα φέρετον ἄδεις.* Nimirum
cantus cicadarum veteribus in
deliciis fuit, ut etiam laudis gra-
tia commemorari potuerit: v.
Anacr. Carm. 43. 1. ibique Fi-
scher. et Schneider. *An-
merkungen über d. Anacreon*
p. 61. Virgil. Eclog. V. 77.
Georgic. III. v. 328. ibique Vos-
sium coll. Beckio ad Avv.
Aristoph. v. 39. Itaque faceta
et urbana Socrates utitur dilo-
gia, qui cum Phaedrum leniter
ridet, tum eadem opera etiam
suavissime ostendit ac declarat,
natum esse hominem ad sermo-
num generosiorum et nobiliorum
usum et consuetudinem; qua
quidem ratione quodammodo
praeludit iis, quae infra de stu-
dio hominis nativo divinum amo-
rem cum aliis communicandi de-
que dialectica ut arte plane
amatoria disputaturus est. Sed
haec satis sunt de fabula lepi-
dissima, cuius vim rationemque
interpretes adeo non perspexerunt,
ut non modo universum
eius sensum miris modis pertur-
baverint, sed etiam singulas loci,
quamvis longe sincerissimi,
partes temere sollicitaverint. Se-
quitur iam, ut etiam paucis ex-
quirendum sit, quaenam dicantur
ἀνδραποδώδεις ἡδοναί. Eae
vero sunt voluptates corpo-
ris vulgares, liberali
homine indignae, et par-
tim cum doloris societate
coniunctae. v. De Rep. IX.
p. 583. B. Phileb. p. 31. D sqq.
quo loco subtiliter de mixtis
cum dolore et molestiae sensu
voluptatibus explicatur. De voc.
ἀνδραποδώδεις ita posito conf.
Legg. IX. p. 880. A. ubi iungi-

259 ΣΩ. Σχολή μὲν δὴ, ὡς ἔοικε. καὶ ἅμα μοι δο-
κοῦσιν ὡς ἐν τῷ πνίγει ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν οἱ τέτ-
τιγες ἔδοντες καὶ ἀλλήλοις διαλεγόμενοι καθορᾶν. εἰ
οὖν ἴδοιεν καὶ νῶ καθάπερ τοὺς πολλοὺς ἐν μεσημ-
βρία μὴ διαλεγόμενους, ἀλλὰ νυστάζοντας καὶ κηλου-
μένους ὑφ' αὐτῶν δι' ἀργίαν τῆς διανοίας, δικαίως
ἂν καταγελῶεν, ἡγούμενοι ἀνδράποδα ἅττα σφίσι
ἐλθόντα εἰς τὸ καταγώγιον ὥσπερ προβάτια μεσημ-
βρίαζοντα περὶ τὴν κρήνην εὐδειν. ἐὰν δὲ ὁρῶσι δια-
λεγόμενους καὶ παραπλέοντας σφᾶς ὥσπερ Σειρήνας
B ἀκηλήτους, ὃ γέρας παρὰ θεῶν ἔχουσιν ἀνθρώποις
διδόναι τάχ' ἂν δοῦεν ἀγασθέντες.

Cap. XLI. ΦΑΙ. Ἐχουσί δὲ δὴ τί τοῦτο; ἀνή-
κοος γάρ, ὡς ἔοικε, τυγχάνω ὢν.

[Ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν] V. ἡμῶν, praeter fidem codicum
omnium, si a Par. O. discesserimus.

P. 259. διαλεγόμενοι καθορᾶν [καὶ ἡμᾶς] Bodl. AGT.
et pr. II. omittunt καὶ ἡμᾶς, probante Bekkero et Astio. Recte.
Igitur delevi. Deleverunt nuper etiam Turicenss. Pertinebat glos-
sema ad καὶ νῶ.

B. παρὰ θεῶν ἔχουσιν] V. ἔχουσι παρὰ θεῶν, quod soli

tur cum ἀγροίκος et ἀνελεύθερος.
De Republ. IV. p. 430. B. ubi
consociatur cum Θεωδῆς. Phae-
don. p. 69. B. Et ipsam ἡδονὴν
ἀνδραποδώδη reperimus Epist.
Platon. VII. p. 335. A. Aristot.
Eth. III. 10, 24. al. Phrynici
in Bekker. Anecd. Vol.
I. p. 29. ἀνδραποδώδεις ἡδο-
νὰς σημαίνει τὰς εἰκαλοὺς καὶ
ἀλογίστους ἡδονάς.

ὡς ἐν τῷ πνίγει] utpote
in calore; quippe quum
aestus caloris eos ad can-
endum invitet. Nam: Sole
sub ardenti resonant ar-
busta cicadis, ut est apud
Virgil. Eclog. II. v. 13. De
cantu cicadarum v. etiam Ari-
stoph. Rann. 1095. Aelian.
Hist. Anim. III. 38. Aristoph.
Auscult. mir. p. 137. ed. Beckm.
Dion. Chrys. Orat. XLVII. p.
527. A. Themist. XXI. p. 246.

A. al. Mireris vero Badha-
mum ita scribentem: „Quid sibi
vult istud ὡς? aut quis unquam
verbum καθορᾶν sine casu usur-
pari vidit?“ Legit igitur νῶ
pro ὡς, quo pronomine ait in
eo ipso loco, qui ab ὡς occu-
patus sit, nihil aptius poni posse.
At nimirum ὡς quid significet,
modo indicavimus, nec poterit
quisquam de isto vocalae usu
dubitare, dum modo legerit quae
exposita sunt in Matthiae Gr.
Gr. §. 628. 3. Καθορᾶν autem,
quod ponitur absolute et sine
casu obiecti, ut nostrum *her-
abschen*, praeiit hunc usum
loquendi iam pater poeseos Iliad.
XI. 337. ἔνθα σφιν κατὰ ἴσα
μάχην ἐτάσσουσε Κρονίων, ἔξ' Ἰδῆς
καθορᾶν. Ibid. VII. 21. Περγά-
μου ἐκ κατιδῶν. Ibid. IV. 508.
νεμέσθη δ' Ἀπόλλων Περγάμου
ἐκ κατιδῶν. Quorum certe cri-

ΣΩ. Οὐ μὲν δὴ πρέπει φιλόμουσον ἄνδρα τῶν
τοιούτων ἀνήζουον εἶναι. λέγεται δ', ὡς ποτ' ἦσαν
οὔτοι ἄνθρωποι τῶν πρὶν Μούσας γεγονέναι. γενομέ-
νων δὲ Μουσῶν καὶ φανείσης ᾠδῆς, οὕτως ἄρα τινὲς
τῶν τότε ἐξεπλάγησαν ὑφ' ἡδονῆς, ὥστε ἔδοντες ἡμέ-
λησαν οἴτων τε καὶ ποτῶν, καὶ ἔλαθον τελευτήσαν-
τες αὐτοῦς. ἐξ ὧν τὸ τεττίγων γένος μετ' ἐκεῖνο
φύεται, γέρας τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβόν, μηδὲν
τροφῆς δεῖσθαι γινόμενον, ἀλλ' ἄσιτόν τε καὶ ἄπο-
τον εὐθύς ἔδειν, ἕως ἂν τελευτήσῃ, καὶ μετὰ ταῦτα
ἐλθόν παρὰ Μούσας ἀπαγγέλλειν, τίς τίνα αὐτῶν
τιμᾶ τῶν ἐνθάδε. Τερψιχόρα μὲν οὖν τοὺς ἐν τοῖς
χοροῖς τιμηκότας αὐτὴν ἀπαγγέλλοντες ποιοῦσι προς-
φιλεστέρους, τῇ δὲ Ἐρατοῖ τοὺς ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς,

Par. EF tuentur.

Οὐ μὲν δὴ πρέπει] Vulgo γε post πρέπει interpositum, quod
cieci cum Bodl. et Vatic.

λέγεται δ', ὡς ποτ' ἦσαν] Heindorf. δὴ malebat. Aliquot
libri δ' om. Dein τῶν ante πρὶν sex fere codd. om.

C. Τερψιχόρα] V. Τερψιχόρη, quod vix unus alterve librorum
tuetur. Conferri iubet Bekker eam in rem Anecd. sua p. 1173. med.

ficum decebat non esse imme-
morem. Denique nemo non lar-
gietur ultro, nullo pacto hic lo-
cum habere posse istud νῶ a
Badhamo excogitatum, pro-
pterea quod deinceps infertur:
εἰ οὖν ἴδοιεν καὶ νῶ κτλ. Sed
de hoc verbo monuisse sufficet.

P. 259. ἀνδραποδὰ ἅττα] Lepide alludit ad Phaedri ἀνδρα-
ποδώδεις ἡδονάς.

παραπλέοντας σφᾶς —] Respexit ad fabulam Hom. Odys.
XII. 39 sqq. conf. de hac com-
paratione Bergler. ad Alciph. p.
179.

B. λέγεται δ', ὡς ποτ'
ἦσαν] „Fabellam hanc elegantis-
simam, a Platone haud dubie
fictam, sumsit hinc Himer.
Eclog. X. p. 178. Vid. ibi et ad
Eclog. XII. p. 199. Wernsdor-
fium.“ HEINDORF. — τῶν
πρὶν Μουσ. γενέσθαι, e nu-

mero eorum, qui vixerunt,
priusquam Musae fuerunt.

C. μηδὲν τροφῆς δεῖσθαι
γενόμενον] Nam rore crede-
bantur vesci, de qua re laudant
Fischer. ad Anacreont. XLIII.
p. 167. et 169. et Voss. ad Vir-
gil. Eclog. V. 77. Ad εὐθύς ex
superioribus repetendum γενομέ-
νον, statim ut natum est,
cui apte subiungitur: ἕως ἂν τε-
λευτήσῃ. Itaque non est cur
quis pro isto εὐθύς requirat pot-
ius συνεχῶς aut simile quiddam;
nec vero audiendus Badha-
mus, qui γενομένον censet facta
verborum transpositione post εὐ-
θύς inserendum esse.

Τερψιχόρα μὲν οὖν] For-
mam hanc vere Atticam esse te-
statur Choeroboscus in Bekkeri
Anecd. T. III. p. 1173. v.
Buttmann. Gr. Ampl. T. H.
p. 395.

καὶ ταῖς ἄλλαις οὕτως, κατὰ τὸ εἶδος ἐκάστης τιμῆς. τῇ δὲ πρῆβυτάτῃ Καλλιόπῃ καὶ τῇ μετ' αὐτὴν Οὐρανίᾳ τοὺς ἐν φιλοσοφίᾳ διάγοντάς τε καὶ τιμῶντας τὴν ἐκείνων μουσικὴν ἀγγέλλουσιν, αἱ δὲ μάλιστα τῶν Μουσῶν περὶ τε οὐρανὸν καὶ λόγους οὖσαι θεῖους τε καὶ ἀνθρωπίνους ἰᾶσι καλλίστην φωνήν. πολλῶν δὲ οὖν ἔνεκεν λεπτέον τι καὶ οὐ καθευδητέον ἐν τῇ μεσημβρίᾳ.

ΦΑΙ. Λεπτέον γὰρ οὖν.

E Cap. XLII. ΣΩ. Οὐκοῦν, ὅπερ νῦν προῦθέμεθα, σκέψασθαι τὸν λόγον ὅπῃ καλῶς ἔχει λέγειν τε καὶ γράφειν καὶ ὅπῃ μὴ, σκεπτέον.

ΦΑΙ. Δῆλον.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν οὐχ ὑπάρχειν δεῖ τοῖς εὖ γε καὶ καλῶς ῥηθησομένοις τὴν τοῦ λέγοντος διάνοιαν εἰδυῖαν τὸ ἀληθές ὡν ἂν ἐρεῖν πέρι μέλλῃ;

ΦΑΙ. Οὕτως περὶ τούτου ἀκήνοα, ὦ φίλε Σώ-

D. ταῖς ἄλλαις οὕτως] V. οὕτω. Sed plenior formam tuetur Bodl. cum aliis, v. ad Protagor. p. 351. B. et Gorg. p. 522. C.

ἐκάστης τιμῆς] V. τιμῆς ἐκάστης, invitis codicibus praeter. pr. E.

καὶ τῇ μετ' αὐτῆν] V. καὶ τῇ μετὰ ταύτην, libris plerisque omnibus adversantibus.

πολλῶν δὲ οὖν ἔνεκεν λ.] Sic Bodl. Ven. Σ. Par. BH Coisl. Flor. a. c. g. h. θ. Vindobb. 1. 3. 6. alii. Vulgo erat πολλῶν οὖν δὲ ἔνεκεν. Bekker e codd. AΠΓ scripsit πολλῶν δὲ οὖνεκεν.

D. τὴν ἐκείνων μουσικὴν] Nam φιλοσοφία est μεγίστη μουσική, ut est in Phaedon. in. Quod autem philosophiam Calliopiae et Uraniae attribuit, eius rei rationem reddit verbis sequentibus: αἱ περὶ τε οὐρανὸν καὶ λόγους οὖσαι κτλ., in quibus οὐρανὸν ad Uraniam, λόγους ad Calliopen referri manifestum est. Et Uraniam quidem Pythagoreorum exemplo philosophiae videtur praefecisse: nisi forte superioris narrationis habuit rationem, in qua ideae fingebantur in coelo esse collocatae. Ad ἰᾶσι καλλίστην φωνήν conf. Legg.

p. 890. D. ἀλλὰ πᾶσαν, τὸ λεγόμενον, φωνὴν ἰέναι — γίνεσθαι. Euthyd. p. 292. E. Reip. V. p. 475. A. al.

Λεπτέον γὰρ οὖν] Postquam Socrates urbana cum festiuitate ostendit meridianum tempus confabulatione potius quam quiete esse transigendum, quo scilicet per cicadas Musis tamquam homines philosophiae amantes commendentur; Phaedrus, ad cuius sententiam et mentem hoc prorsus accommodatum est, misso de fabula illa sermone, continuo affirmat utique sermones esse miscendos. Qua re-

κρατες, οὐκ εἶναι ἀνάγκην. τῷ μέλλοντι ῥήτορι ἔσε- 260 σθαι τὰ τῷ ὄντι δίκαια μανθάνειν, ἀλλὰ τὰ δόξαντα ἂν πλήθει, οἵπερ δικάσουσιν, οὐδὲ τὰ ὄντως ἀγαθὰ ἢ καλὰ, ἀλλ' ὅσα δόξει. ἐκ γὰρ τούτων εἶναι τὸ πείθειν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἀληθείας.

ΣΩ. Οὐ τοι ἀπόβλητον ἔπος εἶναι δεῖ, ὦ Φαῖδρε, ὃ ἂν εἴπωσι σοφοί, ἀλλὰ σκοπεῖν, μή τι λέγωσι. καὶ δὴ καὶ τὸ νῦν λεχθὲν οὐκ ἀφετέον.

ΦΑΙ. Ὅρθῶς λέγεις.

ΣΩ. Ὡδε δὴ σκοπῶμεν αὐτό.

ΦΑΙ. Πῶς;

ΣΩ. Εἰ σε πειθοίμι ἐγὼ πολεμίους ἀμύνειν κτη- B σάμενον ἵππον, ἄμφω δὲ ἵππον ἀγροοῖμεν, τοσάνδε μέντοι τυγχάνοιμι εἰδὼς περὶ σοῦ, ὅτι Φαῖδρος ἵππον ἠγεῖται τὸ τῶν ἡμέρων ζώων μέγιστα ἔχον ὧτα —

ΦΑΙ. Γελοῖόν γ' ἂν, ὦ Σώκρατες, εἶη.

ΣΩ. Οὐπω γε. ἀλλ' ὅτε δὴ σπουδῇ σε πει-

E. τοῖς εὖ γε καὶ κ.] V. τε, quod e Bodl. Vat. Ven. Π. aliis multis mutatum.

Οὕτως περὶ τούτου ἀκ.] V. τούτων, quod habent libri ΞΗ. P. 260. B. πολεμίους ἀμύνειν] V. τοὺς π. ἀμ. invitis codd. fere omnibus praeter Ven. Ξ.

Γελοῖόν γ' ἂν — εἶη] εἶη om. Bodl. Vat. Par. GT.

Οὐπω γε] Bodl. Vat. Ven. Π. alii nonnulli οὐ ποτε male. Dein δὴ om. Bodl. AΠDOPT. probante Hermanno. Sed elegantius istud δὴ est quam ut criticorum arbitrio invecum sit.

sponsione denuo declarat, quanta sermonum incensus sit cupiditate. Frustra in his quoque haesitavit Schleiermach. p. 388, cuius sententiam etiam Astius impugnavit.

E. καὶ ὅπῃ μὴ, σκεπτέον] Expectabas ποιητέον: sed verbum σκέψασθαι animo tenens σκεπτέον dixit. Itaque non probo quod Heindorf. et Ast. post σκέψασθαι commate distinxerunt.

P. 260. οὐκ εἶναι — ἀλλ' ὅσα δόξει] Copiose hanc sophistarum sententiam tractavit

Plato Gorg. p. 454. B sqq. Veterum de hac re opiniones exposuit Vossius Institut. Oratt. L. 1. c. 1. Ceterum haec: ἀλλὰ τὰ δόξαντα — δόξει, ita explices: ἀλλὰ ταῦτα, ἃ δόξειεν ἂν πλήθει δίκαια, οἵπερ δικάσουσιν. Ficinus: sed quae iudicantium multitudini videantur. Particulam ἂν cum τὰ δόξαντα, h. e. ἃ δόξειεν ἂν, coniunctam abunde illustravimus ad Phileb. p. 30. C. et 52. C. al.

Οὐ τοι ἀπόβλητον ἔπος] Respicuntur verba Nectoris Iliad. II. 361. Οὐτοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσεται ὃ τι κεν εἴπω. conf. et-

θοιμι, συντιθεὶς λόγον ἔπαινον κατὰ τοῦ ὄνου, ἵππων ἐπονομάζων καὶ λέγων, ὡς παντὸς ἄξιον τὸ θρέμμα οἴκοι τε κεκτῆσθαι καὶ ἐπὶ στρατείας, ἀποπολεμῆν τε χρήσιμον καὶ προσηνεγκεῖν δυνατὸν σκευή καὶ ἄλλα πολλὰ ὠφέλιμον —

ΦΑΙ. Παγγέλιόν γ' ἂν ἤδη εἶη.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν οὐ κρεῖττον γελοῖον ἢ δεινόν τε καὶ ἐχθρόν εἶναι φίλον;

καὶ ἐπὶ στρατείας] V. στρατιᾶς. Illud solus T. exhibuit. C. καὶ ἐχθρόν εἶναι φίλον;] V. εἶναι ἢ φίλον. Cornar. corrigebat εἶναι τὸν φίλον. Verum vidit Heindorf. Deest ἢ in Vind. 4. 6. 7. a. Mon. Par. FNO. In cod. P. desunt verba εἶναι ἢ φίλον. Bekker. ἢ φίλον uncis inclusit.

iam Iliad. III. 65. Mox Schaefer. ad Greg. Corinth. p. 824. μή τι λέγοναι malebat, quod genus loquendi ad Menon. p. 78. B. illustravimus. Postea tamen ipse ad Plutarch. Vitt. Vol. V. p. 572. suam retractavit sententiam. Winckelmannus Praefat. ad edit. min. Turic. p. IX. conii. εἰ πῆ τι λέγουσιν, collato loco, qui infra legitur p. 272. C. Coniunctivum tamen tuemur ea ratione, quam ad Phaedon. p. 70. A. et Hipp. maior. p. 300. D. significavimus. Sententia verborum est haec: videndum, ne dicant aliquid, quod dignum sit, cuius habeamus rationem.

B. καὶ ἐπὶ στρατείας] Libri omnes praeter unum solum T. στρατιᾶς, quod primus correxit Heindorf. de Spaldingi sententia, mutavit etiam Bekker. Enimvero στρατιᾶ fere exercitum, στρατεία expeditionem denotat. v. Dorvill. ad Charit. p. 540. Promiscuum tamen voc. στρατιᾶ usum agnoscit Photius p. 468. ed. Lips. Στρατιᾶν, ουστέλλοντες τὴν δευτέραν συλλαβὴν, οὐ μόνον τὸ στρατεύμα λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν στρατεύσιν οὕτως Ἀριστοφάνης. Nec temere Aristophan. Lysistr. 99. τοὺς πα-

τέρας οὐ ποθεῖτε τοὺς τῶν παιδῶν, ἐπὶ στρατιᾶς ἀπόντας; εὐ γὰρ οἶδ' ὅτι, ubi metro vides στρατιᾶς necessario requiri. Ibid. 592. μονοκοντοῦμεν διὰ τὰς στρατιᾶς, quod non minus est certum. Ibid. 1141. στρατιᾶν προσαιτῶν. Thesmoth. 828. et 1169. Acharn. 251. 1143. al. Quae quum ita sint, mirandum profecto non est, quod etiam apud prosae orationis scriptores, Thucydidem, Xenophontem, Polybium, alios, perpetua est codicum in his vocabulis fluctuatio: nec quisquam paullo prudentior negaverit στρατιᾶν pro στρατεία Atticis in usu fuisse. Apud Platonem tamen habet scio an nullus exstet praeter hunc unum locus, in quo non unus alterve meliorum librorum cum vulgariibus grammaticorum praeceptis conveniat. Vide modo Reip. III. p. 404. A. et B. Charm. p. 156. C. Legg. XII. p. 94. A. ubi codd. στρατιᾶν. al. et quae laudavit Ruhnk en. ad Tim. p. 240. Quocirca nos quoque quamvis omnibus codicibus invitis ἐπὶ στρατείας reposuimus. Ceterum ita nobis persuasimus: licet στρατιᾶ utroque significato ponatur, ut tum expeditionem tum exercitum significet; tamen vicissim στρατείαν nusquam ibi

ΦΑΙ. Φαίνεται.

ΣΩ. Ὅταν οὖν ὁ ῥητορικὸς ἀγνοῶν ἀγαθὸν καὶ κακόν, λαβὼν πόλιν ὡσαύτως ἔχουσαν πείθῃ, μὴ περὶ ὄνου σκιάς ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ, δόξας δὲ πλήθους μεμελετηκῶς πείσῃ κατὰ πράττειν ἀντ' ἀγαθῶν, ποῖόν τινα οἶει μετὰ ταῦτα τὴν ῥητορικὴν καρπὸν ὧν ἔσπειρε; D. θερίζειν;

D. καρπὸν ὧν ἔσπειρε] ὧν Vind. 1. 3. 6. Flor. a. c. h. ΓΣΦΒΗ, quod desiderabat Stephan., probante Heindorfio, Bekker, Buttmann. Vulgo legitur ὄν. Mox γε post οὐ πάνυ ex optimis libris revocatum est.

adhiberi, ubi exercitus intelligendus est. Quod ipsum videtur effecisse, ut στρατιᾶ maxime de exercitu frequentaretur.

ἀποπολεμῆν τε Ζηήσιμον] h. e. πολεμῆν ἀπ' αὐτοῦ, ut recte interpretatur Heindorf, comparans Protagor. p. 350. A. ἀπὸ τῶν ἵππων πολεμῆν.

C. Ἄρ' οὖν οὐ κρεῖττον —] Picius: Nonne praestat ridiculum amicum (i. e. tanquam amicum) esse, quam gravem (callidum) et inimicum (malitiosum)? Nimirum hoc dicit, eum, qui quid suadeat, quem quidem nunc appellat φίλον, potius fore ridiculum, quam eius rationibus, cui aliquid suadere conetur, gravem et inimicum. Φίλον, quod vocat τὸν πείθοντα, sumit atque ponit illum, qui alteri aliquid suadeat, erga hunc esse benevolum. Quod quidem lepide et urbane Phaedri gratia ita fieri videtur, cui Lysias, quamvis amoris diviniore natura non perspecta, tamen sententiam suam ut amicus benevolus persuaserat.

μὴ περὶ ὄνου σκιάς] Alludens ad proverbium ὄνου σκιάς, quod significat rem nihili, pro ὄνου dixit ὄνον σκιάς. Male igitur

Heindorf, quamvis assentiente Bernhardy Encyclop. Philol. p. 147. voc. σκιάς exterminavit, iure ab Astio reprehensus. Praeterea lege Schol. ad h. l.

D. καρπὸν ὧν ἔσπειρε Φ.] Legitur vulgo ὄν, quod Astius sic defendit: „Καρπὸν ὄν ἔσπειρε θερίζειν, inquit, Plato sine dubio posuit propter proverbium, quod Hermias p. 182. affert: ὁ κατὰ σπειρῶν κατὰ θερίζει. conf. Schol. p. 317. Bekk. et Erasmi Adagg. III. 7. 60. p. 649. ed. Col. Verba, praemisso ποῖόν τινα, in quo sententiae vis inest, ita coacta sunt, ut solvi possint: καρπὸν ὄν ἔσπειρε, ποῖόν τινα οἶει εἶναι ὄν μετὰ ταῦτα ἢ ῥητορικὴ θερίζει;“ Artificiosior tamen et contortior ea est verborum explicatio. Ac videtur praeterea etiam res ipsa hanc flagitare sententiam: quemnam fructum putas artem oratoriam ex iis, quae tanquam semina sparserit, percepturam esse, nam scribendum: ποῖόν τιν' ἂν οἶει. Accedit quod ὄν in libris non paucis iisque satis probis repertum est. Praeterea alluditur fortasse ironice ad dictum quoddam Gorgiae, cuius meminit Aristoteles Rhetor. III. 3. οὐ δὲ ταῦτα

ΦΑΙ. Οὐ πάνυ γε ἐπιεικῆ.

Cap. XLIII. ΣΩ. Ἄρ' οὖν, ὦ γὰθῆ, ἀγροικότερον τοῦ δειντος λελοιδωρήκαμεν τὴν τῶν λόγων τέχνην, ἢ δ' ἴσως ἂν εἴποι· Τί ποτ', ὦ θανατάσιοι, ληρεῖτε; ἐγὼ γὰρ οὐδέν' ἀγνοοῦντα τάληθῆς ἀναγκάζω μανθάνειν λέγειν, ἀλλ', εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή,

εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή] Vulgo erat: εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, cui Stephan., probante Heindorfio et Winckelmanno χρῆται addendum censebat. Bodl. AG. et pr. II. εἴ τι. Recte Vind. 3. εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, quod coni. Schleiermacher. Deinde vett. edit. λαμβάνειν. Indicivum debemus Vind. 4. 7. a. Flor. h.; habent idem DNOP. Quamquam λαμβάνειν, ubi κτησάμενον scripseris, servari potest, si quis cum Aug. Matthiae Gr. Gr. §. 556. 2. p. 1292. ex ἀναγκάζει per zeugma statuatur κελύω vel παραινῶ repetendum esse. Idem vir doctus ad εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή intelligendum putat

ἀσχετῶς μὲν ἱσπεῖρας, κακῶς δὲ ἐθέριας, quae scita est coniectura Krischii De Phaedro Platonis p. 98 sq.

ἀλλ' εἴ τις ἐμὴ ξυμβουλή, κτησάμενος — λαμβάνει] Quod olim e codicibus reduximus, id etiam nunc tenemus, sententiam verborum sic interpretantes: sed, si quid meum valet consilium, quicumque mihi operam dat, is postquam veri cognitionem sibi comparavit, tum demum me amplectitur atque cognoscit. In qua sententia equidem non video, quid istud λαμβάνει habeat dubitationis. Voc. οὕτως post participia inferri solum, ut Phaedon. p. 61. C. Protagor. p. 310. D. p. 314. C. Gorg. p. 457. D. p. 507. D. E. Cratyl. p. 425. A. B. Reip. IV. p. 435. A. V. p. 464. A. IX. p. 576. E. et centenis aliis locis. Ceterum post ἀλλὰ e praecedenti οὐδένα liquet intelligi oportere ἕκαστος, quam loquendi formam habes Theaet. p. 157. B. De Rep. II. p. 366. D. III. p. 382. E. IV. p. 438. A. VIII. p. 561. B. Sympos. p. 192. E, ubi v. ann.

τόδε δ' οὖν μέγα λέγω] h. e. magnum quiddam. Est

enim idem, quod: τόδε λέγω ὡς μέγα τι. Legg. II. p. 653. A. μέγα λέγεις. XII. p. 960. D. οὐ μισρόν λέγεις. v. ad Symp. 175. C. Deinde notabis οὐδέν τι μᾶλλον Attice pro οὐδὲν ὡς dictum, de quo loquendi genere dixerunt interpp. ad Gregor. Corinth. p. 60. Theaetet. p. 169. B. ἀλλ' ἐγὼ οὐδέν τι μᾶλλον ἀρίσταται.

E. Φημί, ἐὰν οἱ γε ἐπιόντες —] Phaedro sciscitanti, annon ars oratoria ista omnia recte pro se in medium sit allatura, Socrates ita respondet, ut se facile dicat haec largiri, si quidem aliae quaedam rationes, quae iam lustrandae veniant, ei artis evadent tribui permittant: esse enim quosdam, quibus rhetorice non ars, sed ἀτεχνος τριβή videatur, ut in quodam ingenii et exercitationis genere ponenda sit. In hac igitur sententiarum et simplicitate et perspicuitate equidem non assequor, quid Buttman. in lectione nuper ex codd. mss. restituta desideraverit, ut maluerit amplecti eam quam suasit Heindorf. verborum distributionem. Vocatur autem rhetorice alibi etiam ἀλογος τριβή, ut infra p. 270. B. Phileb. p. 55. E. Gorg. p. 501. A. vel ἐμπειρία καὶ τριβή, ut

κτησάμενος ἐκείνο, οὕτως ἐμὲ λαμβάνει. τόδε δ' οὖν μέγα λέγω, ὡς ἄνευ ἐμοῦ τῶν ὄντων εἰδοῦτι οὐδέν τι μᾶλλον ἔσται πείθειν τέχνη.

ΦΑΙ. Οὐκοῦν δίκαια ἐρεῖ λέγουσα ταῦτα; E

ΣΩ. Φημί, ἐὰν οἱ γε ἐπιόντες αὐτῇ λόγοι μαρτυρῶσιν εἶναι τέχνη. ὥσπερ γὰρ ἀκούειν δοκῶ τινῶν

μανθάνειν βούλεται: quod minus placet. Non enim datus iste loquendi consuetudini convenire videtur.

τόδε δ' οὖν μέγα λέγω] V. τὸ δ' οὖν, invitis codd. plerisque omnibus. Dativum τέχνη praebuit Bodl. B. C. Vett. edit. τέχνη.

E. Οὐκοῦν δίκαια — ταῦτα;] Vulgo haec Socrati, et vicissim que sequuntur Φημί κτλ. Phaedro adscribunt usque ad πῶς λέγουσιν; Mutavi praeeunte Bekkero, libris scriptis suffragantibus. Ita nihil est, cur verba: τοῦ δὲ λέγειν — γένηται cum Heindorfio aliisque pro subditiis habeamus.

Gorg. p. 463. B. Phileb. p. 55 E. usum nulla ratione collectum dixit Apulei. Doctr. Plat. II. p. 16. ed. Elm. De usu voc. ὥσπερ v. Heindorf. ad Phaedon. p. 143. ad Cratyl. §. 3. Hactenus igitur omnia sunt in vado. Sed quae deinceps adiunguntur, ea sunt impeditiora. Nam Heindorfio quidem, itemque Schleiermachero et Astio totum hoc, quod sequitur, enuntiatum: τοῦ δὲ λέγειν — ὅστερον γένηται, visum est subditiis. Quod tamen fateor mihi secus videri. Mitto virorum acutissimorum argumenta, ne longior disputatio evadat. Nam sponte ea concidant necesse est, ubi demonstratum fuerit verba illa propter totius argumentationis tenorem nullo modo abesse posse. Est autem, nisi fallor, sententiarum haec series et cohaerentia. Concedo, inquit Socrates, rhetoricam ista omnia recte pro sua causa afferre posse, siquidem ei artis nomen tribuendum sit. Iam vero sunt, qui hanc laudem ipsi eripiant eamque nihil esse statuunt nisi usum quendam omnis artis expertem. Quod si ita habet, perspicuum est non recte rhetorice sibi vindicare veri scientiam et cognitio-

nem. Nam vera et germana dicendi ars, vel Spartano iudice, sine veritatis scientia non potest consistere. Si autem artis nomen non meretur, nec veritatis cognitio et scientia ei propria erit. Haec igitur quum sit sententiarum consequutio, equidem illo additamento aegre caruerim, quo veluti in antecessum significatur, quod Socrates deinceps accuratius est demonstraturus, rhetoricam cum philosophia coniunctam esse oportere, siquidem artis nomen tueri velit, neque illam artem appellari licere, quae a sapientiae disciplina abhorreat. Lepidum est autem, quod Laconum utitur testimonio: qua re nihil aliud videtur indicare, nisi hoc, vel sensum communem atque naturalem ad dicendi artem requirere solere veri scientiam et cognitionem. Atque haec si probabiliter disputavimus, iam tandem mirari desinent viri docti, cur Socrates hac utatur auctoritate. Narratiunculam Plutarchi p. 233. B. ex hoc ipso loco confictam putamus. Quippe ille haec habet: Μεγαλυνόμενον τινός ἐπὶ τῇ ῥητορικῇ τέχνῃ, εἰπέ τις Λάκων, ἀλλὰ νῆ τῷ Σιώ, τέχνη ἄνευ τοῦ ἀληθείας ἡφθαι οὔτε ἔστι οὔτε μήποτε γένηται.

προσιόντων καὶ διαμαρτυρομένων λόγων, ὅτι ψεύδε-
ται καὶ οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἀτεχνος τριβή. τοῦ δὲ
λέγειν, φησὶν ὁ Λάκων, ἔτυμος τέχνη ἄνευ τοῦ ἀλη-
θείας ἠφθαι οὐτ' ἔστιν οὔτε μήποθ' ὑστερον γέ-
νηται.

261 ΦΑΙ. Τούτων δεῖ τῶν λόγων, ὦ Σώκρατες,
ἀλλὰ δεῦρο αὐτοὺς παράγων ἐξέταξε, τί καὶ πῶς λέ-
γουσιν.

ΣΩ. Πάριτε δὴ, θρόεματα γενναῖα, καλλιπαιδά
τε Φαῖδρον πείθετε, ὡς, ἐὰν μὴ ἱκανῶς φιλοσοφήσῃ,
οὐδὲ ἱκανός ποτε λέγειν ἔσται περὶ οὐδενός. ἀποκρι-
νέσθω δὴ ὁ Φαῖδρος.

ἔτυμος τ. ἄνευ] ἔτοιμος ἄνευ Bodl. pr.
ὑστερον γένηται] V. ὑστέρως, quod solus Par. E. tuetur.
Vind. 3. 6. Σ. γνήσεται.

P. 261. Τούτων δεῖ τῶν λόγων] Sic ΣΦCr Flor. a. c.
al. Vulgo Τούτων δὴ τ. λ., quod mutavit etiam Bekkerus. Hein-
dorf. conī. τούτων δὴ τῶν λόγων; sc. δοκεῖς ἀκούειν.

ὡς, ἐὰν μὴ ἱκανῶς φ.] Sic Bodl. cum plerisque omnibus.
Vulg. ἕως ἂν μὴ ἐκ. φ.

Ἐρωτᾶτε] Hoc verbum Phaedro tribui praeunte Bekkero.
Ita dilucide Coisl. Ven. ΞΞ Par. BC Viad. 1. 3. 6. Flor. a. al.
Vulgo tribuunt Socrati. Videndum vero num Ἐρώτα δὴ, scriben-
dum sit, quod scite coniecit Krischius De Phaedro p. 95.

Quae vides excepta iurisiurandi
formula totidem verbis apud
Platonem exstare. Atqui non
iam haec de uno aliquo Laco-
ne accipienda sunt, sed singu-
laris numerus ὁ Λάκων omnino
de Laconibus intelligendus est.
Nam etiam a Graecis numerum
singularem nominum propriorum
generatim usurpari constat, et
istud ipsum ὁ Λάκων habet et-
iam Herod. VIII. 2. v. Fische-
rus ad Weller. III. p. 300.
Bernhardy Syntax. p. 59 sq.
Quibus ita expositis neminem
putamus moraturum esse sen-
tentiam Voegelini Praef. ad
ed. Tur. min. p. 12 sq. qui ver-
ba: φησὶν ὁ Λάκων, eicienda
et post τριβή commate interpun-
gendum censet. Quamquam et-
iam eiecta Laconis mentione loci

integritatem satis constare uti-
que concedendum est.

P. 261. Τούτων δεῖ τῶν
λόγων] Exclamat Phaedrus rei
audiendae cupidissimus: His
vero opus est sermoni-
bus! ut verissime Bekker. δεῖ
pro vulg. δὴ ex codicibus resti-
tuerit. Fallitur Astius geni-
tivum putans esse absolutum
atque locum hoc modo interpre-
tans: was diese Reden be-
trifft, bringe sie doch her,
um zu sehen etc.

καλλιπαιδά τε Φαῖδρον
π.] h. e. pulcrorum huius-
modi θροεμάτων s. libero-
rum patrem. Ita hoc καλλι-
παιδα accipiendum esse docebit
locus Plutarchi Quaest. Platt.
p. 1000. F. = 255. ed. Hutten.

ΦΑΙ. Ἐρωτᾶτε.

ΣΩ. Ἄρ' οὖν οὐ τὸ μὲν ὄλον ἢ ῥητορικὴ ἂν
εἴη τέχνη ψυχαγωγία τις διὰ λόγων, οὐ μόνον ἐν δι-
καστηρίοις καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ B
καὶ ἐν ἰδίοις, ἢ αὐτὴ σμικρῶν τε καὶ μεγάλων πέρι;
καὶ οὐδὲν ἐντιμότερον τό γε ὀρθὸν περὶ σπονδαῖα ἢ
περὶ φαῦλα γιγνόμενον; ἢ πῶς σὺ ταῦτ' ἀκήκοας;

ΦΑΙ. Οὐ μὰ τὸν Δί', οὐ παντάπασιν οὕτως,
ἀλλὰ μάλιστα μὲν πῶς περὶ τὰς δίκας λέγεται τε καὶ
γράφεται τέχνη, λέγεται δὲ καὶ περὶ δημηγορίας· ἐπὶ
πλέον δὲ οὐκ ἀκήκοα.

ΣΩ. Ἄλλ' ἢ τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσέως τέχνας

Ἄρ' οὖν οὐ τὸ μ. ὄλ.] quod vulgo aberat οὖν e cod. Bodl.
aliisque plurimis nuper restitutum. Perperam tamen ἄρ' Bodl.

B. ἢ περὶ φαῦλα] Praepositionem περὶ vulgo hic praeter-
missam codd. omnes redhibuerunt excepto uno Par. E.

λέγεται τε καὶ γρ.] Aberat vulgo τε invitis codd. praeter
Par. E.

Ἄλλ' ἢ τὰς Ν.] V. ἢ, quod iam Heindorf. correxit, suffra-
gante Vind. 1. 6. Dein vulgo σχολάζοντε, quod e Bodl. Flor. g. h.
Vind. 1. 3. 4. 7. a. ΔΠΣD aliis nunc mutavimus. Pluralem par-
ticipii cum duali numero verbi coniunctum ad Phaedr. p. 256. C.
Gorg. p. 481. D. Prot. p. 317. E. Euthydem. p. 273. D. al. attigi-
mus. conf. etiam infra p. 278. D. Invitis optimis codd. tamen Tu-
ricenses σχολάζοντε servarunt.

HEINDORF. Scilicet Phae-
drus καλλιπαις appellatur, quo-
niam sermonum habendorum de-
dit occasionem. Ita p. 257. B.
Lysias vocatur πατήρ τοῦ λόγου.
Quo nomine ipse Phaedrus quo-
que ornatur Sympos. p. 177. D.
ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις, ἢ αὐ-
τῇ σμικρῶν τε καὶ μ. π.] Sic
nunc primum distinximus postu-
lante sententia. Vulgo erat; ἀλλὰ
καὶ ἐν ἰδίοις ἢ αὐτῇ, σμικρῶν τε
κ. μ. π. Dicit autem hoc: non-
ne in universum rhetorica
est ars animos flectendi
quocunque velis, non so-
lum in iudiciis aliisque
conventibus publicis, ve-
rum etiam in privatis, ea-
demque parvas non minus
quam magnas res tractat,
et vera eius rectaque ra-

tio nihilo est praestabi-
lior in gravibus occupata
rebus quam in vilibus? —
τὸ γε ὀρθόν, sc. αὐτῆς. —
Locutionem γιγνεσθαι s. εἶναι
περὶ τι de artibus et studiis in
aliquo rerum genere versantibus
frequentatam notavimus ad Remp.
X. p. 602. C. conf. Dorvill. ad
Charit. p. 142. et Boissonad. ad
Phil. Her. p. 342.

B. ἐπὶ πλέον δὲ οὐκ ἀκ.]
h. e. plus eam efficere non
audivi. De ἐπὶ πλέον v. ad
Gorg. p. 453. A. Repetendum
vero λέγεσθαι καὶ γράφεσθαι
τέχνη.

τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσ-
σέως τ.] Schol. Γοργίας παρά-
ληλος Νέστορι ὡς αἰδήμων καὶ
πολιετής· ὀκτώ γὰρ καὶ ἑκατὸν

μόνον περι λόγων ἀκήκοας, ἃς ἐν Πλίῳ σχολάζοντες
C συνεγραψάτην, τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας;

ΦΑΙ. Καὶ ναὶ μὰ Δι' ἔγωγε τῶν Νέστορος, εἰ
μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις, ἢ τινα Θρα-
σύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσεά.

Cap. XLIV. ΣΩ. Ἴσως. ἀλλὰ γὰρ τούτους
ἐῶμεν· σὺ δ' εἰπέ, ἐν δικαστηρίοις οἱ ἀντίδικοι τί
δρῶσιν; οὐκ ἀντιλέγουσι μέντοι; ἢ τί φήσομεν;

ΦΑΙ. Τοῦτ' αὐτό.

ΣΩ. Περὶ τοῦ δικαίου τε καὶ ἀδίκου;

ΦΑΙ. Ναί.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ τέχνη τοῦτο δρῶν ποιήσει φανή-
D ναι τὸ αὐτὸ τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν δίκαιον, ὅταν δὲ
βούληται, ἀδίκον;

ΦΑΙ. Τί μὴν;

C. κατασκευάζεις] κατασκευάζης Bodl. Dein τε om. DN
OPT; sed Vat. A. Ven. II. Par. G. pro eo δὲ scribunt.

D. ὡς τὲ φαίνεσθαι τοῖς ἀκ.] Sic Bodl. et reliqui fere
omnes. Soli Pariss. EF cum Steph. ὡς τὲ δοκεῖν φαίνεσθαι: quod
genus loquendi etsi non est infrequens, ut Fischer. ad Weller. T.
III. P. II. p. 39. Weisk. de Pleonasm. p. 92. Ast. et Heindorf. ad

ἔχσεν ἔτη· ὡς δεινὸν οἱ ἄλλοι
Ὀδυσσεῖ. Optime Astius: Fe-
stive, inquit, artis rhetoricae
principes, Gorgias, Thrasyma-
chus, Theodorus, alii, cum he-
roibus comparantur Homericis,
Nestore, Ulixē, al. Ac Gorgias
quidem Leontinus propter suavi-
tatem orationis aetatisque lon-
ginitatem (v. Foss. de Gorg.
Leont. p. 10.) dicitur Nestor.
Ulixis vero nomine designatur
Thrasymachus vel Theodorus.
Praeterea, quum Palamedem ver-
sutum veteres tradidissent ad
Troiam otii ferendi causa cubo-
rum calculorumque ludum inve-
nisse (v. Plat. De Rep. VII.
p. 522. D. Eust. ad II. II. T. I.
p. 433. ed. Flor. ibique Polit.
Eurip. fragm. in Stob. Flor. II.
p. 335. Gaisf. Foss. ad Gorg.

Leont. p. 103 sqq. C. Iahn Pla-
lam. p. 5—13.), hos heroes Pla-
to lepide fingit ad Troiam tem-
poris traducendi causa artes con-
scripsisse oratorias; significantur
enim percursationes et expeditio-
nes quasi in nobiliores Graeciae
urbes, quas et pecuniae facien-
dae et gloriae comparandae cau-
sa rhetores et sophistas constat
obisse. Atque fieri potuit, ut in
urbibus Graecis otium, quo
fruerentur, ad praecepta rheto-
rica institutionis causa colligenda
artisque (τέχνας), quas dicerent,
componendas conferrent. Haec
igitur Astius. Gorgiam τῶν
τεχνῶν scriptorum numero ex-
mit Spengelius Artium Scri-
ptorr. p. 82 sqq. A quo tamen
recte dissentit Krischius De
Phaedro Plat. p. 101. testibus

ΣΩ. Καὶ ἐν δημηγορίᾳ δὴ τῇ πόλει δοκεῖν τὰ
αὐτὰ τοτὲ μὲν ἀγαθὰ, τοτὲ δ' αὖ τὰναντία;

ΦΑΙ. Οὕτω.

ΣΩ. Τὸν οὖν Ἐλεατικὸν Παλαμήδην λέγοντα
οὐκ ἴσμεν τέχνη, ὥστε φαίνεσθαι τοῖς ἀκούουσι τὰ
αὐτὰ ὅμοια, καὶ ἀνόμοια, καὶ ἐν καὶ πολλὰ, μένοντά
τε αὖ καὶ φερόμενα;

ΦΑΙ. Μάλα γε.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα μόνον περὶ δικαστήριά τε ἔστιν
ἢ ἀντιλογικὴ καὶ περὶ δημηγορίαν, ἀλλ', ὡς ἔοικε, E
περὶ πάντα τὰ λεγόμενα μία τις τέχνη, εἴπερ ἔστιν,
αὕτη ἂν εἴη, ἢ τις οἷός τ' ἔσται πᾶν παντὶ ὁμοιοῦν
τῶν δυνατῶν καὶ οἷς δυνατὸν, καὶ ἄλλου ὁμοιοῦντος
καὶ ἀποκρυπτομένου εἰς φῶς ἄγειν.

ΦΑΙ. Πῶς δὴ τὸ τοιοῦτον λέγεις;

h. l. docuerunt, tamen hic neque codicibus confirmatur, neque ipsi
sententiae tam bene convenit, quam solum φαίνεσθαι.

E. ἢ τις οἷός τ' ἔσται] V. ἢ τις οἷα δ' ἔσται. Sed οἷός τ'
cum Bodl. exhibent Flor. a. b. c. g. h. i. d. Vind. a. ceterique
omnes praeter ZE et ἢ τις Bekker. invenit in Paris. F. et corr. G.
Ceterum Pariss. DNOP habent εἰ τις. Dein παμπαντὶ Bodl. Vat.

usus Diog. Laërt. VIII. 58.
Sopat. in Hermogen. Rhet. in
Rhetor. Graec. T. V. p. 7. ed.
Walz. Quintil. III. 1, 8.

τῶν δὲ Παλαμήδους] In-
telligitur Zeno Eleaticus, ut
mox apparebit.

C. τῶν Νέστορος] Int.
ἀνήκοος γέγονα. Dein eleganter
Schleiermacherus: „wenn
du uns nicht den Gorgias
als einen Nestor zurich-
ten willst, oder einen
Thrasymachus und Theo-
dorus als Odysseus.“ Nam
σκευάζειν ἐκ κατασκευάζειν proprie
ita dici docebit annotatio Schae-
feri ad Plutarch. Vitt. Vol. V.
p. 54. Theodorum hunc By-
zantium, de quo v. etiam p. 353.
B., cave cum Theodoro Cyre-

naico confundas, qui in Theae-
teto loquens inducitur. conf.
Groen van Prinsterer Pro-
sopogr. Platon. p. 96 sq. p. 107
sq. et p. 111. coll. Aristot. So-
phistar. Elench. p. 638. ed. Buhl.

οὐκ ἀντιλέγουσι μέντοι;]
V. ad p. 229. B. p. 266. D. et
Protog. p. 309. A.

D. Τὸν οὖν Ἐλεατικὸν
Παλαμήδην] Recte Schol. Ζή-
νωνά φησι, τὸν Παρμενίδου ἐταί-
ρον. conf. Diog. Laërt. IX.
25. et Plat. Parm. p. 127 sqq.
ubi haec ipsa Zenonis placita
illustrantur. De ἀντιλογικῇ vide
quae exposuimus ad Reip. V.
p. 453. E. coll. Aristotel. Top.
I. 10.

E. τῶν δυνατῶν] ὁμοιοῦ-
σθαι.

ΣΩ. Τῆδε δοκῶ ζητοῦσι φανεῖσθαι. ἀπάτη πό-
τερον ἐν πολῷ διαφέρουσι γίγνεται μᾶλλον ἢ ὀλίγον;

262 ΦΑΙ. Ἐν τοῖς ὀλίγον.

ΣΩ. Ἀλλά γε δὴ κατὰ μικρὸν μεταβαίνων μᾶλ-
λον λήσεις ἐλθὼν ἐπὶ τὸ ἐναντίον ἢ κατὰ μέγα.

ΦΑΙ. Πῶς δ' οὐ;

ΣΩ. Δεῖ ἄρα τὸν μέλλοντα ἀπατήσῃ μὲν ἄλ-
λον, αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατήσεσθαι τὴν ὁμοιότητα τῶν
ὄντων καὶ ἀνομοιότητα ἀκριβῶς διειδέναι.

ΦΑΙ. Ἀνάγκη μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἡ οὖν οἴός τε ἔσται, ἀλήθειαν ἀγνοῶν
ἐκάστου, τὴν τοῦ ἀγνοουμένου ὁμοιότητα μικρὰν τε
B καὶ μεγάλην ἐν τοῖς ἄλλοις διαγιγνώσκειν;

ΦΑΙ. Ἀδύνατον.

ΣΩ. Οὐκοῦν τοῖς παρὰ τὰ ὄντα δοξάζουσι καὶ

P. 262. Ἀλλά γε δὴ κατὰ σμ.] Accessit γε e Bodl. *API*
DGNOPD Flor. g. Mon. Vind. 4. a. Olim aberat.
αὐτὸν δὲ μὴ ἀπατήσεσθαι] Duo codd. ἀπατηθήσεσθαι,
quod legitur Gorg. p. 499. C. Cratyl. 436. B.
μικρὰν τε] V. μικρὰν τε, quod unus E. tuetur.

B. Γίγνεται γοῦν οὕτως] V. οὖν praeter fidem librorum
ferè omnium. Nimirum γοῦν habet vim confirmandi cum quadam
restrictione, ut sexcenties. Bodl. οὕτω.

ἢ ὀλίγον] Breviter dictum
pro ἢ ἐν ὀλίγον διαφέρουσι. Hirs-
chig. correxit ἢ ἐν ὀλίγον.

P. 262. B. τοῖς παρὰ τὰ
ὄντα δοξάζουσι] iis, qui se-
cus opinantur atque res re vera
habent.

Ἔστιν οὖν ὅπως τεχνικὸς
ἔσται —] longas hunc in mo-
dum: ἔστιν οὖν ὅπως ὁ μὴ ἔγνω-
ρικὸς ὁ ἔστιν ἕκαστον τῶν ὄντων
τεχνικὸς ἔσται μεταβιβάσειν (τινὰ)
κατὰ μικρὸν, ἀπάγων (αὐτὸν)
ἐκάστοτε ἀπὸ τοῦ ὄντος ἐπὶ τοῦ
ἐναντίου διὰ τῶν ὁμοιοτήτων, ἢ
αὐτὸς τοῦτο (τὸ μεταβιβάσειν)
ἀπαγόμενον) διαφεύγειν. Lectio-
nem vulg. ἔγνωρικὸς tenendam
putamus utpote elegantissimam.
Nam γνωρίζειν τι dicuntur qui

se in alicuius rei notitiam et fa-
miliaritatem insinuant, quod nos-
trates dicunt *Bekanntschafft*
machen mit etwas od. mit
iemand. Hirschig. ante με-
ταβιβάσειν de coniectura sua in-
seruit ἄλλον; iusto audacius.
Nec vero Badhamum proba-
mus post μεταβιβάσειν deside-
rantem voc. τινὰ ac deinde cor-
rigentem παράγων. Neutrum
enim opus est.

C. δόξας δὲ τεθηρακώς] Etsi dubito an Graeci discrimen
aliquod verborum θηρῶν et θη-
ρεῖν translate positorum agno-
verint, de qua re disputavit Iac-
cob ad Lucian. Toxar. c. 1.
Quaestio. Lucian. Cap. I; tam-
en Plato quidem certe de ve-

ἀπατωμένοις δῆλον ὡς τὸ πάθος τοῦτο δι' ὁμοιοτή- C
των τιῶν εἰσερόνη.

ΦΑΙ. Γίγνεται γοῦν οὕτως.

ΣΩ. Ἔστιν οὖν ὅπως τεχνικὸς ἔσται μεταβιβά-
σειν κατὰ μικρὸν διὰ τῶν ὁμοιοτήτων ἀπὸ τοῦ ὄντος
ἐκάστοτε ἐπὶ τοῦναντίον ἀπάγων, ἢ αὐτὸς τοῦτο δια-
φεύγειν, ὁ μὴ ἔγνωρικὸς ὁ ἔστιν ἕκαστον τῶν ὄντων;

ΦΑΙ. Οὐ μήποτε.

ΣΩ. Λόγων ἄρα τέχνην, ὦ ἑταῖρε, ὁ τὴν ἀλή- C
θειαν μὴ εἰδώς, δόξας δὲ τεθηρακῶς γελοῖαν τινά,
ὡς ἔοικε, καὶ ἄτεχνον παρέξεται.

ΦΑΙ. Κινδυνεύει.

Cap. XLV. ΣΩ. Βούλει οὖν, ἐν τῷ Λυσίου
λόγῳ, ὃν φέρεις, καὶ ἐν οἷς ἡμεῖς εἶπομεν ἰδεῖν τι
ὧν φημὲν ἄτεχρόν τε καὶ ἔντεχρον εἶναι;

ἔσται μεταβιβάσειν] V. μεταβιβάσειν, quod nuper e Ga-
leno de Hippocr. et Platon. decret. IX. p. 331. atque codd. pluri-
mis correctum. Bodl. et Vat. μεταβιβάσει, quod et ipsum confirmat
infinitivum. Dein vet. edit. δι' ὁμοιοτήτων, quod habent codd.
paucissimi neque ii optimi.

ὁ μὴ ἔγνωρικὸς] Bas. 2. cum *EDNOP*. Florr. g. h. Vind.
4. 7. a. ἔγνωκώς, quod ego non praeferam vulgatae lectioni.

C. δόξας δὲ τεθηρακῶς] V. τεθηρακῶς, quod *EEF*. et
pauci alii tenent.

ritatis investigatione constanter
θηρεῖν posuit; quam in rem
iam alii laudarunt Theaet. p. 198.
A. p. 200. A. Sophist. p. 222. A.
Phileb. p. 20. D. Gorg. p. 489.
B. p. 490. A. v. Wytttenbach.
Ep. Crit. p. 5. ad Phaedon. p.
155. Heusd. Specim. Crit. p.
88. Boisson. ad Philostr. p. 418.

γελοῖαν τινά — παρέξε-
ται] Hunc usum verbi παρέξε-
σθαι illustrabunt quae collegit
Wytttenbach. ad Phaedon. p.
271 sq.

ἐν οἷς ἡμεῖς εἶπομεν] h.
e. καὶ ἐν τούτοις, ἃ ἡμεῖς εἶπο-
μεν. De hoc usu praepositionis
ἐν diximus ad Rempubl. III. p.
392. D.

Plat. Opp. Vol. IV. P. I.

ὧν φημὲν ἄτεχρόν τε καὶ
ἐντεχρον εἶναι] Aut ὁ legen-
dum, aut cum Heindorfio
scribendum ἀτέχρων τε καὶ ἐντέ-
χρων εἶναι, quod sane vellem a
codicibus esset communitum. In
re dubia librorum lectionem in-
tactam relinquere consultum du-
ximus, praesertim quum nuper
exstiterint, qui vulgatam scri-
pturam defenderent sic, ut
in ea statuerent attractionem
imperfectam cerni. Quamquam
alterum talis attractionis exem-
plum, quod quidem certum sit,
nullum usquam repertum iri
arbitramur, ut eam plane com-
menticiam esse existimemus. —
ψιλῶς πως, h. e. exemplis de-
stituti, ut ipse interpretatur.

ΦΑΙ. Πάντων γέ που μάλιστα· ὡς νῦν γε ψιλῶς πως λέγομεν, οὐκ ἔχοντες ἱκανὰ παραδείγματα.

ΣΩ. Καὶ μὴν κατὰ τύχην γέ τινα, ὡς ἔοικεν, ἐρρήθητήν τῷ λόγῳ ἔχοντέ τι παράδειγμα, ὡς ἂν ὁ εἰδὼς τὸ ἀληθές προσπαίξων ἐν λόγοις παράγοι τοὺς ἀκούοντας. καὶ ἔγωγε, ὦ Φαῖδρε, αἰτιῶμαι τοὺς ἐντοπίους θεοὺς· ἴσως δὲ καὶ οἱ τῶν Μουσῶν προφηταὶ οἱ ὑπὲρ κεφαλῆς ᾤδοι ἐπιπεπνευκότες ἂν ἡμῶν εἶεν τοῦτο τὸ γέρας. οὐ γάρ που ἔγωγε τέχνης τινὸς τοῦ λέγειν μέτοχος.

ΦΑΙ. Ἔστω ὡς λέγεις· μόνον δήλωσον ὃ φῆς.

ΣΩ. Ἴθι δὴ μοι ἀνάγνωθι τὴν τοῦ Ἀσίου λόγον ἀρχήν.

Ε ΦΑΙ. Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστασαι, καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῶν τούτων γενομένων, ἀκήκοας. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυχεῖσθαι ὦν δέομαι, ὅτι οὐκ ἐραστὴς ὦν σοῦ τυγχάνω. ὡς ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει —

ΣΩ. Παῦσαι. τί δὴ οὖν οὗτος ἀμαρτάνει καὶ 263 ἄτεχνον ποιεῖ, λεκτέον. ἢ γάρ;

ΦΑΙ. Ναί.

Ε. συμφέρειν ἡμῶν] ὑμῶν Bodl. Vat. Ven. Π. ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει —] Vulgo adduntur haec: ὦν ἂν εὖ ποιήσωσιν, ἐπειδὴν τῆς ἐπιθυμίας παύσονται, quae recte in codd. omnibus praeter marg. E. omittuntur. Quippe Socrates Phaedrum repente interpellare existimandus est.

Δ. ὡς ἂν ὁ εἰδὼς — παράγοι] quomodo in fraudem inducere possit. Nam ita παράγειν capiendum esse certum arbitramur. Reip. II. p. 383. Α. ἡμᾶς ψεύδει παράγειν ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ. Eodem modo antea ἀπάγειν dictum, de quo compares Gorg. p. 453. Β.

τοὺς ἐντοπίους θεοὺς] V. supra p. 232. Β. p. 238. C. p. 263. D. Callidus sapientiae suae dissimulator Socrates diis tribuit quae ipsi unice debentur. μόνον δήλωσον] μόνον cum

imperativo iunctum, ut Lat. modo. Phaedon. p. 63. E. μόνον τὸ ἐαυτοῦ παρασκευάζετω. Sed per vulgatus hic usus loquendi est, ut exemplorum confirmatione non indigeat.

Ἴθι δὴ μοι ἀνάγνωθι] Exspectabas: Ἴθι δὴ, ἀνάγνωθί μοι τὴν τοῦ Α. λ. ἀρχήν. Sed noli quidquam attractare. Similia exempla, in quibus μοι encliticum ita praemittitur, ut cum reliqua coaluerit oratione, collegit Fritschius Quaestioni.

Cap. XLVI. ΣΩ. Ἄρ' οὖν οὐ παντὶ δήλον τό γε τοῖόνδε, ὡς περὶ μὲν ἓνα τῶν τοιούτων ὁμοιοητικῶς ἔχομεν, περὶ δ' ἓνα στασιωτικῶς;

ΦΑΙ. Δοκῶ μὲν ὃ λέγεις μανθάνειν, ἔτι δ' εἰπέ σαφέστερον.

ΣΩ. Ὅταν τις ὄνομα εἴπῃ σιδήρου ἢ ἀργύρου, ἄρ' οὐ τὸ αὐτὸ πάντες διανοήθημεν;

ΦΑΙ. Καὶ μάλα.

ΣΩ. Τί δ' ὅταν δικαίου ἢ ἀγαθοῦ; οὐκ ἄλλοις ἄλλη φέρεται, καὶ ἀμφισβητοῦμεν ἀλλήλοις τε καὶ ἡμῶν αὐτοῖς;

ΦΑΙ. Πάνν μὲν οὖν.

ΣΩ. Ἐν μὲν ἄρα τοῖς συμφωνοῦμεν, ἐν δὲ τοῖς οὐ. Β

ΦΑΙ. Οὕτω.

ΣΩ. Ποτέρῳθι οὖν εὐαπατητότεροί ἐσμεν, καὶ ἢ ῥητορικῇ ἐν ποτέροις μείζον δύναται;

ΦΑΙ. Δῆλον, ὅτι ἐν οἷς πλανώμεθα.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸν μέλλοντα τέχνην ῥητορικὴν μετιέναι πρῶτον μὲν δεῖ ταῦτα ὁδῶ διηρησθαι, καὶ εἰληφέναι τινὰ χαρακτῆρα ἑκατέρου τοῦ εἶδους, ἐν ᾧ τε ἀνάγκη τὸ πλήθος πλανᾶσθαι καὶ ἐν ᾧ μή.

P. 263. Α. στασιωτικῶς] Paullo ante Coisl. τῶν ὄντων ὁμ. Vulgo στασιαστικῶς, in vitis codd. melioribus.

Β. τὸ πλήθος πλανᾶσθαι] τὸ εἶδος Vat. Ven. Π. Par. DGNOPT.

Luciann. p. 27. Alia id genus ipsi ad p. 258. Α. notavimus.

Παῦσαι] Int. ἀναγιγνώσκων. v. ad Apol. Socrat. p. 26. Α. ed. 3. Collectis ibi a nobis rei exemplis adde nunc etiam Sophocli. Oed. Col. v. 1039. ed. Br. πιστωθεῖς ὅτι, ἦν μὴ θάνω γὰρ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι. ubi int. οὐτὸν ποιῶν. Aiac. v. 483. παῦσαι γε μέντοι, ubi ex ἐλεξας intellig. λέγων. Electr. v. 1428. παύσασθε sc. διαλεγόμενοι.

P. 263. Β. Ἐν μὲν ἄρα τοῖς συμφωνοῦμεν —] Ita con-

stanti loquendi consuetudine scriptum pro eo quod exspectabas ἐν τοῖς μὲν ἄρα. De Rep. V. p. 467. D. εἰς μὲν ἄρα τὰς ἄξουσιν, εἰς δὲ τὰς εὐλαβήσονται. Menex. p. 241. C. Theaet. p. 167. E. Sed satis exemplorum collegunt Fischer. ad Weller. I. p. 331. Hermann. ad Viger. p. 699. Ast. ad Legg. p. 177. Matthiae Gr. §. 288. ann. 3. p. 740 sq. ed. 3.

ὁ δῶ διηρησθαι] via et ratione discrevisse. Ita ὁδῶ legitur etiam Reip. VII. p. 533.

C ΦΑΙ. Καλὸν γοῦν ἂν, ᾧ Σώκρατες, εἶδος εἴη κατανενοηκῶς ὁ τοῦτο λαβῶν.

ΣΩ. Ἐπειτά γε οἶμαι πρὸς ἐκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν, ἀλλ' ὅξιος αισθάνεσθαι, περὶ οὗ ἂν μέλλῃ εἶρεῖν, ποτέρου ὄν τυγχάνει τοῦ γένους.

ΦΑΙ. Τί μὴν;

ΣΩ. Τί οὖν τὸν ἔρωτα; ποτέρου φῶμεν εἶναι τῶν ἀμφισβητησίμων, ἢ τῶν μῆ;

ΦΑΙ. Τῶν ἀμφισβητησίμων δήπου. ἢ οἶει ἂν σοι συγχωρῆσαι εἰπεῖν ἅ νῦν δὴ εἶπες περὶ αὐτοῦ, ὡς βλάβη τέ ἐστι τῷ ἐρωμένῳ καὶ ἐρωῶντι, καὶ αὐτῷ ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει;

ΣΩ. Ἄριστα λέγεις. ἀλλ' εἶπέ καὶ τόδε — ἐγὼ γάρ τοι διὰ τὸ ἐνθουσιαστικὸν οὐ πάννυ μείνημαι — εἰ ὠρισάμην ἔρωτα ἀρχόμενος τοῦ λόγου.

ΦΑΙ. Νῆ Δί' ἀμηχάνως γε ὡς σφόδρα.

ΣΩ. Φεῦ, ὅσῳ λέγεις τεχνικώτερας νύμφας τὰς Ἀχελώου καὶ Πάνα τὸν Ἐρμοῦ Λυσίου τοῦ Κεφάλου

C. ἢ οἶει ἂν — τυγχάνει] In vett. editt. haec verba tribuuntur Socrati, Phaedro autem verba Ἄριστα λέγεις. Primus emendavit Heindorf.

D. ὡς σφόδρα] Bodl. cum ΑΠΔΓΝΟΡΤ. Flor. g. h. Vind. 7. a. ὡς omittit. Dein Ἀχελώου Bodl. et pro Πάνα Bodl. Vat. Ven. ΠΦ. Par. GPT πάντα. Mox Bodl. et pauci alii πρὸς λόγου εἶναι.

B. Aristotel. Top. II. 43. De verbo διαιρεῖσθαι v. Ind. ad Rempubl.

C. πρὸς ἐκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν] Repetendum deī e superioribus. Hoc igitur dicit: oportet eum, quum in unum quodque mente et cogitatione pervenit, non latere etc. Dictionem: πρὸς τινι γίνεσθαι, ad Phileb. p. 18. D. Politic. p. 264. A. et alibi illustratam dedimus. Paulo ante Badhamus scribendum censet: Μᾶλλον γοῦν ἂν — ὁ τοῦτον (χαρακτῆρα) λαβῶν. Non opus. Nam sententia haec potius est: Pulcrum sane speciem intellexit, si quis hoc perceperit.

Τί οὖν τὸν ἔρωτα; ποτέρου φῶμεν —] Accusativus, qui proprie cum sequenti verbo debebat cohaerere, interrogandi formula τί οὖν attractus. Sophist. p. 266. C. τί δὲ τὴν ἡμετέραν τέχνην; ἀρ' οὐκ αὐτὴν μὲν οἰκίαν οἰκοδομικῆ φήσομεν ποιεῖν; Idem nominativi usus est. De Rep. I. p. 332. E. τί δὲ ὁ δίκαιος; ἐν τίνι πράξει καὶ πρὸς τί ἔργον δυνατώτατος φηλοῦσιν ὄφελειν; Atque ita nunc etiam p. 350. A. distinxerim: τί δὲ ὁ ἀνεπίστημων; οὐχὶ ὁμοίως μὲν ἐπιστήμονος πλεονεκτήσειεν ἂν; Pro ποτέρου facile quis cum Hirschigio corrigendum putet ποντέρων. Quod tamen non est unice necessarium.

πρὸς λόγους εἶναι. ἢ οὐδὲν λέγω, ἀλλὰ καὶ ὁ Λυσίας ἀρχόμενος τοῦ ἐρωτικοῦ ἠνάγκασεν ἡμᾶς ὑπολαβεῖν τὸν ἔρωτα ἐν τι τῶν ὄντων, ὃ αὐτὸς ἐβουλήθη, E καὶ πρὸς τοῦτο ἤδη συνταξάμενος πάντα τὸν ὕστερον λόγον διεπεράνατο; βούλει πάλιν ἀναγῶμεν τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ;

ΦΑΙ. Εἰ σοί γε δοκεῖ· ὁ μέντοι ζητεῖς, οὐκ ἔστ' αὐτόθι.

ΣΩ. Λέγε, ἐν' ἀκούσω αὐτοῦ ἐκείνου.

Car. XLVII. ΦΑΙ. Περὶ μὲν τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἐπίστασαι, καὶ ὡς νομίζω συμφέρειν ἡμῖν τούτων γενομένων, ἀκήχοας. ἀξιῶ δὲ μὴ διὰ τοῦτο ἀτυ- 264 χῆσαι ὡν δεομαι, ὅτι οὐκ ἐραστής ὡν σοῦ τυγχάνω· ὡς ἐκείνοις μὲν τότε μεταμέλει ὡν ἂν εὔποιήσωσιν, ἐπειδὴ τῆς ἐπιθυμίας παύσονται.

ΣΩ. Ἡ πολλοῦ δεῖν ἔοικε ποιεῖν ὅδε γε ὁ ζητοῦμεν, ὅς οὐδὲ ἀπ' ἀρχῆς, ἀλλ' ἀπὸ τελευτῆς ἐξ ὑπτίας

E. αὐτὸς ἐβουλήθη] Sic Bodl. Vindobonenses alique plerimi. V. ἢ βουλήθη. Paulo post vulgo αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν, praeter codicum fidem.

P. 264. τότε μεταμέλει] τὸ τότε μ. Bodl. cum Vat. et Ven. II. Idem dein ζητούμενος pro ζητοῦμεν et ἐραστής pro ἐραστής, ut et Coisl. Ἡ πολλοῦ δεῖν] V. ἢ π. δ. errore.

ἢ οἶει ἂν σοι συγχωρῆσαι —] an putas amorem tibi fuisse concessurum, ut de eo diceres quae paullo ante dixisti, nisi esset in numero τῶν ἀμφισβητησίμων? Nisi forte praestat cum Car. Badhamo pro συγχωρῆσαι refingere ἐγχωρῆσαι. De verbis μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τυγχάνει v. ad p. 230. A. unde Hirschigium apparebit non debuisse ὡν ante τυγχάνει inculcare.

D. νύμφας τὰς Ἀχελώου —] h. e. τοὺς ἐπιπολίους θεοὺς, quibus supra suae orationis artificium tribuebat callidus ἔρων.

ἢ οὐδὲν λέγω, ἀλλὰ καὶ ὁ A.] Retractans atque corrigens

P. 275. δι' εὐνοίαν —] inventi tui amore captus. Dein facile aliquis requirat ἢ ὁ δύναιται. Sed non opus mutatione. Phileb. p. 35. A. ἐπιθυμῶ τῶν ἐναντίων ἢ πάσχει, ad quem locum v. ann. Euthyphron. c. 13. p. 12. A. A. λέγω γὰρ δὴ τὸ ἐναντίον ἢ ὁ ποιητὴς ἐποίησεν, ubi frustra tentaveris ἢ ὁ ὁ ποιητὴς. Symp. p. 173. A. De Rep. I. p. 334. A. Ceterum δύνασθαι τι est aliquid efficere posse, ad aliquid valere. Phileb. p. 23. E. μῶν οὖν σοὶ καὶ πέμπτον προσδεήσει διάκρισιν τινας δυνάμενον; Gorg. p. 453. A., ubi v. annot. coll. Matthiae ad Eurip. Med. p. 443. Nisi forte hoc loco λέγεσθαι intelligere malueris.

τοῦτο γὰρ —] κατὰ σύνοιαν

dictum: istud inventum tuum; istud, quod literas invenisti. langas autem verba hunc in modum: τοῦτο γὰρ παρέξει λήθην μὲν ἐν ψυχαῖς τῶν μαθόντων ἀμελετητῶν μνήμης. Itaque deinceps quum dici debuerit sic: ἄτε — ἀναμνηστικῶν, accusativus infertur per anacoluthiam, perinde ac si antea scriptum fuerit: τοῦτο γὰρ παρέξει τοὺς μαθόντας ἐπιλανθανομένους. De re ipsa conf. Jul. Caes. Bell. Gall. VI. c. 14. De Druidibus: quod eos, qui discant, literis confisos nolint minus memoriae studere; quod fere plerisque accidit, ut praesidio literarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. Quintil. Institut. XI. 2. 9. Quamquam invenio apud Platonem obstare memoriae usum literarum, videlicet quod illa, quae scriptis reposuimus, veluti custodire desinimus et ipsa securitate dimittimus. Plin. Epist. IX. 18, 2. Senec. Ep. 88, 28

οἴξει μνήμης ἀμελετησία, ἄτε διὰ πίστιν γραφῆς ἔξω-
θεν ὑπ' ἄλλοτριῶν τύπων, οὐκ ἔνδοθεν αὐτοῦς ὑφ'
αὐτῶν ἀναμνησκομένων. οὐκ οὖν μνήμης, ἀλλ' ὑπο-
μνήσεως φάρμακον ἔυρες. σοφίας δὲ τοῖς μαθηταῖς
δόξαν, οὐκ ἀλήθειαν πορίζεις· πολυήκοοι γὰρ σοι γε-
νόμενοι ἀνευ διδαχῆς πολυγνώμονες εἶναι δόξουσιν,
B ἀγνώμονες ὡς ἐπὶ τὸ πλήθος ὄντες καὶ χαλεποὶ ξυν-
εῖναι, δοξόσοφοι γεγονότες ἀντὶ σοφῶν.

ΦΑΙ. Ὡς Σώκρατες, ῥαδίως σὺ Αἰγυπτίους καὶ
ὀποδαπούς, ἂν ἐθέλῃς, λόγους ποιῆς.

ΣΩ. Οἱ δὲ γ', ὦ φίλε, ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ
Ἀωδωναίου ἱερῷ δρυὸς λόγους ἔφησαν μαντικούς πρῶ-

P. 275. οὐκ ἔνδοθεν αὐτοῦς] Libri ΑΠΔΝΟΡΤ. ἔνδοθεν,
quod recepit Bekker. receperunt item Turicc. Et ferri potest ἔνδοθεν.
Melius tamen videtur ἔνδοθεν, quippe quod accuratius respondeat
alteri illi ἔξωθεν. Rectissime vero dicitur ἔνδοθεν ἀναμνησκοθεσθαι.
Accedit quod praestantissimus cod. Bodl. cum aliis plurimis eam
scripturam tuetur. Itaque nulla certe causa est, cur quis ἔνδοθεν
praeferat, quod facillime e scripturae compendio oriri potuit. Mox
Bodl. Par. PT. εὔρε.

B. ὡς ἐπὶ τὸ πλήθος] Vind. 7. ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πλήθος.
Αἰγυπτίους καὶ ὀποδαπούς] τε vulgo post Αἰγυπτίους
insertum cum Bodl. Vat. Ven. II. Par. DOP. Vind. 4. 7. Flor. h.
Monacc. omisimus. Dein vulgo λόγους ποιῆς, quod vix duo terve

certior est memoria, quae
nullum extra se subsidi-
um habet. Platonem in his
quoque duces habuisse Pytha-
goreos non improbabilis coniec-
tura est. Plutarchus enim
auctor est Vit. Num. T. I. p. 74.
D. illos nihil mandare solitos
esse mutae atque surdae litera-
rum memoriae.

B. ὡς ἐπὶ τὸ πλήθος] ut
plerumque. Reip. II. p. 364.
A. Aliis locis est ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.
ἐν τῷ τοῦ Διὸς—] Leni-
ter Phaedrum increpat, quod nar-
tationi hactenus expositae ideo
nihil tribuat, quia ea ex Aegypto
repetita sit. Prisci illi Graeci,
inquit, vel quercus et rupes au-
diendas putarunt, si modo vera
proderent; tu curabis, qua na-
tione vel gente sit oriundus qui

quid dixerit, nec illud potius
perpenses, vere an secus ille
iudicaverit? De quercu Dodonaea
v. Herod. II. 52. Quod autem
addit καὶ πέτρας, ob oculos ha-
buit illud ἐκ δρυὸς ἢ πέτρας,
Odyss. XIX, 163. Iliad. XXII,
126., quod abierat in proverbium,
de qua re monuit Heindorf.
Conf. Goettling. ad Heriod.
Theog. 35. qui sicuti quercus
commemoratione oracula Dodo-
naea significari putat, ita istud:
καὶ πέτρας, referendum censet
ad oracula Delphica, ex specu
Parnassi per Pythiam sacerdotem
edita. Quod utut sese habet
(non enim putamus rem isto com-
mento confectam esse), illud ta-
men liquidum est, locutionem du-
plicem potissimum usum habere.
Nam aut usurpatur de iis, qui

τους γενέσθαι. τοῖς μὲν οὖν τότε, ἄτε οὐκ οὔσι
σοφοῖς, ὡς περ ὑμεῖς οἱ νέοι, ἀπέχρη δρυὸς καὶ πέ-
τρας ἀκούειν ὑπ' εὐθείας, εἰ μόνον ἀληθῆ λέγοιεν·
σοὶ δ' ἴσως διαφέρει, τίς ὁ λέγων καὶ ποδαπός; οὐ C
γὰρ ἐκεῖνο μόνον σκοπεῖς, εἶθ' οὕτως εἶτε ἄλλως ἔχει.

ΦΑΙ. Ὅρθως ἐπέπληξας· καὶ μοι δοκεῖ περὶ
γραμμάτων ἔχειν ἤπερ ὁ Θηβαῖος λέγει.

Cap. LX. ΣΩ. Οὐκοῦν ὁ τέχνην οἰόμενος ἐν
γράμμασι καταλιπεῖν καὶ αὐτὸς ὁ παραδεχόμενος, ὡς τι
σαφές καὶ βέβαιον ἐκ γραμμάτων ἐσόμενον, πολλῆς
ἂν εὐθείας γέμοι καὶ τῷ ὄντι τὴν Ἀμύμωνος μαντείαν
ἀγροῦ, πλέον τι οἰόμενος εἶναι λόγους γεγραμμένους D

libri tenent. Mox ἔφησαν optimi pro v. ἔφασαν. Nimirum ἔφησαν ao-
ristus est: asseverarunt; de cuius usu v. Matthiae Gr. Ampl.
§. 215. 2. coll. Buttin. Gr. Ampl. Vol. I. p. 543. ed. 2.

ὡς περ ὑμεῖς οἱ νέοι] Heindorf. con. ἡμεῖς. Sed ridet So-
crates in universum vanam aequalium sapientiam. Deerat autem
vulgo ante Οἱ δὲ γε nomen Socratis.

σοὶ δ' ἴσως διαφέρει] δ' ἴσως om. Bodl. ΑΠΔΝΟΡΤ.
Vind. 4. Flor. 9.

C. πολλῆς ἂν εὐθείας γέμοι] Bodl. ἂν om. cum ΑΠΔ
ΝΟΡ. Flor. g. h. Vind. 4. 7. a. Tum γέμοι praebent Parr. DNP.
Vind. 4. 7. a. Flor. g. h. Pro vulg. ἀγροῦ e Bodl. ΓΑΠΒCH.
Flor. a. c. θ. Vind. I. ἀγροῦ recepinus.

ἀγευαλόγητοι sunt neque origi-
nem humanam habere videntur,
ut Odyss. XIX. 163. Virgil.
Aen. VIII. 315. Iuvenal. VI. 11.
coll. Boissonad. ad Nicet. T.
II. p. 77. sq. coll. Schol. ad Plat.
Rempl. VIII. 544. D. aut ponit-
ur de iis, qui priscae aetatis
referunt simplicitatem, ut inter
homines primaevos numerandi vi-
deantur, ut Iliad. XXII. 126. ubi
v. Eustath. conf. Barth. ad
Stat. Theb. IX. 587. Cerda
ad Aen. VIII. 315.

C. Ὅρθως ἐπέπληξας] ἐπι-
πλήττειν saepe poni vel de le-
niore reprehensione docuit Hei-
ndorf. ad Theaet. p. 158. A. Ce-
terum compares Charmid. p. 155.
A. ὁρθως, ἔφη, λέγεις, καὶ κα-
λοῦμεν αὐτόν. Hipp. Mai. p. 291.
D. πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἰππία, καὶ

καλῶς γε νῦν ὑπολαμβάνεις. Gorg.
p. 463. C. ἐρωτῶ δὲ, καὶ ἀπο-
κρίναι. Conf. ibid. p. 462. B. p.
449. C. Supra p. 269. C. Theaet.
p. 161. B. Legg. II. p. 655. B.

πλέον τι οἰόμενος—] Ast.
πλέον εἶναι pro desse explicat.
Nec tamen locus vitio carere
videtur. Heindorfius pro εἶναι
desiderabat ἔχειν. Mihi magis
satisfecerit, si scriptum legatur:
πλέον τι οἰόμενος ποιῆν λογ. γρ.
Phaedon. p. 115. C. βουλόμην
ἂν πλέον τι με ποιῆσαι ἀπολο-
γούμενον. ubi v. ann. Sententia
enim ita haec fuerit: existi-
mans, sermones scripto
mandatos plus efficere,
quam ut scientem ea com-
monefaciant, de quibus
scriptum fuerit. Sed penes
alios esto iudicium.

τοῦ τὸν εἰδότα ὑπομνήσαι περὶ ὧν ἂν ἦ τὰ γεγραμμένα;

ΦΑΙ. Ὁρθότατα·

ΣΩ. Δεινὸν γάρ που, ὦ Φαῖδρε, τοῦτ' ἔχει γραφή καὶ ὡς ἀληθῶς ὅμοιον ζωγραφίαν. καὶ γὰρ τὰ ἐκείνης ἔκγονα ἔστηκε μὲν ὡς ζῶντα, ἐὰν δ' ἀνέρη τι, σεμνῶς πάνυ σιγᾷ. ταῦτόν δὲ καὶ οἱ λόγοι· δόξαις μὲν ἂν ὡς τι φρονοῦντας αὐτοὺς λέγειν, ἐὰν δὲ τι ἔρη τῶν λεγομένων βουλόμενος μαθεῖν, ἐν τι σημαίνει μόνον ταῦτόν αἰεὶ. ὅταν δὲ ἀπαξ γραφῆ, κυλινδεῖται μὲν πανταχοῦ πᾶς λόγος ὁμοίως παρὰ τοῖς ἐπαύουσιν, ὡς δ' αὐτως παρ' οἷς οὐδὲν προσήκει, καὶ οὐκ ἐπίσταται λέγειν οἷς δεῖ γε καὶ μή. πλημμελούμενος δὲ καὶ οὐκ ἐν δίκῃ λαιδορηθεὶς τοῦ πατρὸς αἰεὶ δεῖται βοήθου· αὐτὸς γὰρ οὐτ' ἀμύνασθαι οὔτε βοηθῆσαι δυνατὸς αὐτῷ.

E. κυλινδεῖται μὲν] κυλινδεῖται ΣFr. Recte Fischer, ad Phaedon. p. 341. et ad Xenoph. Cyr. I. 4. 5. praetulit formam κυλινδεῖται. cfr. Bornem. ad Xenoph. Symp. p. 208. οἷς δεῖ γε καὶ μή] Hirschig, corr. οἷς δεῖ τε καὶ μή. veri-

ταῦτον δὲ καὶ οἱ λόγοι] eademque ratio est orationum. De hoc ταῦτόν dictum est ad Reipubl. VII. p. 535. D. Sympos. p. 178. E. Deinde ad σημαίνει e praegressis intelligit. ὁ λόγος, ut oratio a plurali ad singularem numerum transisse existimanda sit.

E. πλημμελούμενος δὲ καὶ —] Demosthen. De Coron. p. 279. 4. ed. Reisk. τὸν θεὸν πλημμελούμενον, ubi Schaeferus huius loci non immemor fuit, laudans praeterea Stephani Thes. c. 7720. A.

P. 276. τοῦτου ἀδελφὸν γνήσιον] Intelligitur vivus sermo, h. e. colloquium. Eo utebatur Socrates, ideoque nunc opponitur vanae illi et iactabundae rhetoricae, quae omnis philosophiae expers sibi unice in inani- bus orationis ornamentis ac le-

nociniis captandis placebat. Ceterum conf. Protagor. p. 329. A. εἰ δὲ ἐπανεροῖτό τι, ὡς περ βιβλία οὐδὲν ἔχουσιν οὔτε ἀποκρίνασθαι οὔτε αὐτοὶ ἐρῆσθαι. Theaet. p. 164. E.

B. ὧν σπερμάτων κήδοιτο —] Relativum positum fere pro εἰ τινων. Menon. p. 92. B. πῶς οὖν ἂν, ὦ δαιμόνιε, εἰδείης περὶ τούτου τοῦ πράγματος, εἴτε τι ἀγαθὸν ἔχει ἐν αὐτῷ εἴτε φλαῦρον, οὐ παντάπασιν ἀπειρος εἴης. Ibid. p. 89. E. οὐκοῦν τούτωντων αὐ, οὐ μήτε διδάσκαλοι μήτε μαθηταὶ εἶεν, καλῶς ἂν αὐτὸ εἰκάζοντες εἰκάζοιμεν μὴ διδάκτων εἶναι; Ibid. p. 96. C. Hipp. Man. p. 284. A. Charmid. p. 171. E. Phileb. p. 60. C. Legg. X. p. 927. C. XII. p. 964. C. Xenoph. Anab. I. 3, 17. Cyrop. I. 6, 19. Ad καὶ ἔγκαρπα βούλοιο γενέσθαι pronomen ἄ ac-

ΦΑΙ. Καὶ ταῦτά σοι ὀρθότατα εἴρηται.

ΣΩ. Τι δ' ; ἄλλον ὀρωμεν λόγον, τούτου ἀδελ- 276 φὸν γνήσιον, τῷ τρόπῳ τε γίγνεται, καὶ ὅσῳ ἀμείνων καὶ δυνατώτερος τούτου φύεται;

ΦΑΙ. Τίνα τοῦτου, καὶ πῶς λέγεις γιγνόμενον;

ΣΩ. Ὃς μετ' ἐπιστήμης γράφεται ἐν τῇ τοῦ μανθάνοντος ψυχῇ, δυνατὸς μὲν ἀμύναι ἑαυτῷ, ἐπιστήμων δὲ λέγειν τε καὶ σιγᾶν πρὸς οὓς δεῖ.

ΦΑΙ. Τὸν τοῦ εἰδότος λόγον λέγεις ζῶντα καὶ ἔμψυχον, οὗ ὁ γεγραμμένος εἰδωλον ἂν τι λέγοιτο δικαίως.

Cap. LXI. ΣΩ. Παντάπασιν μὲν οὖν. τόδε δὲ μοι εἰπέ· ὁ νοῦν ἔχων γεωργός, ὧν σπερμάτων κή- 280 δοιτο καὶ ἔγκαρπα βούλοιο γενέσθαι, πότρεα σπουδῇ ἂν θέρους εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν χაίροι θεωρῶν

similiter.

P. 276. τῷ τρόπῳ τε γ.] τε nuper revocatum ex optimis plurimisque codicibus. Pro γνήσιον codd. tantum non omnes cum Bodl. et Vat. γνήσιος. Coisl. corr. γνήσιον.

cusandi casu repetendum, quae pervulgata est loquendi ratio.

εἰς Ἀδώνιδος κήπους ἀρῶν] De hortis Adonidis multi multa scripserunt, veluti Meursius in Graecia Feriata, in Gronov. Thes. VII. p. 706. Zornius ad Hecataeum Abderit. p. 167. Valcken, ad Theocrit. Adoniazus. v. 112. sqq. Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 79. Bast. Epist. Crit. p. 153. 159. Böttiger. in Sabina. p. 225 sq. Creuzer. in Annal. Heidelberg. a. 1801. fasc. I. p. 43 sqq. Breviter rem complexus est Wüstemann. ad Theocrit. Id. XV. 135, quem vide. Suidas: Ἀδώνιδος κήποι, inquit, ἐκ Θριδάκων καὶ μαράθρων, ἐπερ κατέσπειρον ἐν ὄστράκοις. χρῶνται δὲ ἐπὶ τῶν ἐπιπολαίων καὶ κούφων τῇ παροιμίᾳ, et mox: Ἀδώνιδος κήπος, ἐπὶ τῶν ἀρῶν

καὶ δλιγοχρονίων καὶ μὴ ἐξήλιζομένων. Verbum arandi de tota agricultura usurpatum bene defendit Buttmanus. Est igitur hoc loco idem quod inserere. Nam aratio proprie in Adonidis hortis sane nulla intelligi potest. v. Schneider. Lex. s. v. Structuram verborum: ἀρῶν εἰς κήπους, explanavit Bernhardy Synt. p. 219. Sententia verborum haec est: Prudens agricola, num semina, quae ipsi curae cordique sint, quaeque velit esse frugifera, studiosae aestatis tempore in hortis Adonidis inarabit, gaudebitque ea videns intra octo dies propullulantia, an istud quidem ludi festaeque oblectationis gratia faciat, si quando faciat, illa vero, quae serio tractet,

καλοὺς ἐν ἡμέραισιν ὀκτὼ γιγνομένους, ἢ ταῦτα μὲν δὴ παιδίας τε καὶ ἐορτῆς χάριν δροφῆ ἄν, ὅτε καὶ ποιῶσι, ἐφ' οἷς δὲ ἐσπούδαζε, τῇ γεωργικῇ χρώμενος ἄν τέχνη, σπείρας εἰς τὸ προσῆκον, ἀγαπήν ἄν ἐν ὀγδόῳ μηνὶ ὅσα ἐσπείρει τέλος λαβόντα;

C ΦΑΙ. Οὕτω που, ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν σπουδῇ, τὰ δὲ ὡς ἐτέρως ἄν, ἢ λέγεις, ποιῶσι.

ΣΩ. Τὸν δὲ δικαίων τε καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἐπιστήμας ἔχοντα τοῦ γεωργοῦ φῶμεν ἥττον νοῦν ἔχειν εἰς τὰ ἑαυτοῦ σπέρματα;

B. τῇ γεωργικῇ χρώμενος ἄν τέχνη] V. τῇ γεωργικῇ ἄν χρώμενος ἄν τ. Prins ἄν omittant libri fere omnes; posterius Bodl. Flor. θ. AHO. post τέχνη collocant.

C. φῶμεν ἥττον νοῦν ἔχειν] V. ἥτιω, quod ex Bodl. ΓΑΦΒCΕFGH. septem Florentinis, aliis, correctum. Bodl. ἥττον, accentu vitium arguente.

ubi agri colendi arte usus in solum suum immiserit, satis habebit, si mense octavo quae severit ad maturitatem pervenerint? Absurde scribebatur τῇ γεωργικῇ ἄν χρώμενος ἄν τέχνη - ἀγαπήν ἄν. Neque enim duae hic notiones sunt, sed una, χρῆσθαι γεωργικῇ. v. Hermanum de ἄν particula p. 189. libr. IV. c. 5., qui huius loci non fuit immemor.

C. τὰ δὲ ὡς ἐτέρως] Saepe ὡς ἐτέρως, quod dicitur ut ὡς αὐτως, apud optimos quosque scriptores reperitur. v. Sophist. p. 266. A. Tim. p. 63. E. Demosth. pro Coron. p. 252. 7. 298. 21. Themist. Orat. I. p. 15. ed. Dind. al. conf. Kōn. ad Gregor. Corinth. p. 76. Atque hinc prudenter Schoemannus ad Isaicum p. 368. defendit, quod ibi legitur, καὶ μὴ ὡς ἄλλως ποιῶσιν.

ἐν ὕδατι γράψει] Proverbium ἐπὶ τῶν μάτην ποιοῦντων, ut ait Suidas. vid. intpp. ad Lucian. Catapl. §. 21. Gatak. Opp. Critt. p. 527. Huschk.

Anal. Critt. p. 62., intpp. ad Catull. 70, 3. Cupido mulier quod dicit amanti, in vento et rapida scribere oportet aqua. Loci obscuri sensum hunc putamus esse: Non igitur illa (τὰ δικάια, καλὰ, ἀγαθὰ, quae cognovit) studiose in aqua inscribet, atramento ea per calamum spargens atque per orationes, quae sibi met ipsis non valeant ratione, neque vera satis explicare possint; h. e. non inanem perdet operam scribendo, quandoquidem quae chartis mandantur non tantum valent ad alios instituendos et erudiendos, quantum viva magistri vox, quae et dubitationibus, si quae oriantur, facile occurrat, et in illustranda rerum veritate plurimum efficere possit. Superest, ut de singulis moneamus. Itaque μέλιτι est atramento, ut Pol. p. 420. C. Plutarch. Moral. p. 84. D. 87. E. III. p. 851. D. 980. A. Verba μετὰ λόγων cum

ΦΑΙ. Ἐπιστά γε.

ΣΩ. Οὐκ ἄρα σπουδῇ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράψει μέλαν σπείρων διὰ καλάμου μετὰ λόγων ἀδυνάτων μὲν αὐτοῖς λόγῳ βοηθεῖν, ἀδυνάτων δὲ ἰκανῶς τάληθῆ διδάξαι.

ΦΑΙ. Οὐκουν δὴ τό γ' εἰκός.

ΣΩ. Οὐ γάρ· ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν γράμμασι κή- D
πους, ὡς ἔοικε, παιδίας χάριν σπερεῖ τε καὶ γράψει, ὅταν γράφῃ, ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα θησαυριζόμενος, εἰς τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἴηται, καὶ παντὶ τῷ ταύ-

ἀδυνάτων μὲν] Prave vulgo his ἀδυνατῶν, quod ex Vat. Ven. II. Par. DFNOPT. Mon. correctum. Pro τάληθῆ, quod tuentur Bodl. Vat. Ven. III alii multi, vulgo erat τάληθές.

Οὐκουν δὴ τό γ' εἰκός] Bodl. Flor. g. h. οὐκ οὐν.

D. γράψει, ὅταν γράφῃ] Editt. vett. et codd. mss. ὅταν δὲ γράφῃ. Recte Bekker. δὲ abiecit.

διὰ καλάμου ita consociata sunt, ut διὰ καλάμου μετὰ λόγων idem fere sit, quod διὰ καλάμου καὶ λόγων. Supra p. 253. E. μάστιγι μετὰ κέντρων, h. e. καὶ κέντροις. Ibid. D. τιμῆς ἐραστῆς μετὰ σφροσύνης τε καὶ αἰδοῦς. Legg. X. p. 906. A. B. Utrumque tamen ex σπείρων suspenditur. Denique facete dictum, λόγοι ἑαυτοῖς λόγῳ βοηθεῖν ἀδυνατοί, in quibus λόγῳ per diligam intellexerim de ratione pariter atque oratione. Badhamus locum sibi refigendum censet: (ἐν) μέλανι σπείρων διὰ καλάμου σπέρματα λόγων.

D. ὅταν γράφῃ] h. e. si quando scribat. Antea B. δροφῆ ἄν, ὅτε καὶ ποιῶσι. v. Protag. p. 360. B. φοβοῦνται ὅταν φοβῶνται. Gorg. p. 468. A. ταῦτα πρᾶττονται, ὅταν πρᾶττονται. Enthyphr. p. 7. D. ἐχθροὶ γιγνώμεθα, ὅταν γιγνώμεθα. Sed v. ad Remp. II. 374. E. Vitiosum est quod vulgo edebatur ὅταν δὲ γράφῃ, recte illud a Bekkero correctum.

ἑαυτῷ τε ὑπομνήματα—]

Locus quantopere a posterioris aetatis scriptoribus celebratus sit, docebunt quae docte collegit A. St. Commentar. ad h. I. p. 602. Pro eis τὸ λήθης γῆρας ἐὰν ἴηται Kusterus ad Suid. T. II. p. 438. corrigebat eis τὴν τοῦ γῆρας λήθην. Quem prudenter refellit Toupius Emendatt. in Suid. T. II. p. 254. ed. Lips. Nimirum intelligitur senectus, quae oblivionem sibi propriam habet, sive senectus obli-viosa. Qui usus genitivi etsi proprius fere poetis est, de quibus v. Matthiae Gr. Gr. §. 316. f. p. 786 sq. Bernhardt Syntax. p. 163. Hermann. ad Soph. Electr. v. 19. Oed. Tyr. v. 826. Seidler. ad Eurip. Electr. v. 651. tamen nec a consuetudine Platonis abherret, sicuti oratio ipsius poeticeum traxit colorem, id quod hoc loco factum esse facile intelligas. Sic Legg. V. p. 734. C. ὁ τῆς ἀνδρείας βλος et ὁ τῆς δειλίας βλος. Ibid. VIII. p. 829. B. ἐν τῷ τῆς εὐρήνης βλω. Mireris igitur Winckelmann Praef. ad Phaedr. edit.

τὸν ἕγνος μετιόντι· ἡσθήσεται τε αὐτοὺς θεωρῶν
φρομένους ἀπαλοὺς. ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς ἄλλαις χρῶν-
ται, συμποσίοις τε ἄρδοντες αὐτοὺς ἑτέροις τε ὅσα
τούτων ἀδελφά, τότε ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, ἀντὶ τούτων
οἷς λέγω παίζων διάξει.

E ΦΑΙ. Παγκάλην λέγεις παρὰ φαύλην παιδιάν,
ὦ Σώκρατες, τοῖ ἐν λόγοις δυναμένου παίζειν, δι-
καιοσύνης τε καὶ ἄλλων ὧν λέγεις περὶ μυθολογούντα.

ΣΩ. Ἔστι γάρ, ὦ φίλε Φαῖδρε, οὕτω. πολὺ δ',
οἶμαι, καλλίων σπουδὴ περὶ αὐτὰ γίνεται, ὅταν τις
τῆ διαλεκτικῆ τέχνῃ χρώμενος, λαβῶν ψυχὴν προσή-
κουσαν, φτυτεύῃ τε καὶ σπειρῇ μετ' ἐπιστήμης λόγους,
277 οἱ ἑαυτοῖς τῷ τε φτυτεύσαντι βοηθεῖν ἱκανοὶ καὶ οὐχί

ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς] Hic quoque vulgo δὲ post ὅταν in-
sertum legebatur. Abieciimus illud nunc auctoritate Bodl. Flor. a.
b. g. h. i. θ. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. α. et reliquorum librorum om-
nium praeter Paris. E. Stephan. conii. ὅταν τε ἄλλ. Turicc. δὲ male
tenuerunt.

ἀντὶ τούτων οἷς λέγω π.] V. λέγων, quod e Vind. 4. 7. α.

Turic. min p. VII. verba sic re-
fingi conantem: *θησαυριζόμενος*
εἰς τὸ γῆρας, λήθης φάρμακα,
καὶ παντὶ κ.τ.λ. Nam *λήθης*
φάρμακα, quod dixit Eurip.
Palam. Fragm. II., eo etsi Plato
usus est p. 275. A., tamen ad
hunc locum nihil pertinet. Nec
Euseb. Hist. Eccles. V. c. II.
et Clem. Al. Strom. I. p. 322.
ed. Pott. locum accurate attu-
lerunt, sed ad rem suam adhi-
buerunt admixtis alienis. —
ὑπομνήματα, commentarios,
quibus memoriae infirmitas suble-
vetur. — *ταῦτὸν ἕγνος με-
τιόντι*, item boni, iusti
et pulcri studioso ideo-
que indigenti simili me-
moriae adminiculo. Vult
igitur eo nomine scripturam
etiam aliis prodesse, qui eadem
persequantur studia. Alii aliter
interpretati sunt, cogitantes de

commentariis in usum discipulo-
rum conscriptis.

ὅταν ἄλλοι παιδιαῖς —]
Nulla opus particula est, quum
haec praecedentium verborum
explicationem contineant, ut Ast.
acute pervidit. Usum verbi *ἄρ-
δεν* illustravit Wytttenbach.
ad Plutarch. de S. N. V. p. 117.
et Sept. Sap. Conviv. p. 151.
E. Cum universa sententia Vic-
tor. Varr. Lectf. XII. 18. com-
parat Cic. pro Arch. c. 13.
quare quis me tandem re-
prehendat — si, quantum
ceteri ad res suas obeun-
das, quantum ad festos obeun-
das, quantum ad festos celebra-
dos, quantum ad alias vo-
luptates — conceditur tem-
porum; quantum alii tri-
buunt tempestivis convi-
viis, quantum denique
aleae, quantum pilae, tan-

ἄκαρποι, ἀλλ' ἔχοντες σπέρμα, ὅθεν ἄλλοι ἐν ἄλλοις
ἦθεσι φυόμενοι τοῦτ' ἀεὶ ἀθάνατον παρέχειν ἱκανοί,
καὶ τὸν ἔχοντ' εὐδαιμονεῖν ποιοῦντες, εἰς ὅσον ἀν-
θρώπω δυνατόν μάλιστα.

ΦΑΙ. Πολὺ γάρ τοῦτ' ἔτι κάλλιον λέγεις.

Cap. LXII. ΣΩ. Νῦν δὴ ἐκεῖνα ἤδη, ὦ Φαῖ-
δρε, δυνάμεθα κρίνειν; τούτων ὁμολογημένων.

ΦΑΙ. Τὰ ποῖα;

ΣΩ. Ὡν δὴ περὶ βουλευθέντες ἰδεῖν ἀφικόμεθα
εἰς τόδε, ὅπως τὸ *Αυσίου* τε ὄνειδος ἐξετάσαιμεν τῆς
τῶν λόγων γραφῆς περὶ, καὶ αὐτοὺς τοὺς λόγους, οἱ
τέχνῃ καὶ ἄνευ τέχνης γράφονται. τὸ μὲν οὖν ἔντε-
χρον καὶ μὴ δοκεῖ μοι δεδηλωθεῖν μετρίως.

et marg. Par. F. mutatum. Aliquot libri *λέγοι*. Dein Bodl. Vat.
Ven. II. *διέξε*, unde prodit scriptura etiam vitiosior, *διέξεισαι*, quae
occupavit Par. C. DNOP. Ven. Σ. al.

P. 277. *ἱκανοὶ καὶ οὐχὶ ἄκαρποι*] Omisimus τε vulgo
post *ἱκανοὶ* interpositum cum Flor. c. g. Vind. 7. α. *ΑΙΝΠ*. De-
levit etiam Bekker.

tum mihi egomet ad haec
studies recolenda sum-
sero?

ἀντὶ τούτων οἷς λέγω πα-
ίζων διάξει] Heindorf. ma-
lebat ἐν οἷς λ. π., sed praeposi-
tione sermonem facile carere
recte Butt. monuit. Netprobo
I. Bakium ad Cleomed. p.
440. coniectentem οἷς λέγω π.
ἐνδιάξει. Enimvero verba sic
connectenda sunt: *τότ' ἐκεῖνος*
διάξει παίζων τούτοις, ἃ λέγω,
ἀντὶ τούτων s. ἐκείνων. Por-
tentosa hic quoque coniectura
est Winckelmanni Praef. ad
edit. min. Turic. p. X.: *τότ'*
ἐκεῖνος, ὡς ἔοικεν, ἀντὶ τούτων
ἐν λόγοις παίζων διέξεισαι, ad
quam commendandam certe nihil
valent illa p. 262. D.

E. *Παγκάλην λέγεις*] Fe-
minina huius adiectivi forma le-
gitur etiam Hipp. Mai. p. 288.

C. Legg. IV. p. 722. C. De Re-
publ. I. p. 338. A. al. Disputa-
vit de hoc genere nonnulla Lo-
beck. ad Aiac. v. 175. — *μυ-
θολογεῖν* nunc dicitur is, qui in
eiusmodi rebus rimandis veluti
ingenio suo indulget animumque
tanquam narrationibus et fabulis
oblectat, libere in earum tracta-
tione versans neque dialectica
utens severitate. Mox ad *λα-
βῶν ψυχὴν προσήκουσαν* conten-
das Gorg. p. 486. A. *εἴ τις εὐ-
φρῶ λαβοῦσαι τέχνῃ φῶτα ἔθηκε*
χεῖρονα.

P. 277. *βοηθεῖν ἱκανοί*] Intel-
lect. *εἰσὶ*, quod post *ἱκανοὶ*
omitti solere ostendit Schae-
fer. ad Lamb. Bos. p. 334.
Hinc deinceps *ἀλλ' ἔχοντες* di-
citur, quod eo minus offendit,
quo frequentius legitur *εἰμὲ ἔχον*.
v. ad Reip. X. p. 602. C. Phae-
don. p. 69. B. al. — *ἄλλοι*,

ΦΑΙ. Ἐδοξέ γε δή. πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με, πῶς.

ΣΩ. Πρὶν ἂν τις τό τε ἀληθῆς ἐκάστων εἰδῆ
περὶ ὧν λέγει ἢ γράφει, κατ' αὐτό τε πᾶν ὀρίζεσθαι
δυνατὸς γένηται, ὀρισάμενός τε πάλιν κατ' εἶδη μέχρι
τοῦ ἀτιμῆτου τέμνειν ἐπιστηθῆ, περὶ τε ψυχῆς φύσεως
C διδῶν κατὰ ταῦτά τὸ προσαρμόττον ἐκάστη φύσει
εἶδος ἀνευρίσκων οὕτω τιθῆ καὶ διακοσμῆ τὸν λό-
γον, ποικίλη μὲν ποικίλους ψυχῆ καὶ παναρμοσίους
διδούς λόγους, ἀπλοῦς δὲ ἀπλή, οὐ πρότερον δυνα-
τὸν τέχνη ἔσεσθαι καθ' ὅσον πέφυκε μεταχειρισθῆναι
τὸ λόγων γένος, οὔτε τι πρὸς τὸ διδάξαι οὔτε τι
πρὸς τὸ πείσαι, ὡς ὁ ἐμπροσθεν πᾶς μεμήνηκεν ἡμῖν
λόγος.

B. πάλιν δὲ ὑπόμνησόν με, πῶς.] Haec verba, vulgo
una cum sequentibus πρὶν ἂν κτ.λ. Socrati tributa, Phaedro adscri-
benda esse primus vidit Schleierm. Et sic codices aliquot. Mox
Bodl. et alii nonnulli vitiose ἴδῃ.

κατ' αὐτό τε πᾶν ὄρ.] Sic codd. optimi atque plurimi
loco vulg. κατ' αὐτό γε π., quod Steph. mutatum volebat in κατ'
αὐτό γε π. Dein pro κατ' εἶδη Bodl. Vat. Ven. Ξ Par. D.T. κατ' ἴδῃ.

int. λόγοι. — τοῦτ' ἀεὶ ἀθ.
παρ., sc. τὸ σπέσμα ἐκείνων τῶν
λόγων. — Pro φύσιν ne quis
φύσιν scribendum putet, hic
item intelligas εἶδη, quae tamen
ratio paullo durior.

B. κατὰ ταῦτά] itidem,
pariter.

D. εἴτε Ἀυσίας ἢ τις ἄλ-
λος] Sic ἢ post εἴτε illatum De
Rep. III. p. 533. B. Legg. V. p.
739. D. Aristoph. Nubb. 272.
sq. Alia suppediabant Schae-
fer. Melett. p. 5. Lobeck. ad
Aiac. p. 245 sq. Iacobs ad
Achill. Tat. p. 946. Intelligitur
vero alius aliquis, Lysiae si-
milis, id quod ex ipsa senten-
tiae ratione facile intelligitur.
Tum νόμους τιθεῖς σύγγραμμα
πολιτικὸν γράφον adiectum est
ad explicandum vocabuli δημο-
σίου vim et potestatem. Quippe
τὸ δημοσίε γράφειν cernitur in

eo, ut quis legum formulas com-
ponat eoque scriptionem πολι-
τικὴν exhibeat. Nam leges sunt
συγγράμματα πολιτικά, ut p. 258.
A. Itaque non haerendum in
isto νόμους τιθεῖς, quod Schlei-
erm. pro glossemate habebat,
non dissentiente Heindorfio.
Nam prius participium modum
et rationem alterius indicat: ἐν-
δεμ ἐρ Gesetzte gebend
eine Staatsschrift ver-
fasst. Proxima verba, in qui-
bus omnem sententiae vim po-
sitam esse liquet, proprie de
omni scriptionis genere accipienda
videntur. Nam ego si quid vi-
deo, res ipsa alicui fere postulat
sententiam: ita ut sibi persua-
deat scriptionibus suis insignem
quandam inesse firmitatem et
perspicuitatem, quum tamen in
iis veri desideretur scientia et
cognitio. Itaque rem si ad amus-

ΦΑΙ. Παντάπασι μὲν οὖν τοῦτό γε οὕτω πως
ἐφάνη.

Cap. LXIII. ΣΩ. Τί δ' αὖ περὶ τοῦ καλὸν
ἢ αἰσχρὸν εἶναι τὸ λόγους λέγειν τε καὶ γράφειν, καὶ D
ὄπη γιγνόμενον ἐν δίχῃ λέγοιτ' ἂν ὄνειδος ἢ μὴ, ἄρα
οὐ δεδήλωκε τὰ λεχθέντα ὀλίγον ἐμπροσθεν —

ΦΑΙ. Τὰ ποῖα;

ΣΩ. Ὡς εἴτε Ἀυσίας ἢ τις ἄλλος πώποτε ἐγρα-
ψεν ἢ γράψαι ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ, νόμους τιθεῖς σύ-
γραμμα πολιτικὸν γράφων, καὶ μεγάλην τινὰ ἐν αὐτῷ
βεβαιότητα ἡγούμενος καὶ σαφήνειαν, οὕτω μὲν ὄνει-
δος τῷ γράφοντι, εἴτε τίς φησιν εἴτε μὴ. τὸ γὰρ E
ἀγνοεῖν ὑπάρ τε καὶ ὄναρ δικαίων τε καὶ ἀδίκων πέρι

διδῶν κατὰ ταῦτά] V. κατὰ ταῦτα, quod correxit Bekker.
C. περὶ τοῦ καλὸν] περὶ τὸ κ. Bodl. Vat. Ven. II.

D. ἢ μὴ, ἄρα οὐ δεδήλωκε] Vulgatum εἰ μὴ ἄρα correxe-
runt Cornar. et Heindorf. Et ἢ in Parr. DE. superscriptum exstat.
ἢ γράψαι ἰδίᾳ] V. γράφει, quod e Bodl. AΞΙΔΝΟΡΤ.
Flor. g. h. φ. Vind. 7. Mon. correctum. Mox A habet ἐαντιῶ pro
ἐν αὐτῷ. Par. P. ἐν ἐαντιῶ.

sim exigimus, hoc fere modo
scriptum esse oportuit: σύ-
γραμμα πολιτικὸν γράφων, μεγά-
λην τινὰ ἐν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις
ἡγούμενος βεβαιότητα καὶ σαφή-
νειαν ἐνεῖναι. Quocirca Astius
orationem censet, interpositis
post δημοσίᾳ verbis νόμους τι-
θεῖς σύγγραμμα πολιτικὸν γρά-
φων, ita esse mutatam, ut se-
quentia proxime praegressis an-
nexa sint et ad ea conformata.
Qua ratione acquiesceremus,
nisi suppeteret etiam alia diffi-
cultatis tollendae ratio. Legen-
dum enim cum codd. quibusdam
ἐαντιῶ vel αὐτῷ, ut sibi pro
suis libris dictum sit. Ceterum
καὶ ante μεγάλην perperam
deletum ivit Heindorf. Est
enim idem fere quod καὶ ταῦτα,
et quidem, idque, a deo; de
quo v. Schaefer. ad Greg.
Corinth. p. 985. Ad ἡγούμενος —

σαφήνειαν int. εἶναι vel οἶσαν.
v. Matthiae Gr. §. 534. ann. 2.
p. 1241. ed. 3. Similiter So-
phoc. Electr. 899. ὦν δ' ἐν γα-
λήνῃ πάντ' ἐδεφκόμην τόπον,
sc. ὄναρ.

E. ὄναρ τε καὶ ὄναρ] h. e. omnino. Dicitio prover-
bialis, ut οὐτ' ὄναρ οὐθ' ὄναρ,
quo Plato Phileb. p. 36. E. al.
utitur; v. Lobeck. ad Phryn.
p. 422 sqq. Dein ἀγνοεῖν cum
περὶ et genitivo iunctum, quem-
admodum ἐπίστασθαι, εἰδέναι,
ἐπιθεῖν, de quibus dictum est
supra. Ad οὐκ ἐκφεύγει sequente
μὴ οὐκ ἐπ. εἶναι contendas Isa-
eum De Apollodor. heredit. §. 3.
οὐ διαφεύγει μὴ οὐ — γγνω-
σκεσθαι. Plat. Sophist. p. 235.
B. οὐκέτ' ἐκφεύγομαι — τὸ μὴ
ἐκ τοῦ γένους εἶναι τῶν θαυμασ-
τοποιῶν εἶς. v. Wex ad So-
phoc. Antig. p. 142.

καὶ κακῶν καὶ ἀγαθῶν οὐκ ἐκφεύγει τῇ ἀληθείᾳ μὴ οὐκ ἐπονείδιστον εἶναι, οὐδὲ ἂν ὁ πᾶς ὄχλος αὐτὸ ἐπαινέσῃ.

ΦΑΙ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ὁ δὲ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμμένῳ λόγῳ περὶ ἐκάστου παιδιᾶν τε ἡγούμενος πολλὴν ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ οὐδὲνα πώποτε λόγον ἐν μέτρῳ οὐδ' ἄνευ μέτρου μεγάλης ἀξίον σπουδῆς γραφῆναι οὐδὲ λεχθῆναι, ὡς οἱ ἠαψφδοῦμενοι ἄνευ ἀνακρίσεως καὶ διδαχῆς πε-
278 θοὺς ἕνεκα ἐλέχθησαν, ἀλλὰ τῷ ὄντι αὐτῶν τοὺς βελτίστους εἰδόντων ὑπόμνησιν γεγονέναι, ἐν δὲ τοῖς διδασκομένοις καὶ μαθήσεως χάριν λεγομένοις καὶ τῷ ὄντι γραφομένοις ἐν ψυχῇ περὶ δικαίων τε καὶ καλῶν

E. ὡς οἱ ἠαψφδ.] Schleierm. coni. ὄσοι.

P. 278. αὐτῶν τοὺς β.] Bodl. Vat. al. αὐτῶ. male.

ἐν μόνους τό τε ἐναργές] V. ἐν μόνους ἡγούμενος τό τε ἐν. Participium non iterant A. et pr. II. cum Bodl. Delevit etiam Bekker.; irrito conatu nuper defendit Buttm. Mox cum Heindorfio correxi αὐτοῦ pro αὐτοῦ.

τὸν ἐν ἑαυτῷ] αὐτῷ Bodl.

Ὁ δὲ γε ἐν μὲν τῷ γεγραμ-
μένῳ —] Qui vero in scri-
pto de quacunque re ser-
mone necessario multum
lusum inesse arbitratur,
nec unquam ullum sermo-
nem versibus vel sine ver-
sibus multo dignum stu-
dio scriptum putat aut dic-
tum esse, sicuti ἠαψφδοί-
μενοι illi sermones nulla
adhibita disquisitione et
explicatione persuadendi
causa recitari consueve-
runt; sed revera optimos
eorum scientibus recor-
dationi inservisse etc. In
his verba: ὡς οἱ ἠαψφδοῦμενοι
— ἐλέχθησαν, nescio cur inter-

pretibus tam multum negotii
creaverint. Continent enim ex-
plicationem praecedentis οὐδὲ λεχ-
θῆναι. Nam quum Socrates neg-
gavisset ullam unquam oratio-
nem magno dignam studio scri-
ptam aut dictam esse, alterum hoc
accuratius erat explicandum. Mo-
net igitur hoc de iis tantum
valere orationibus, quae sine
accurata rerum per investigatione
recitarentur eo tantum consilio,
ut efficeretur aliqua persuasio.
Quod nemo est quin videat de
orationibus sophisticis et foren-
sibus esse accipiendum. Quippe
hae necessario erant ab iis ser-
monibus discernendae, qui μα-
θήσεως χάριν, ut deinceps ait,

καὶ ἀγαθῶν [ἐν] μόνους τό τε ἐναργές εἶναι καὶ τέ-
λεον καὶ ἀξίον σπουδῆς: δεῖν δὲ τοὺς τοιοῦτους λό-
γους αὐτοῦ λέγεσθαι οἷον υἱεῖς γνησίους εἶναι, πρῶ-
τον μὲν τὸν ἐν ἑαυτῷ, ἐὰν εὐρεθῆις ἐνῆ, ἔπειτα εἴ
τινες τούτου ἐκγονοὶ τε καὶ ἀδελφοὶ ἅμα ἐν ἄλλαισιν B
ἄλλων ψυχαῖς κατ' ἀξίαν ἐνέφυσαν: τοὺς δὲ ἄλλους
χαίρειν ἔων — οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κινδυνεύει,
ὃ Φαῖδρε, εἶναι οἷον ἐγὼ τε καὶ σὺ εὐξαίμεθ' ἂν σέ
τε καὶ ἐμὲ γενέσθαι.

ΦΑΙ. Παντάπασιν μὲν οὖν ἐγὼ γε βούλομαι τε
καὶ εὐχομαι ἃ λέγεις.

Cap. LXIV. ΣΩ. Οὐκοῦν ἤδη πεπαίσθω με-
τρίως ἡμῖν τὰ περὶ λόγων· καὶ σύ τε ἐλθὼν φράζε

B. οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος ἀνὴρ κ.] διὰ BDNOP. Flor. g.
Vind. 4. Male.

καὶ σύ τε ἐλθὼν] Flor. g. h. Vind. 4. 7. a. NP. καὶ σύ γε,
quod iam non probaverim. v. ann. Deinde vett. editt. καταβάντες,
quod est in uno Par. G. et Flor. a. ideoque recte mutatum. Quam-
quam legi videtur etiam in Bodl. Pro vulg. ἐς τὸ N. e Bodl. ΑΠ
ΣΔΟΡ. ἐς recepi. Porro vett. editt. καὶ Μουσῶν ἠκούσαμεν λ. Sed
Bas. 2. cum Flor. a. b. c. g. h. i. 9. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. a. alii
μουσεῖον. Bodl. Vat. et Ven. II. μουσίον. Vulgatam lectionem ne
unus quidem liber tuetur.

instituantur atque philosophis
digni sunt. Quae si probabi-
liter disputavimus, nemo iam
erit, qui aut cum Astio totum
hoc comma tanquam ingenii male
sani foetum abiiciendum, aut cum
Schleiermachero et Heindorfio
ὄσοι pro ὡς οἱ legendum cen-
seat. Ceterum ἀνάγκης, quae
proprie in iudicio habebat lo-
cum, cum Heindorfio intel-
ligenda de disquisitione et
censura orationum. Διδαχῆ
cutem refertur ad eos, qui do-
cent, qua quidque de causa di-
xerint et explicaverint.

P. 278. μαθήσεως χάριν
λεγομένοις —] h. e. in phi-
losophis orationibus. Mox aut

ἐν τούτοις μόνους cum Hein-
dorfio corrigendum, aut ἐν fun-
ditus delendum, quandoquidem
in eiusmodi repetitionibus sola
praepositio sine pronomine stare
non potest. Winckelmannus
pro ἐν sufficit λόγοις, quod vel
audaciae nomine displicet. No-
bis assentitur Hermannus et
Hirschigius. Ceterum τὸ ἐναρ-
γές respondet τῇ σαφηνείᾳ, τὸ
τέλεον autem τῇ βεβαιότητι,
quam antea commemorabat.

ἐὰν εὐρεθῆις ἐνῆ] h. e. ab
ipso inventus.

B. οὗτος δὲ ὁ τοιοῦτος
ἀνὴρ] Post longiorem verborum
ambitum subiectum denno in-
fertur pronomine οὗτος iterata

Αυσία, ὅτι νῶ καταβάντε εἰς τὸ Νυμφῶν νᾶμά τε
C καὶ μουσεῖον ἠκούσαμεν λόγων, οἱ ἐπέστελλον λέγειν
Αυσία τε καὶ εἴ τις ἄλλος συντίθησι λόγους, καὶ
Θμήρῳ καὶ εἴ τις ἄλλος αὐ ποίησιν ψιλὴν ἢ ἐν ᾧδῃ
συντέθεικε, τρίτον δὲ Σόλωνι καὶ ὅστις ἐν πολιτικοῖς
λόγοις νόμους ὀνομάζων συγγράμματα ἔγραψεν, εἰ
μὲν εἰδὼς ἢ τάληθές ἔχει συνέθηκε ταῦτα καὶ ἔχων
βοηθεῖν, εἰς ἔλεγχον ἰὼν περὶ ὧν ἔγραψε, καὶ λέγων

C. ἢ τάληθές ἔχει συνέθηκε ταῦτα] V. συντέθεικε, quod
est in solis Parr. EF.

λέγεσθαι τὸν τοιοῦτον] τὸν. om. Bodl.

de particula, de qua ratione v.
Heindorf. ad Protagor. p. 313.
It. ad Phaedon. p. 81. B. al.
Non igitur de debebat in di
commutari.

ὅτι νῶ καταβάντε — ἠ-
κούσαμεν λόγων] Quan-
quam neutiquam spernendum
est, quod legebatur vulgo, κα-
ταβάντες, de qua ratione v. ad
p. 256. C., tamen dualem codi-
cium auctoritate recipiendum
duximus. Gorg. p. 481. D. τρυ-
χάνομεν ταῦτον πεπονηότι. Eu-
rip. Helen. 828. πείρατε δ' ἐκ
γῆς διορίσσομεν ἐν πόδι; ubi vel
metrum prohibet, quominus πέ-
σαντες scribatur. Ceterum τε
verbis: αὐ τε ἔλθων κ.τ.λ. inter-
positum non habet in proximis
quod ipsi respondeat. Enim-
vero mutatur deinceps tenor
orationis, quandoquidem infra sect.
E. a Socrate pergitur sic: ταῦτα
τοίνυν τῷ ἐταίρῳ φράζε: cui
a Phaedro respondentur haec:
εἰ δὲ σὺ; πῶς ποιήσεις; οὐδὲ γὰρ
οὐδὲ τὸν σὸν ἐταῖρον δεῖ παρελ-
θεῖν — Ἰσοκράτη. Itaque So-
crates videtur ab initio fere hoc
in animo habuisse: καὶ σὺ τε
ἔλθων φράζε Αυσίᾳ, καὶ ἐγὼ
Ἰσοκράτη φράσω. Alia similia
notavimus ad Gorg. p. 524. B.

Remp. VII. p. 522. B. Phaedon.
p. 63. C. al.

καὶ μουσεῖον] Intelligitur
Nympharum illud καταγώγιον,
cuius mentio iniecta est p. 238.
C. et p. 241. E. —

οἱ ἐπέστελλ. sc. οἱ λόγοι.

C. ποίησιν ψιλὴν] h. e.
musicis carentem modis. v. Ast.
ad Legg. II. p. 669. D. Dor-
vill. ad Charit. p. 411. Schae-
fer. ad Dionys. de Comp. Verb.
p. 136. Itaque additur ἢ ἐν ᾧδῃ.
— ὅστις ἐν πολιτικοῖς λό-
γοις —] Acuta est Schleier-
macheri coniectura, scriben-
dum putantis συλλόγοις. Vulga-
tum ita tuetur Ast., ut λόγῳ
concretum dicat pro orationum
vel scriptioinum genere poni: in
civilis dicendi ac scriben-
di genere.

εἰς ἔλεγχον ἰὼν] zur Pr ü-
fung schreitend, explo-
rare, instituens ea, de
quibus scripsit. Est enim
ἔλεγχος saepe quaestio, ex-
ploratio. Similiter dicitur εἰς
λόγους ἵκται, zur Verhand-
lung schreiten.

τὰ γεγραμμένα φάσθα
ἀποδειξαι] h. e. tanquam
deteriora viva oratione,
quandoquidem suo ipse

αὐτὸς δυνατὸς τὰ γεγραμμένα φάσθα ἀποδειξαι, οὐτι
τῶνδε ἐπωνυμίαν ἔχοντα δεῖ λέγεσθαι τὸν τοιοῦτον,
ἀλλ' ἐφ' οἷς ἐσπούδακεν ἐκείνων.

ΦΑΙ. Τίνας οὖν τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶ νέμεις;

ΣΩ. Τὸ μὲν σοφόν, ὦ Φαῖδρε, καλεῖν ἐμοίγε
μέγα εἶναι δοκεῖ καὶ θεῶ μόνῳ πρόπειν· τὸ δὲ ἢ
φιλόσοφον ἢ τοιοῦτόν τι μᾶλλον τε ἂν αὐτῶ ἀριότ-
τοι καὶ ἐμμελεστέρως ἔχοι.

D. ἢ τοιοῦτόν τι. μ.] V. τι τοιοῦτον, praeter fidem codicum
optimorum. Pro τε unus Steph. γε dedit. Dein vett. editt. αὐτῶ
καὶ ἀριότοι: sed recte Bodl. ΑΞΙΔΝΟΠΤ. Flor. g. h. θ. Vind.
7. a. καὶ omittunt.

exemplo declarat, scri-
ptiones suas indigere vi-
vae vocis auxilio. Sympos.
p. 179. C. ἀποδειξαι αὐτοῦς ἄλ-
λοισίους ὄντας. Gorg. p. 516.
A. ἀπέδειξε ταῦτα πάντα ποιούν-
τας δι' ἀριώτητα. Ibid. C. ἀριω-
τέρους γε αὐτοῦς ἀπέφηνεν ἢ
ὅσος παρελάβε. Theaet. p. 164.
D. οὐκ εἰδὸτα ἀπέδειξαμεν καὶ
ἄμα μνησθέντων. Ibid. p. 166. A.
γέλωτα δῆτα ἐμὲ — ἀπέδειξεν.
Phaedon. p. 72. C. τελευταῖα
πάντα λήρον τὸν Ἐνδυμῶνα ἀπο-
δειξεῖεν, ubi v. ann. Plutarch.
C. Graccho p. 835. B. ἀπέδειξε
τοὺς ἄλλους ὁγήτορας παιδῶν μη-
δὲν διαφέροντας. Lucian. Ni-
grin. §. 3. T. I. p. 42. τὸν Ὀ-
μήρου λωτὸν ἀρχαῖον ἀποδειξαι,
ubi plura Hemsterh. Deinde
non est cur scribatur ἔχοντα δεῖν
λέγεσθαι, sicut olim Heindorf.
volebat, qui tamen postea ipse
suam retractavit sententiam ad
Phaedon. p. 91. B. Videlicet inde
a verbis εἰ μὲν εἰδὼς recta or-
ditur oratio, ut Nymphae ipsae
loquentes introducuntur. In
quibus ne quis ὅτι vel ὡς desi-
deret, eiusdem generis exempla
sunt De Rep. VI. p. 492. E.
Sophist. p. 231. C. D. Politic. p.
293. C. Mox ne quis tentet οὐ-

τοι τῶνδε, conferatur Hipp. Mai.
p. 297. E. Theaet. p. 156. E. p.
161. B. Cratyl. p. 393. B. De
Rep. II. p. 373. E. IV. p. 438.
E. collat. annot. ad Phileb. p.
13. C. et ad Sympos. p. 189.
B. Hinc iam De Repub. I. p.
331. B. ex Par. A. pro ἄλλ' οὐ-
τοι παντὶ ἀνθρῶ legendum puto
ἀλλ' οὐτι π. ἀ. Sensus horum
verborum hic est: Si quis ora-
torum, poetarum, legislatorum,
eorum quae scripserunt reddere
potest rationem idoneam, is non
orator aut poeta aut legislator
est appellandus, sed alio dignus
videtur nomine. Nam etsi sap-
ientis quidem nomen maius est
et excelsius, quam quod in hu-
manam conveniat imbecillitatem,
tamen philosophi nomine erit
ornandus, quippe qui incensus
sit sapientiae studio. Philosophi
nomen primum a Pythagoreis
inventum et frequentatum esse
docebunt quae disputarunt intpp.
ad Cic. Tuscul. V. 3. et Wyt-
tenbach. Bibl. Crit. Vol. II.
T. IV. p. 118 sq.

D. τὸ μὲν σοφόν — θεῶ
μόνῳ πρόπειν] Similiter Par-
menid. p. 134. C. οὐκοῦν ἐπερ
τι ἄλλο αὐτῆς ἐπιστήμης μετέχει,
οὐκ ἂν τινα μᾶλλον ἢ θεὸν φαίης

ΦΑΙ. Καὶ οὐδέν γε ἀπο τρόπου.

ΣΩ. Οὐκοῦν αὖ τὸν μὴ ἔχοντα τιμιώτερα ὢν συνέθιζεν ἢ ἐγραψεν ἄνω κάτω στρέφων ἐν χρόνῳ, Ἐ πρὸς ἀλλήλα κολλῶν τε καὶ ἀφαιρῶν, ἐν δίκῃ που ποιητὴν ἢ λόγων συγγραφέα ἢ νομογράφον προσερεῖς;

ΦΑΙ. Τί μὴν;

ΣΩ. Ταῦτα τοίνυν τῷ ἑταίρῳ φράζε.

ΦΑΙ. Τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν.

ἄνω κάτω στρέφων] Sic optimi et plurimi libri. Vulgo ἄνω καὶ κάτω στρ.

Ἐ ἐν δίκῃ που] ἐν Bodl. aliique, non pauci omittunt, probantibus Turicenss. Sed excidit ἐν propter syllabae proximaе exitum. Recte vero nuper που e Bodl. AINOPT. Flor. g. Vind. 4. 7. a adiectum.

ἔχειν τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην; Ἀνάγκη. Pythagoricam sententiae originem producit Cicer. Tus. V. 3. Diog. Laërt. Roem. §. 12.

οὐδέν γε ἀπο τρόπου] Re-tracto accentu scripsi ex sententia veterum grammaticorum, quam illustravit Schaefer. Melett. critt. p. 51 sq. Legitur formula etiam Tim. p. 25. E. Theæt. p. 143. C. p. 179. C. de Republ. p. 470. B. Phileb. p. 34. A. Contrarium est πρὸς τρόπον.

Οὐκοῦν αὖ τὸν μὴ ἔχοντα—] Eum, qui omnes ingenii vires exhauferit in consarcinandis scriptionibus suis, neque quidquam praeterea in promptu habeat, quod iisdem de rebus disputet, non philosophi, sed poëtae, rhetoris et legislatoris nomine ornandum esse arbitratur. — ἄνω κάτω στρέφειν nunc dicitur qui prae consilii inopia rem huc et illuc versat, ut tandem aliquando aliquid ex-

tricet et perficiat. Ceterum modo ἄνω καὶ κάτω, modo ἄνω τε καὶ κάτω, modo ἀνωδέως, ἄνω κάτω, dici, ex Phileb. p. 43. A. Sophist. p. 242. A. Gorg. p. 481. D. E. p. 495. A. 511. A. De Rep. VI. p. 508. D. Phaedon. p. 90. C. Protagor. p. 356. D. Cratyl. p. 386. D. E. Theæt. p. 153. D. p. 195. C. Lachet. p. 196. A. Ion. p. 541. E., aliis locis, constat. — ἐν χρόνῳ, diu.

Τί δὲ σύ; πῶς ποιήσεις;] Ita malui distinguere cum Stephano, quam cum Ald. et Bass. uno tenore legere τί δὲ σὺ πῶς ποιήσεις; quanquam non sum nescius non tantum πῶς τί, sed etiam τί πῶς ita dici, ut duplex eiusdem sententiae ambitu interrogatio concludatur. Phileb. p. 58. A. οὐδὲ τί πῶς, ὃ Πρωταρχε, διακρίσεις ἄν; Eurip. Helen. 873. Ἐλένη, τί τὰ μὰ πῶς ἔχει θεοπάματα; Quippe maior cernitur in pronomine σὺ

ΣΩ. Τίνα τοῦτον;

ΦΑΙ. Ἴσοκράτη τὸν καλόν, ᾧ τί ἀπαγγελεῖς, ὃ Σώκρατες; τί ν' αὐτὸν φήσομεν εἶναι;

ΣΩ. Νέος ἔτι, ὃ Φαῖδρε, Ἴσοκράτης· ὃ μέντοι μαντεύομαι κατ' αὐτοῦ λέγειν ἐθέλω.

ΦΑΙ. Τὸ ποῖον δὴ;

ΣΩ. Δοκεῖ μοι ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λυσίαν εἶναι λόγους τὰ τῆς φύσεως, ἔτι τε ἡθεῖ γεννικωτέρῳ κεκράσθαι· ὥστε οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν, προιούσης τῆς ἡλικίας εἰ περὶ αὐτούς τε τοὺς λό-

Τί δὲ σύ; π. π.] οὐδὲ τί ΠDNOPT. Vind. 2. 7. in Vind. a. est οὐδὲ τί ποιήσεις;

Ἴσοκράτη τὸν καλόν] V. Ἴσοκράτην. Alteram formam prae-buerunt Bodl. ΓΑΠDGOP. Vind. 1.

P. 279. ἔτι τε ἡθεῖ γεννικωτέρῳ] V. ὅτι, quod e Bodl. aliisque multis emendatum.

vis oppositionis facta aliqua recitationis intermissione. Deinde οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ita accipiendum, ut prius ad universam sententiam sive ad verbum, posterius ad τὸν σὸν ἑταῖρον referatur. v. ad Protagor. p. 331. E.

Ἴσοκράτη τὸν καλόν] Isocratem fuisse familiarem ac discipulum Socratis praeter alios testatur Anonymus in Vita Isocrat. editioni Guil. Dindorfi praemissa p. VIII. Nec profecto negari potest eum Socraticae disciplinae documenta in scriptis suis satis manifesta reliquisse. Quocirca Plato iuvenem oratorem, de quo optima quaeque propter philosophiae, studium speraret, non dubitavit opponere Lysiae, qui quod ille habere videbatur in se utique desiderari passus est. Sed de his satis videtur exposuisse in Prolegomenis, quae consulant, si qui de iis plenius edoceri cupiant. Ceterum totum hunc lo-

cum Latinum fecit Cicero Orator. c. 13.

P. 279. ἀμείνων ἢ κατὰ τοὺς περὶ Λ.] Cicero l. c. Maiore mihi ingenio videtur esse, quam ut cum Lysiae orationibus compararetur. De κατὰ ita usurpato v. Matthiae Gr. p. 843 sq. Non minus notum τοὺς περὶ Λυσίαν λόγους per periphrasin poni pro Lysiae orationibus. Quod vero Isocrates dicitur non esse cum Lysiae scriptionibus comparandus, quum proprie dici oporteret, tantum esse in Isocrate ingenium, ut eius orationes neutiquam cum Lysiae orationibus componere liceat, miramur sane Stephanum in hoc genere loquendi haesisse, quod et Graeci et Latini magno-pere frequentarunt. cfr. ad Protagor. p. 358. D. Sympos. p. 218. E. de Rep. VIII. p. 554. D. De Latinis praeter alios dis-sputavit Heusinger. ad Cicer. Offic. I. 22, 7., qui cum hoc loco

γους, οἷς νῦν ἐπιχειρεῖ, πλέον ἢ παιδῶν διενέγκοι τῶν πρότε ἀφαιμένων λόγων, ἔτι τε, εἰ αὐτῷ μὴ ἀποχρησάσαι ταῦτα, ἐπὶ μείζω δὲ τις αὐτὸν ἄγοι ὄρημν B θειοτέρα. φησὶ γάρ, ὦ φίλε, ἐνεστί τις φιλοσοφία τῇ τοῦ ἀνδρὸς διανοίᾳ. ταῦτα δὲ οὖν ἐγὼ μὲν παρὰ τῶνδε τῶν θεῶν ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει ἐξαγγελῶ, σὺ δ' ἐκεῖνα ὡς σοῖς Λυσίᾳ.

ΦΑΙ. Ταῦτ' ἔσται. ἀλλ' ἴωμεν, ἐπειδὴ καὶ τὸ πνίγος ἠπιώτερον γέγονεν.

ΣΩ. Οὐκοῦν εὐξαμένῳ πρέπει τοῖσδε πορεύεσθαι;

ΦΑΙ. Τί μὴν;

B. Ἰσοκράτει ἐξαγγελῶ] Bodl. ΓΠΣΦBCDEHT. r. ἐξαγγέλλω, quod Voegelino auctore ediderunt Turice. ἐξαγγέλω DG. Rectissime Vat. A ἐξαγγελῶ, ut vulgo scriptum legitur.

εὐξαμένῳ πρέπει] V. εὐξαμένῳ errore. Hermannus tamen propter subsequens μοι tuendum censet.

apte contendit Cic. de Orat. I. 44. si cum illorum Lycurgo et Dracone nostras leges conferre volueritis.

πλέον ἢ παιδῶν διενέγκοι] Breviter dictum pro ἢ ἄνδρες παιδῶν. v. Matthiae Gr. §. 453. ann. 1. p. 1016. ed. 3. Cicero l. c. si, quum aetate processerit, aut in hoc orationum genere, cui nunc studet, tantum quantum pueris, reliquis praestet omnibus. Ex qua interpretatione Bergmannus ad Elogium Hemsterhusii et Vitam Ruhnken. Lugd. Bat. 1824. p. 311. scribendum coni. πλέον ἢ παιδῶν ἀπάντων τῶν ἄλλων διενέγκοι κ.τ.λ. Lenius etiam hunc in modum correxeris: πλέον ἢ παιδῶν διενέγκοι πάντων τῶν π. Sed non opus mutatione. Apte Stephan. comparat Epist. IV. p. 320. C. προσήκει πλέον ἢ παιδῶν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διαφέρειν. — ἔτι τε, intell. οὐδὲν ἂν γένοιτο θαυμαστόν.

B. ὡς ἐμοῖς παιδικοῖς Ἰσοκράτει] Ad σὺ δ' ἐκεῖνα apparet ἐξαγγελεῖς esse intelligendum, quod dictum sit pro imperativo.

εὐξαμένῳ πρέπει] Πρόπειν cum accusativo et infinitivo iunctum, ut Protagor. p. 312. B. Sympos. p. 196. E. Phaedon. p. 61. D. Sophist. p. 230. quae constructionis exempla iam attulit Astius. Unde orta sit lectio vulgata εὐξαμένῳ, vix est cur moneamus. Etenim putarunt critici ob insequens μοι Socratem non pro utroque, sed pro se solo preces facere. Atqui fas tamen putat esse, utrumque preces fundere. Unde deinde Phaedrus: ἐμοὶ ταῦτα συνεύχου. Mirum igitur accidit, quod nuper etiam Hermannus cum Voegelino numerum singularem εὐξαμένῳ tueri conatus est. — τοῖσδε, est digito monstrant simulacra deorum. Heindorf. Ὡ φίλε Πάν τε — σώφρων] Egregie hae preces ac-

ΣΩ. Ὡ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῆδε θεοί, δοίητέ μοι καλῶ γενέσθαι τάνδοθεν· ἐξώθεν δὲ ὅσα ἔχω τοῖς ἐντός εἶναι μοι φίλια. πλούσιον δὲ νομίζοιμι τὸν σοφόν. τὸ δὲ χουσοῦ πλῆθος εἴη μοι ὅσον C μῆτε φέρειν μῆτε ἄγειν δύναται ἄλλος ἢ ὁ σώφρων.

Ἔτι ἄλλου του δεόμεθα, ὦ Φαίδρε; ἐμοὶ μὲν γὰρ μετρίως ἤνεται.

ΦΑΙ. Καὶ ἐμοὶ ταῦτα συνεύχου· κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

ΣΩ. Ἰωμεν.

ἄλλοι ὅσοι τῆδε θεοί] ΞΣΦr. Flor. g. h. Clem. Alex. Strom. II. p. 368. A. ed. Sylb. ὅσοι ἄλλοι.

ἐξώθεν δὲ ὅσα] τᾶξωθεν, quod e Bodl. Flor. a. c. φ. ΓΑΒ CEFHG. Clemente mutatum. Nonnulli ἐξω habent.

commodatae sunt ad argumentum, quod adhuc Socratis sermone illustratum est. Quod enim orat, ut intus in pectore gerat pulcritudinem, eique concordent externa bona, si quae possideat; eo significat, nisi fallor, non externum splendorem inanemque speciem captari oportere, sed veram animi virtutem esse comparandam. Quo ipso carpitur Lysias, quem antea iudicavit inanem artis oratoriae laudem aucupari, vera sapientia esse destitutum. — ἄγειν καὶ φέρειν nunc simpliciter est ferre, portare, ut Heindorfius docuit.

κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων] Schol. ad h. I. κοινὰ τὰ τῶν

φίλων, ἐπὶ τῶν εὐμεταδότων. φησὶ δὲ λεχθῆναι πρότερον τὴν παροιμίαν περὶ τὴν μεγάλην Ἑλλάδα, καθ' ὅς χρόνους ὁ Πυθαγόρας ἐπειθε τοὺς αὐτὴν κατοικοῦντας ἀδιανεμήτα πάντα κεκτηθῆσαι κ.τ.λ. Pythagoricam proverbii originem agnoscat etiam alii. v. Rittershus. ad Porphy. de Vit. Pythag. p. 199 sq. ed. Kiessl. Beier. ad Cic. Offic. T. I. p. 124. Ceterum Schneider. ad Polit. IV. p. 424. A. Scholiastam ait hoc loco legisse τὰ φίλων, ut est Lysid. p. 207. C. Legg. V. p. 739. C. de Rep. V. p. 449. C. Et sane ita apud Ruhnkenium scriptum exstat. Veruntamen eodd. hic utrumque articulum abunde tuentur.

ERFORDIAE,
TYPIS HENNINGS & HOPE.
1857.